22 Quid item ſi minor 25. annis fuerit mulier, an tunc tutoris aut curatoris authoritas ſufficiat, an verò neceſſaria ſit huius quoque ſtatuti ſolennitas, num. 82. & 83.
23 Sed quid ſi maritus ipſe fuerit tutor aut curator vxoris, an & tanquam maritus & tanquam tutor aut curator vxori poſſit contrahenti authoritatem accommodare, num. 84.

In gloſſa tertia, in ver. ex contractu vel quaſi, pag. 179.

1 QVid in hæreditatis aditione, ſi ex ea locupletior mulier fiat, num. pri. cum duo. ſeq.
2 Item quid ſi opulenta ſit hæreditas, vel lucroſa, vel cum inuentarij beneficio adeatur, n. 4. 5. et 6.
3 Sed an in dubio opulenta eſſe præſumatur, num. 7.
4 Et quid ſi à principio viſa fuit opulenta, quæ poſtea lapſa ſit, num. 8. & 9.
5 Item quid quando ſtatutum prohibet quem obligari, num. 10.
6 Et quid quando prohibet contrahere, num. xj. cum quat. ſeq.
7 Sed & quid in paterna hæreditate, num. 16. & 17.
8 Vel in ea quæ alteri reſtituenda eſt, num. 18. & 19.
9 Item quid in ea quæ ita mulieri relicta eſt, vt à ſola muliere adeatur, num. 20. cum duo. ſeq.
10 Sed quid ſi mulier tanquam alterius hæres contra hæreditarium debitorem experiatur, qui opponat nullam eſſe aditionem, tanquam omiſſa ſtatuti ſolennitate factam, an poſſit mulier pendente iudicio iterum ſolenniter adire, & ex priori petione obtinere, num. 23.
11 Vtrùm ſola poſſit mulier tutelam acceptare, num. 24. & duo. ſeq.
12 Et vbi non poſſit, an ſi tutrix à iudice decernatur, valeat decretum, num. 27. vſque ad num. 38.
13 Si quis mulieris negotia geſſerit, an cõtra eam negotiorum habeat geſtorum actionem, num. 38. & 39
14 Et quid econtra ſi ipſa alienum geſſerit negotium, an domino obligetur, num. 40.
15 Et an ſi indebitum per errorem ſolutum receperit, ad reſtitutionem teneatur, num. 41.
16 Sed an poſſit ſola in iudicio intereſſe, num. 42. & 43.
17 Saltem alieno nomine, num. 44. & 45.
18 Sed quid ſi ſola ſuo nomine egerit, & admiſſa fuerit, & lata pro ea ſententia, an valeat, n. 46. & 47.
19 Et quid ſi contra ſe lata fuerit, num. 48. & 49.
20 Sed an poſſit contra mulierem præceptum fieri guarentigiatum, num. 50. & 51.
21 An ſatis ſit virum aut agnatum cum muliere agere, vt ei conſentire videatur, num. 52.
22 Aut pro ea fideiubere, num. 53. cum duo. ſeq.
23 Si vir aut agnatus mulieri agẽti à prĩcipio cõſenſerit, an teneatur in executiõe quoq; ſtatutũ cõſentire, n. 56.
24 Sed an poſſit mulier ſola coram arbitro litigare, num. 57. & 58.
25 Vel literas impetrare, num. 59. & duo. ſeq.
26 Vel eà quæ voluntaria ſunt iuriſdictionis exercere, num. 62. & 63.

27 *Sed an contra mulierem currat præſcriptio, in perſonalibus ſaltem actionibus, num. 64. & duo. ſeq.*
28 *Et quid ſi appoſita fuerit hypotheca, num. 67. 68. & 69.*
29 *Aut iuſiurandum de ſoluendo interpoſitum, num. 70.*
30 *Aut debitor ad ſoluendum interpellatus, num. 71.*
31 *Et quid ſi interpellatus non ſit ab homine, ſed à die, num. 72. & 73.*
32 *Sed quid ſi creditor non potuit debitorem interpellare, num. 74.*
33 *Item quid ſi debitor ſe debere ignoret, num. 75.*
34 *Aut dubitet, num. 76.*
35 *Et quid in præſcriptione libertatis ruſtici prædij, num. 77. cum duo. ſeq.*
36 *Et quid in temporalibus actionibus, num. 80.*
37 *Item quid in perpetuis, num. 81. vſque in fin. gloſ.*

In gloſſa quarta, in ver. vel diſtractu, pag. 213.

1 *QVid ſi id non fuiſſet expreſſum, per totam gloſ.*

In gloſſa quinta, in ver. aſcendentibus à lib. x. Imper. ſupra, pag. 217.

1 *QVid ſi obligatio hanc ſummam exceſſerit, an valeat intra permiſſam, num. 1. cum ſex ſeq.*
2 *Itẽ quid ſi varijs ex cauſis mulier ſe obliget, aut plures res vẽdat, quarũ ſingula libras decẽ Imp. nõ excedant, an faciẽda ſit coaceruatio ad infirmandã obligationẽ vẽditionẽue, n. 8. cũ duo. ſeq.*
3 *Et quid ſi dicatur tot cenſeri obligationes quot ſunt librarum decennæ vel res, num. 11. & 12.*
4 *Item quid ſi hæ obligationes diuerſis ex cauſis procedentes, diuerſo fiant tempore, num. 13.*
5 *Quidq; ſi in eodem inſtrumento pluribus mulier perſonis obligetur pro ſumma lib. ſex pro qualibet perſona, an & tunc coaceruationem faciemus? num. 14. & 15.*
6 *Quid item ſi annuum aliquid promittatur, num. 16. & 17.*
7 *Sed quid ſi mulier rem aliquam vndecim libris vendidit, ſed in proxenetam, ad hoc ut contractus effectum ſortiretur, libram vnam expendidit, an libra hæc detrahenda ſit, ita vt obligatio ſiue venditio decem tantùm libris facta videatur, & proinde valeat, num. 18. & 19.*
8 *An mulier, quæ rem decem libris vendidit, contractum reſcindere poſſit, probando eandem rem vndecim libras valere, num. 20. & 21.*

In gloſſa ſexta, in ver. vel æquiualentibus, pag. 224.

1 *QVid ſi res inæſtimabilis fuerit, per totam gloſ.*

In gloſſa ſeptima, in ver. conſenſus, pag. 225.

1 *AN tacitus quoque ſufficiat conſenſus, num. pri. & 2.*
2 *Saltem in tacitis actibus, num. 3. cum tri. ſeq.*
3 *Et quid ſi ſtatutum præſentiam ſimul & conſenſum requireret, num. 7.*
4 *Sed an poſſit hic cõſenſus pſtari per procuratorẽ, nuntiũ, vel epiſtolã, vbi etiã præſentia requiritur, n. 8.*
5 *Et quid ſi iuſtum quis habeat impedimentum, num. 9. & 10.*
6 *Quidq; in quaſi contractu, vt in hæreditatis aditione, num. 11. & 12.*
7 *Quid item ſi nuntius aut procurator ita conſtituatur, vt conſenſum præſtet, vel epiſtolam præſentet, tũm actus celebrabitur, num. 13.* *(tri. ſeq.*
8 *Quid etiã ſi procurator ſimpliciter cõſtituatur in caſu huius ſtatuti cõſenſum tantùm reqrentis, n. 14. cũ*
9 *Sed & quid ſi procurator conſtituatur ad conſentiendum mulieri vendenti, ipſe autem conſentiat donanti, num. 18. cum duo. ſeq.*
18 *Et quid ſi ita cõſtituatur, ut cõſentiat mulieri vendẽti Titio, ipſe aũt cõſentiat uẽdenti Sempronio, n. 21.*
11 *Item quid ſi conſtituatur, vt conſenſum præſtet mulieri rem aliquam decem aureis vendenti, ipſe verò eidem cõſenſum præſtet eandem rem quinque tantùm aureis diſtrahenti, num. 22.*
12 *Sed an poſſit conſenſus iſte ex interuallo quoque poſt actum accommodari, num. 23. & 24.*
13 *Et quid ſi tantùm præſentiam aut præſentiam & conſenſum ſimul ſtatutum requirat, num. 25.*
14 *Item quid ſi incontinenti poſt actum ſequatur, num. 26. cum tri. ſeq.*
15 *Sed an poſſit ex interuallo præcedere, num. 30. cum duo. ſeq.*
16 *Vel præſtari in abſentia partis cum muliere contrahentis, num. 33. & 34.*
17 *Sed an, poſteaquam ſemel præſtitus fuit, reuocari poſſit, num. 35.*
18 *Saltem ſi ſuper actu de ſui natura reuocabili fuerit interpoſitus, num. 36. 37. & 38.*
19 *Vtrùm poſſit in vltima quoque voluntate accommodari, num. 39. & duo. ſeq.*
20 *Si cõditionalis à muliere cõtractus celebretur, an etiã hic cõſenſus ſit cõditionaliter interponẽdus, n. 42.*
21 *Et an poſſit generaliter ad quoſcunque contractus faciendos præſtari, num. 43. cum tri. ſeq.*
22 *Vel ſaltem ad duos, num. 47. 48. & 49.*

Si

23 Si dubitetur vtrùm hic conſenſus interuenerit, ad quem onus id probandi incumbat, num. 50.
24 An ex tẽporis diuturnitate idẽ cõſenſus præſumatur, ſi vir aut agnatus negẽt ſe cõſenſiſſe, n. 51. et 52.
25 Et quid ſi vir aut agnatus nullam actus per mulierem geſti notitiam habuerint, an & hoc caſu ex temporis diuturnitate decem ſcilicet annorum conſenſiſſe præſumantur, num. 53.
26 Et quid ex diuturnitate 30. annorum, num. 54. cum duo. ſeq.
27 Sed an in dubio præſumatur vir aut agnatus actus notitiam habuiſſe, num. 57. & 58.
28 Et quid ſi cõtractus ĩ ſcriptis factus fuerit, ex quibus appareat cõſenſũ ipſũ nõ interueniſſe, n. 59. et 60
29 Item quid ſi in dubio ſimus, num. 61. vſque ad num. 82.
30 Quidq́; ſi ſtatutum expreſſum requireret conſenſum, num. 82.
31 Sed an hic conſenſus immediata ſit transferendi dominij cauſa, num. 83.
32 An valeat conſenſus per virum aut agnatum ignorantem quid mulier agat præſtitus, num. 84.
33 Sed an in dubio præſens intelligere præſumatur, num. 85. cum duo. ſeq.
34 Item an hic conſenſus ſit formaliter vt ſonat interponendus, num. 88. & 89.
35 Vtrùm debeat in ſcriptis præſtari, num. 90.
36 Et an interrogationem præcedere oporteat, antequam quis conſentiat, nu. 91. & 92.
37 Si vir aut agnatus inuitus conſentiat, an valeat quod agitur, num. 93. & 94.

In gloſſa octaua, in ver. mariti, pag. 258.

1 VTrùm maritus vxori contrahenti conſentiens, teneatur exprimere ſe maritum eſſe, num. 1. & 2.
2 Seq́; maritali nomine conſentire, num. 3. cum tri. ſeq.
3 Et ſi in aliquo actu per mulierem celebrato vti maritus quis conſenſerit, deinde in alio per eandem etiã mulierẽ facto, ſimpliciter cõſentiat, an videatur hoc quoque caſu vti maritus cõſentire, n. 8. et 9.
4 Et quid ſi ſecundus actus nullam à primo dependentiam habeat, num. 10.
5 Sed quid ſi quis mulieri vti eius maritus conſenſerit, an hoc ipſo probatum inter eos dicatur matrimonium, num. 11.
6 Vtrùm & ſponſi conſenſus in contractibus ſponſæ ſit exigendus, num. 12. cum tri. ſeq.
7 Et quid in viro putatiuo, num. 16. & 17.
8 Sed quid ſi duos mulier viros habeat, alterum verum & legittimum, alterum putatiuum, cuius conſenſum requiremus? num. 18. cum tri. ſeq.
9 Sed & quid ſi minor ſit maritus, num. 22. cum tri. ſeq.
10 Vel bannitus, num. 26. cum quinque ſeq.
11 Vel apud hoſtes, num. 32.
12 Vel furioſus, num. 33. cum quat. ſeq.
13 Et quid ſi dilucidá habeat interualla, num. 38.
14 Sed an in dubio præſumatur dilucidorum interuallorũ tempore conſenſum præſtitiſſe, nu. 39. cũ ſex ſeq.
15 Sed & quid ſi ſit mutus, num. 46. & 47.
16 Aut ſurdus, num. 48.
17 Aut ſurdaſter, num. 49.
18 Aut cæcus, num. 50. cum duo. ſeq.
19 Aut monoculus. num. 53.
20 Aut valetudinarius, num. 54. cum duo. ſeq.
21 Aut hæreticus, num. 57.
22 Et quid ſi cum vxore non habitet, num. 58.
23 Item quid ſi mulier iureiurando ſe innuptam aſſerat, num. 59. vſque ad num. 113.
24 Item quid ſi communi omnium opinione credatur uirium non habere, num. 113.
25 Vtrùm mulier, quæ ſine maritali conſenſu contraxit, eo mortuo contractũ obſeruare cogatur, nu. 114.

In gloſſa nona, in ver. ſi non fuerit in ciuitate, pag. 296.

1 QVid ſi id non fuiſſet expreſſum, num. pri.
2 Et an in dubio quis præſens fuiſſe præſumatur, num. 2. 3. & 4.

In gloſſa decima, in ver. cum ipſo marito, pag. 297.

1 QVid ſi id omiſsum fuiſſet, an tunc poſſet vir aut agnatus mulieri cum ipſomet contrahenti conſentire, ſaltem ſi præter eum alter etiam agnatus conſenſum præſtet, num. pri. & 2.
2 Et quid ſi iudicis decretum præterea interueniat, num. 3.
3 Item quid ſi quis palam & bona fide cum muliere contrahat, ſimul & conſentiat, num. 4. cum duo. ſeq.
4 Sed quando quis bona fide contrahere dicatur, num. 7. cum tri. ſeq.
5 Quid ſi is qui cum muliere contrahit, in ipſo contractu ei non conſentiat, ſed generalem contrahendi poteſtatem ei antea dederit, num. 11.

6 *Sed quid ſi ſtatutum permittat conſenſum poſt actum quoque præſtari poſſe, num. 12.*
7 *Item quid ſi de intereſſe conſentientis non principaliter, ſed in conſequentiá tractetur, n. 13. cũ duo. ſeq.*
8 *Et quando dicatur principaliter de intereſſe alicuius non tractari, num. 16. vſque ad num. 23.*
9 *Sed quid ſi de prioris tantùm contractus executione agatur, an tunc poſſit ad ſuum ſuiipſius commodum quis conſentire, dicto num. 23.*
10 *Et quid ſi directò cõſentiẽti nõ acquiratur, ſed res futuro ab euẽtu pẽdeat, qa fortè ſit ſubſtitutus, n. 24.*
11 *Sed an poſſit mulier pro redimendo è carceribus viro cum illius conſenſu obligari, nu. 25. cum tri. ſeq.*
12 *Item quid ſi contractus partim mulieris & partim conſentientis commodo cedat, num. 29.*
13 *Quid denique ſi de intereſſe conſentientis dumtaxat & principaliter agatur, num. 30.*
14 *Sed quid ſi de damno conſentientis tractetur, an ſibi præiudicet, num. 31. vſque in fi. gloſ.*

In gloſſa vndecima, in ver. agnati, pag. 310.

1 *VTrùm neceſſe ſit agnatum eſſe proximiorem, num. pri. cum mul. ſeq.*
2 *Sed quid ſi duo eiuſdem fortè gradus de conſenſu præſtando contendant, num. 34. & 35.*
3 *Et quid ſi alter eorum ſit ſenior, num. 36. & 37.*
4 *Aut nobilior vel in dignitate conſtitutus, num. 38. cum ſep. ſeq.*
5 *Aut probior, num. 46.*
6 *Sed ad quem gradum vſque agnatum ad conſentiendum admittemus? num. 47. cum tri. ſeq.*
7 *Si is qui conſenſum præſtitit, agnatus negetur, & proinde teſtes ſuper agnatione producantur, an ſatis ſit eos deponere, illum agnatum fuiſſe, niſi & addant proximiorem eſſe, num. 51.*
8 *Sed an etiam teſtes agnationis gradum declarare oporteat, num. 52. cum quinque ſeq.*
9 *Vtrùm vnius tantùm agnati conſenſus ſufficiat, num. 58. & 59.*
10 *Et ſi vnius ſufficit, an actus vitietur, ſi plurium adhibeatur, num. 60. cum ſep. ſeq.*
11 *Et quid ſi vnius agnati alteriusq́; extranei conſenſus interponatur, num. 68. cum duo. ſeq.*
12 *Sed an quis poſſit vti mulieris agnatus, & vti tutor minoris cũ muliere contrahentis cõſentire, nu. 71.*
13 *Vel duabus mulieribus ſimul contrahentibus, num. 72. cum ſep. ſeq.*
14 *Vel vni tantùm mulieri, & ſimul in eo contractu teſtis conſcribi, num. 80. cum octo ſeq.*
15 *Sed an agnata quoque fœmina admittatur ad præſtandum alteri mulieri conſenſum, nu. 89. cũ tri. ſeq.*
16 *Item quid de amico magna amicitia coniuncto, an & eum admittemus? num. 93. & 94.*
17 *Sed quid ſi mulier agens ad contractus reſciſſionem, à principio fateatur eum qui conſenſum præſtitit, agnatum fuiſſe, ſed alia dicat ratione nullum eſſe contractum, an poſſit poſtea, ſi ſe ſuccubituram ſuſpicetur, hanc confeſſionem reuocare, num. 95. & 96.*

In gloſſa duodecima, in ver. agnatum non habuerit, pag. 338.

1 *QVid ſi id additum non fuiſſet, num. pri.*
2 *Quis probare debeat mulierem agnatum habuiſſe nec ne, num. 2.*
3 *Et quid ſi mulier agnatos quidem habuerit, ſed ad conſentiendum inhabiles, num. 3.*
4 *Et an teſtes eam agnatos habuiſſe deponentes, addere debeant, & ad conſentiendum habiles, n. 4. & 5.*
5 *Sed quid ſi ſtatutum deficientium agnatorum loco, vicinorum duorum aut vnius tantùm conſenſum requirat, vtrùm de proximioribus, an etiam de ſtantibus à remotis intelligemus? num. 6. & 7.*
6 *Et quid ſi ſtatutũ requirat uicinũ hũc debere bonę eſſe uocis et famę, an et uſurariũ admittemus? n. 8. cũ*
7 *Sed an ad probandum quẽ vſurariũ idonei ſint teſtes quibus ille fœneratus eſt, n. 12, et 13. (tri. ſeq.*
8 *Et quid ſi proteſtentur ex ſua depoſitione nullum ſe velle commodum reportare, num. 14.*
9 *Sed an teſtibus quis ſingularibus vſurarius probetur, num. 15. vſque ad num. 39.*
10 *Vtrùm & blaſphemator tanquam & ipſe non bonæ vocis & famæ repellatur, num. 39.*
11 *Vel concubinarius, num. 40. cum duo. ſeq.*
12 *Vel excommunicatus, num. 43. cum tri. ſeq.*
13 *Vtrũ hæc qualitas, aliquẽ bonę fuiſſe vocis et famæ, probãda ſit ab eo qui eã allegat, n. 47. uſq; in fi. glo.*

In gloſſa decimatertia, in ver. noluerit conſentire, pag. 353.

1 *VTrùm recuſationis cauſa ſit per iudicem examinanda, num. pri. & 2.*
2 *An citari agnatum oporteat vt ad conſentiendum veniat, num. 3. (& 5.*
3 *Et an in ea citatiõe exprimẽdũ ſit nomẽ cõtractus p mulierẽ celebrãdi una cũ ſuis qualitatibus, n. 4.*
4 *Vtrùm ſi citatus in prima non comparuerit citatione, ſit iterum quoque citandus, & quando comparens audiatur, num. 6. 7. & 8.*

In gloſſa decimaquarta, in ver. cum authotitate alicuius iuſdicentis, pag. 353.

1 *AN ſuis ſit præſẽtẽ eſſe iudicẽ in actu, tametſi nõ exprimat ſe authoritatẽ interponere, n. pri. 2. et 3.*
2 *Sed an in hac authoritatis interpoſitione cauſæ ſit cognitio adhibenda, num. 4. cum quat. ſeq.*

Sed

3 *Sed quid ſi iudex non dicat ſe authoritatem interponere, ſed contractum confirmare, num. 9.*

4 *Vtrùm hæc authoritas in ſcriptis præſtanda ſit, num. 10.*

5 *Sed an in principio inſtrumenti, an in medio, an in fine accommodari debeat, num. 11. cum tri. ſeq.*

6 *Et an poſſit poſt actus quoque celebrationem adhiberi, num. 15. cum duob. ſequen.*

7 *Sed an ualeat his verbis præſtita, ſi et inquantùm debeo, authoritatẽ meã interpono, nu. 18. cũ qua. ſeq.*

8 *Vtrùm poſſit vbique locorum interponi, num. 23. cum trib. ſequen.*

9 *Sed an idoneus ſit iudex cui contrahentes non ſubſint, num. 27. & 28.*

10 *Vtrùm Mediolanenſis iudex extra territorium exiſtens, admittatur ad præſtandum mulieri ſimiliter Mediolanenſi ibi contrahenti authoritatem, num. 29. cum ſex ſequen.*

11 *Sed an poſſit quis cũ muliere cõtrahere, et eidẽ, ſi iudex fuerit, authoritatẽ accõmodare, n. 36. cũ ſex ſeq.*

12 *Vel ſi iudex fuerit et notarius, an poſſit et authoritatẽ interponere, et inſtrũm rogare, n. 45. cũ decẽ ſeq.*

13 *Vtrùm ſi quispiam notarius ad ſcribenda alicuius iudicis acta electus fuerit, is idem ad rogandum eiusdem iudicis authoritatis interpoſitionem ſit requirendus, num. 54.*

14 *Sed quid ſi iudicis copia haberi non poſſit, num. 55. & duo. ſequen.*

In gloſſa decimaquinta, in ver. iurante marito vel agnato, pag. 372.

1 *AN hæc verba quæ ſequuntur, ſint formaliter exprimenda, num. 1. 2. & 3.*

2 *Sed quid ſi initio inſtrumenti notarius ea enuntiauerit, an tunc ſatis ſit virum aut agnatum poſtea iurare, prædicta omnia & ſingula uera eſſe, num. 4. & 5.*

3 *Vtrùm puniendus ſit qui falſum iurauerit, num. 6. & quat. ſeq.*

In gloſſa decimaſexta, in ver. non valeat, pag. 376.

1 *AN id intelligatur ipſo iure, an ope exceptionis, num. pri.*

2 *Sed an in foro conſcientiæ mulier ad contractus obſeruationem teneatur, num. 2. 3. & 4.*

3 *Et an naturaliter obligetur, num. 5. cum tri. ſeq.*

4 *Vtrùm ſi fideiuſſor acceſſerit, is conueniri poſſit, num. 9. cum quat. ſeq.*

5 *Et quid ſi in ſe periculum ſuſceperit, num. 14.*

6 *Vel principalem ſe debitorem conſtituerit, num. 15. & duo. ſeq.*

7 *Et qđ ſi ĩ meris quidẽ fideiuſſoris terminis ſteterit, ſed iuſiurãdũ de nõ cõtraueniẽdo adiecerit, n. 18. et 19.*

8 *Si vti principalis interuenerit, an pro dimidia parte tantũ, an uerò inſolidũ cõueniri poſſit, n. 20. et 21.*

9 *Vbi fideiuſſor ipſe obligetur, an contra mulierem regreſſum habeat, num. 22.*

10 *Et quid ſi mulieris mandato fideiuſſerit, num. 23.*

11 *Item quid ſi mulier ei indemnitatem etiam promiſerit, num. 24.*

In gloſſa decimaſeptima, in ver. de eadem parentela, pag. 383.

1 *QVid ſignificent hæc verba, num. pri. & 2.*

2 *Sed an & ſpirituali cognatione coniunctus admittatur, num. 3.*

3 *Vel exhæredatus, num. 4.*

4 *Vel qui nunquam fuit in patris poteſtate, num. 5.*

5 *Vel adoptiuus aut arrogatus, num. 6. cum tri. ſeq.*

6 *Vel emancipatus, num. 10. & duo. ſeq.*

7 *Vel monachus, num. 13. & 14.*

8 *Vel clericus, num. 15.*

In gloſſa decimaoctaua, in ver. ſiue fuerit filiusfamilias, pag. 387.

1 *QVid ſi id declaratum non fuiſſet, per totam gloſ.*

In gloſſa decimanona, in ver. ſiue illegittimus, pag. 388.

1 *QVid ſi id fuiſſet omiſſum, an tunc ſpurius uel naturalis admitteretur, num. 1. 2. & 3.*

2 *Sed quid ſi legitimatus eſſet, num. 4. vſque in fi.*

In gloſſa vigeſima, in ver. conſtituere procuratorem, pag. 394.

1 *QVid ſi id expreſſum non foret, an tunc poſſet mulier per procuratorem ſine ſtatuti ſolennitate conſtitutum contrahere, num. 1. & 2.*

2 *Et quid ſi procurator eſſet ad certum ſpecialem actum à muliere cum ſtatuti ſolennitate conſtitutus, an & cùm poſtea contrahit, neceſſaria eadem quoque ſit ſolennitas, num. 3.*

3 *Et quid ſi eſſet ad omnes generaliter actus conſtitutus, num. 4. & 5.*

4 *Item quid ſi procurator extra territorium ſine ſtatuti ſolennitate conſtituatur, qui poſtea in territorio contrahat, num. 6. 7. & 8.*

In

In gloſſa vigeſimaprima, in ver. occaſione dotis ſuæ, pag. 397.

1 *QVid ſi id additum non fuiſſet, num. j. vſque ad num. 12.*
2 *Sed quid ſi procurator conſtituatur partim ad agendum in cauſa dotis, et partim in alia cauſa hic non expreſſa, num. 12. & 13.*

In gloſſa vigeſimaſecunda, in ver. nec in vltimis voluntatibus, pag. 401.

1 *QVid ſi id prætermiſſum fuiſſet, num. pri. 2. & 3.*
2 *Sed quid ſi mulier in teſtamento contrahat, num. 4. vſque in fi. glo.*

In gloſſa vigeſimatertia, in ver. nec in donationibus cauſa mortis reuocabilibus, pag. 405.

1 *QVid ſi id ſancitum non eſſet, nu. pri. cum tri. ſeq.*
2 *Item quid ſi hæc donatio in teſtamento aut codicillis fiat, num. 5. & 6.*
3 *Et præſuppoſito quòd & in ea viri quoque aut agnati conſenſus requiratur, an ad eius confirmationem non tantum mulieris ſed & viri aut agnati mortem expectari oporteat, num. 7.*
4 *Sed an eadem mortis cauſa donatio à ſola poſſit muliere pœnitentia reuocari, num. 8.*
5 *Quid de donatione quæ morte confirmatur; an & ea ſub hoc ſtatuto non comprehendatur, tanquam vltimæ magis voluntati accedat, num. 9. & 10.*
6 *Et quid de alia inter viuos donatione, num. 11. 12. & 13.*
7 *Item quid ſi mulier mihi rem donet rem à meipſo ei priùs donatam, num. 14. & 15.*
8 *Sed & quid de præſumpta donatione, num. 16. & 17.*
9 *Vel remuneratoria, num. 18.*

In gloſſa vigeſimaquarta, in ver. nec in caſu quo realiter & verè, pag. 410.

1 *QVid ſi id decretum non fuiſſet, num. pri. & 2.*
2 *Et quando dicatur mulier locupletior facta, num. 3. 4. & 5.*
3 *Sed quid ſi tẽpore litis cõteſtatæ locupletior fuerit, poſtea autem deſierit eſſe, n. 6. cũ nouem ſeq.*
4 *Et an in dubio locupletior facta præſumatur, num. 16. vſque in fi. glo.*

In fine, pag. 416.

1 *VTrum huic poſſit ſtatuto ſimpliciter renuntiari, num. pri. & 2.*
2 *Vel addito iureiurando, num. 3. vſque ad num. 22.*
3 *Sed an eo caſu obſeruandum duntaxat ſit iuſiurandum, an verò etiam contractum validet, nu. 22.*
4 *Et quid ſi mulier certiorata non ſit de huius ſtatuti beneficio, nu. 23. cum quinque ſeq.*
5 *Sed an ſufficiat certiorationem in alio inſtrumento factam eſſe, num. 29.*
6 *Et an in dubio facta præſumatur certioratio, num. 30.*
7 *Item quid ſi ſuper hoc ſtatuto iuratum non ſit, ſed in genere, in fine ſcilicet inſtrumenti, de omnibus & ſingulis ſupradictis obſeruandis, num. 31. 32. & 33.*
8 *Sed quid ſi duplex concurrat prohibitio, quia fortè mulier ſit & minor, an & tunc iuſiurandum contractum confirmet, num. 34. cum tri. ſeq.*
9 *Et quid ſi impubes fuerit, pubertati tamen proxima, num. 38. cum ſep. ſeq.*
10 *Item quid ſi mulier priùs iurauerit ſe ſine ſtatuti huius ſolennitate non obligaturam alienaturamue, num. 46. cum duo. ſeq.*
11 *Et quid ſi prioris emptor iuriſiurandi notitiam non habuerit, num. 49. & 50.*
12 *Item quid ſi prius iuſiurandum abſente eo, cuius intereſt, præſtitum ſit, num. 51. cum ſex ſeq.*
13 *Sed quid ſi Iudæa fuerit mulier quæ iurauerit, nu. 58. cum quinque ſeq.*
14 *Et quid ſi per Chriſtum iuſiurandum præſtiterit, num. 64. & 65.*
15 *Sed & quid ſi in die feſto iuratum fuerit, num. 66. & 67.*
16 *Itẽ quid ſi mulier per ſeipsã nõ iurauerit, ſed p. pcuratorẽ ad iurãdũ ſpecialiter cõſtitutũ, n. 68. cũ tri. ſeq.*
17 *Et quid ſi ſpecialiter ad iurandum conſtitutus non fuerit, ſed ſimpliciter ad certum actum faciendum, addito tamen à muliere iureiurando de non veniendo contra gerenda per eum, num. 72.*
18 *Et quid ſi generaliter ſit conſtitutus, addito eodem iureiurando, num. 73.*
19 *Sed & quid ſi ante ipſum contractum mulier generaliter iurauerit de non contraueniendo alicui actui per ſeipſam in poſterum faciendo; num. 74. & 75.*
20 *Item quid ſi iuſiurandum de non reclamando, poſt actum fuerit interpoſitum, num. 76.*
21 *Sed an & mulieris hæres illius iureiurando obligetur, num. 77. cum duo. ſeq.*
22 *Et quid quò ad periurium, num. 80. & 81.*
23 *Vel quò ad forum, num. 82. cum quat. ſeq.*

24 Sed quid de herede eius cui præſtitū eſt iuſiurandū, an & is priuilegio iuriſiurandi gaudebit, num. 87.
25 Item quid ſi dolus interuenerit, an & tunc contractus iureiurando confirmabitur, nu. 88. cū tri. ſeq.
26 Sed & quid ſi mulier non iurauerit, ſed in veritate ſe non contrauenturam promiſerit, num. 92.
27 Item quid ſi de præſenti non iuret, ſed ſe antea iuraſſe affirmet, num. 93.
28 Sed quid ſi cum Principe aut Fiſco contrahat, num. 94. cum quinque ſeq.
29 Vel cum patre, num. 100. cum ſep. ſeq.
30 Vel matre, num. 108.
31 Vel filijs, num. 109. cum quinque ſeq.
32 Vel fratre, aut ſorore, num. 115.
53 Vel vniuerſitate, num. 116. & 117.
34 Vel minore, num. 118. cum quat. ſeq.
35 Vel filiofamilias, num. 123.
36 Vel cum alia muliere, num. 124. cum tri. ſeq.
37 Vel cum ſocio, rem, quam cum eo communem habet, ei alienando, num. 128. cum quat. ſeq.
38 Vel cum ſancto aliquo homine, num. 133. & 134.
39 Vel cum eccleſia aut clericis, num. 135. cum quat. ſeq.
41 Sed an poſſit iuſiurandum litis deciſiuum deferre, num. 140. cum duo. ſeq.
41 Vel ei deferri, num. 143.
42 Sed quid ſi delatum ſit, & per ipſam mulierē iuratū, an obſeruandū ſit iuſiurandū, nu. 144. et duo. ſeq.
43 Vtrùm mulieri ſolui poſſit quod ei debetur, num. 147.
44 Sed an ipſi mulieri indebitum ſoluenti dabimus repetitionem? num. 148. cum quinque ſeq.
45 Vtrùm ſi aliquod mulier priuilegium habuerit, puta non ſoluendarum gabellarum, an per ſolutionem, omiſſa ſtatuti huius ſolennitate, factam, ſibi præiudicet, num. 154.
46 Sed an per hoc ſtatutum omnes aliæ iuris communis ſolennitates, ſi quæ in ipſarum mulierum contractibus requirebantur, remiſſæ videantur, num. 155. & 156.
47 Vtrùm ſi mulier rem alienari prohibitam, puta emphyteoticam ſine conſenſu domini ſola alienauerit, caducitatis pœnam incurrat, num. 157. 158. & 159.
48 Si mulier rem ſine ſtatuti ſolennitate alienauerit, atque tradiderit, quæ perierit, cuius erit periculum, num. 160. cum tri. ſeq.
49 Vtrùm huius ſtatuti exceptio non ſolū à muliere, ſed à tertio quoque contrahente allegari poſſit. n. 164.
50 Si mulier vtilem ſibi contractum ſola celebrauerit, an valeat, num. 165. cum quinque ſeq.
51 Sed an in dubio vtilis præſumatur, num. 171. & 172.
52 Vtrùm poſſit mulier confiteri vtilem eſſe contractum, num. 173.
53 Et an cogi poſſit iurare vtrùm vtilis ſit necne, num. 174.
54 Et an ſi vtiliter cōtraxerit, fundū fortè emēdo, poſſit ſola de eo retrouēdendo cū vēditore paciſci, n. 175
55 Vtrū poſſint à pricipio cōiuges, quū matrimonio copulanť, cōuenire, ut ſoli liceat uxori cōtrahere, n. 176.
56 Sed quid ſi mulier nupta contrahat ſine cōſenſu viri, ſed cōtractus effectum conferat poſt mortem viri, an tunc ipſius viri, an verò agnati conſenſus ſit neceſſarius, num. 177. cum quat. ſeq.
57 Vtrùm poſſit mulier cōtractū inutiliter ſine ſtatuti ſolēnitate geſtū, ſola ratū habere, n. 182. cū tri. ſeq.
58 Vel ſaltem adhibita ſtatuti ſolennitate, num. 186. & 187.
59 Sed an in hac ratihabitione neceſſaria quoque ſit partis præſentia, num. 188.
60 A quo die hic contractus ratus habitus effectum habeat, à die quo primùm fuit celebratus, an à die quo ratus fuit habitus, num. 192. cum ſep. ſeq.
61 Sed quid ſi ratihabitionis tempore res, ſuper qua contractum eſt, perierit, num. 200. & 201.
62 Et quid ſi defectus in ea re quidem ſuperuenerit, ſed poſtea ceſſauerit. num 202.
63 Si mulier interim moriatur, an vir aut agnatus poſſint ratū habere contractum, num. 203. cū quat. ſeq.
64 Et quid ſi furioſa efficiatur. num. 208. & 209.
75 Sed quid ſi antequā maritus aut agnatus ratū habeāt contractū, mulier illū reuocet, n. 210. et duo. ſeq.
66 Si plures mulier res vendiderit, an vnius tantùm ratam poſſit uenditionem habere, num. 213. & 214.
67 Vtrùm contractus per falſum mulieris procuratorem geſtus, ratus haberi poſſit, num. 215.
68 Si quis tanquam mulieris negotiorum geſtor rem illius intra territorium vendiderit, an ſola poſſit mulier eum contractum extra territorium ratum habere, num. 216. & 217.
69 Vtrù diebus quoque feriatis ratihabitio fieri poſſit, nu. 218. & 219.
70 An aduerſus contrahentem cum muliere omiſſa ſtatuti ſolennitate, criminaliter procedi poſſit, eò quòd dolo verſatus videatur. num. 220.
71 Si mulier ſine huius ſtatuti ſolēnitate fœnerata ſit, vtrùm à pœnis fœneratori impoſitis excuſeť, n. 221.
72 Sed an poſſit mulier res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alienare, num. 222. & 223.
73 Si mulieri aliquid denuntiandum ſit, an ſufficiat ſi viro aut agnato denuntietur, num. 224. cū ſex ſeq.

74 *Si mulier cum conſenſu extranei alienauerit, cui poſtea ſucceſſerit, an contractum reſcindere poſſit, ob non ſeruatam ſtatuti ſolennitatem, num. 231.*
75 *Vtrùm hoc ſtatutum impediat rem mulieris alteri à tertio legari, num. 232. & 233.*
76 *Vel inter viuos promitti, num. 234.*
77 *Si mulier non oppoſita ſtatuti exceptione condemnationem paſſa ſit, an valeat ſententia, num. 235.*
78 *Si duo fuerint rei debendi maſculus & fœmina, an ſicut ex parte fœminæ obligatio non valet ita quoque non valeat ex parte maſculi, num. 236. cum nouem ſeq.*
79 *Et quid in emptione & venditione, num. 246.*
80 *Item quid ſi quis non erat aliter venditurus, niſi eo modo quo vendidit, num. 247.*
81 *Et quid ſi id non probet, num. 248. cum tri. ſeq.*
82 *Sed & quid ſi plures res vno tantùm pretio vendita ſunt, num. 252.*
83 *Quidq́, ſi idem vnicum pretium in ſingula rerum corpora poſtea fuit diuiſum, nu. 253. cum duo. ſeq.*
84 *Et quid ſi à principio diuiſum fuit in ſingulas res, deinde ſimul coaceruatum, num. 256.*
85 *Item quid ſi maſculus & mulier alteri in totum centum debeant, inſolutum quorum duos dent fundos ſingulis pretijs æſtimatos, an tunc duæ dicantur venditiones ſiue inſolutum dationes, an vna tantùm, num. 257. & 258.*
86 *Sed & quid ſi vna tantùm res inter maſculum & mulierem communis, vendita ſit, an ſuſtinenda in totum ſit venditio, aut in totum irritanda, num. 259. cum duo. ſeq.*
87 *Si mulier maſculo, & proinde hoc non vtenti ſtatuto ſucceſſerit, an ſuo nihilominus ipſius mulieris priuilegio gaudebit, num. 262. 263. & 264.*
88 *Et quid ſi econtra maſculus ſucceſſerit mulieri, an huius ſtatuti prærogatiua vtetur, n. 265. cũ tri. ſeq.*
89 *Item quid ſi hic mulieris ſucceſſor mulieri contrahenti conſenſerit, num. 269.*
90 *Sed an mulieri peſtifero tempore contrahenti ſtatuti huius ſolennitatem remittemus? num. 270.*

FINIS.

DE SOLENNITATIBVS IN ALIENATIONIBVS ET OBLIGATIONIBVS MVLIERVM OBSERVANDIS.

CAP. CCCXXVIII. IN NOVIS, IN CIVILI.

IN alienationibus, & obligationibus mulierum deſcendentibus ex contractu, vel quaſi, vel diſtractu principaliter, vel in conſequentiam, & in renuntiationibus iurium eisdem ſpectantium, aſcendentibus a libris decem imperialium ſupra, vel æquiualentibus à dicta quantitate ſupra, neceſſarius ſit conſenſus mariti, ſi maritus fuerit in Ciuitate vel Ducatu Mediolani: & ſi maritum non habuerit, vel ſi habet, & non fuerit in Ciuitate vel Ducatu Mediolani, vel etiam ſi habet maritum et aliquod prædictorum faciat cum ipſo marito contrahendo vel quaſi, vel diſtrahendo, neceſſarius ſit conſenſus agnati: Et ſi aliquod prædictorum faciat cum agnato, non ſufficiat conſenſus illius agnati cum quo aliquid prædictorũ fieret, ſed alterius agnati conſenſus requiratur: Et vbi agnatum non habuerit, vel ſi agnatum habuerit, & noluerit conſentire, vel abſens fuerit à Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, poſſit hoc facere cũ authoritate alicuius iusdicentis, iurante marito vel agnato qui ad prædicta conſenſum adhibuerit, quòd in veritate credit alienationem, vel renuntiationem, contractum vel quaſi, aut diſtractum vt ſupra cedere ad vtilitatem ipſius mulieris, & ſi contra factum fuerit non valeat: & intelligatur agnatus vbi nominabitur de eadem parentela ſub eodem cognomine nominata, ſiue fuerit filiusfamilias, ſiue legitimus, ſiue illegitimus: ſaluo quod mulier poſſit conſtituere procuratorem uel procuratores, & quemlibet eorum inſolidum ad defendendum & ad agendum contra virum, & quamlibet perſonam, & qualibet bona, occaſione dotis ſuæ & bonorum paraphernalium, & eorum quæ portauit ad maritum, & pro conſequendis bonis & iuribus quæ ad eam dicere poſſet ſeu vellet ſpectare ex ſucceſſione aliqua, aut dote & legato vel iudicato vel etiam ex donatione, ſiue maritum habeat, ſiue non, etiam ſine conſenſu mariti, ſi habuerit, & etiam ſine conſenſu agnati vel alterius perſonæ, dum hoc fiat in præſentia alicuius iuſdicentis, non obſtante ſtatuto prædicto, vel aliquo iure ciuili vel municipali in contrarium eduto vel edendo: Et prædicta non habeant locum in vltimis voluntatibus, nec in donationibus cauſa mortis reuocabilibus, nec in caſu quo realiter & verè aliquid peruenerit ad manus mulieris de bonis alicuius, quo caſu mulier conueniri poſſit cum effectu ad reſtitutionem eius

quod realiter & vere in eam perſeuerit, licèt non interuenerit conſenſus vt ſupra: Et ſi mulier iurauerit non habere unde ſciat nec credat aliquem agnatum vt ſupra in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, qui poßit aut velit præſtare conſenſum & iurare vt ſupra, credatur iuramento ſuo, taliter quòd ſine conſenſu agnati poßit prædicta facere, vt ſupra, niſi probetur contrarium.

PRAEFATIO.

VT ſtatuti huius quotidiani vtiliſsimiq; materiam pleniùs pertractemus, operæpretium eſſe duximus prius inquirere, quænam fuerit eiuſdem ſtatuti ratio, an ſcilicet mariti & agnatorum præiudicium, an verò mulieris imbecillitas fragilitasq., & an etiam ſtatutum ipſum ſit fauorabile, an verò odioſum, quoniam ex his maxima pars quæſtionum per nos infra tractandarum dependet, cum præſertim anima legis vel ſtatuti ipſa ſit ratio ſecundùm Ariſtotelem libro Phyſicorum ſecundo, ita referente Tiraquel. in tract. ceſſan. cauſa ceſſat effec. col. 4. num. xi. qua ceſſante ipſa ceſſat diſpoſitio. l. adigere. §. quanuis. D. de iu. patro. cum infin. ſimili. per doctiſſimum virum Andre. Tiraq. adductis in d. tracta. ceſſan. cau. ceſ. effect. per totum, & cum manifeſtum ſit fauorabilem diſpoſitionem extendi, odioſam uerò reſtringi. c. odia, de reg. iur. in 6.

2. Circa primum quæ ratio ſtatuentes mouerit, hanc latè quæſtionẽ tetigit Andre. Tiraq. in ſuo doctiſ. tracta. de legi. connu. in glo. 6. in ver. conſentement, num. 37. inci. reſtat igitur, uſq; in finem d. glo. ubi poſt alios quos citat, concludit ſtatuentes mariti præiudicium principaliter conſideraſſe in conſuetudine de qua ipſe loquitur, eò quia illa mulierem tantùm nuptam ſine maritali conſenſu contrahere prohibebat, quod & vltra per eum allegata addo voluiſſe Bart. loquentem in ſtatuto præſentiam conſanguineorum & proximiorum in contractibus mulierum requirente in l. tranſactionem, in pri. lectu. circ. fin. C. de tranſac. dum inquit dicti ſtatuti rationem eſſe, quia ad ipſos proximiores ſpes ſucceſsionis pertinet, ideo veriſimile eſt, quòd diligentiùs quod per mulierem agitur, conſiderabunt, vbi tamen ſecus dicit ſi ſtatutum ſimpliciter præſentiam conſanguineorum requirat, vti de hoc vltimo eius dicto meminit etiam Tiraquel. vbi ſupra, & ibi in dict. l. tranſactionem, quantùm etiam ad primum dictum ſequuntur Bald. poſt med. verſ. item not. Franci. Aret. circ. med. verſ. illud autem, Iaſ. ante fin. verſ. ſubijciunt Bart. C. de tranſactio. & iterum Iaſ. in l. de pupillo, in princ. col. pri. verſ. & vltra eum conſidero. D. de no. oper. nun.

3. Verùm cum hoc noſtrum ſtatutum generaliter loquatur, non ſolùm prohibens mulieres nuptas ſine maritali conſenſu contrahere, ſed etiam nuptas ſine agnati uoluntate, & præſertim cum non exprimat proximioris agnati, de quo etiam poſtea dicemus infra in gloſ. xi. quæſtio. pri. veriùs eſt dicere mulieris fragilitatem conſideratam fuiſſe, ita enim quando ſtatutum agnati conſenſum non expreſſo quòd debeat eſſe proximior, requirit,

rit, uoluit Bart. in d. l. tranſactionem .C. de tranſact. utſupra retulimus, cum infin. concor. per Andr. Tiraq. adductis,quo loco ſupra citauimus, & præterea idem etiam Bar. in l. mutum.§.fina.D. de acqui. hære. Caſtren. in l. liberorum .§. notatur, in fin. D. de his qui notan. infa. Ant. Butr. in cap. cum conſuetudinis,col. fin. verſ. ſi uerò exigitur certo & determinato tempore, & ibi etiam Gemini. extra de conſue. Ang. Aret. in §. hæres quoque, col. pri. uerſ. ſed mens ſtatuti, inſti. de hære. quali. & diffe. Alex. in appo. Bar. in l. apud Iulianum .§. fina. in uerſ. dicit ſtatutum,ante med. uerſ. ſed cum ſtatuti ratio.D. ex qui. cau. in poſſeſ. eat. & conſ. 189. uiſo ſtatuto,col. pri. uerſ. 2. confirmatur, ubi in col. ſequenti,idem etiam ſæpius repetit,lib.7. Io. Mar. Rimi. in rub.C.qui admit. col. 6. in fin. uerſ. & ex iſtis, Fely. in cap. cauſam matrimonij, col. 5. uerſ. ſecundò allegant, extra de offi. delega. Iaſ. in l. more,col. 4. uerſ. item quia ſtatutum.D. de acqui. hære. & in l. Barbarius,col. 2. uerſ. ſecundò moueor.D. de offic. præto. Philip. Dec. in l. fœminæ,ſub nu.49.D. de reg. iur. Io. Lup. in rep. rub. de don. int. vi. & vx. §.68. poſt prin. Andre. Alcia. in tract. præſumptio. regu. prima,præſumptio. ſecunda,num.5. Franc. Purpu. in l. fin. col. 13. nerſ. & ex præmiſſis,& ibi Hiero. Cagno. nu.137.& 138.C.de pactis, Nico. Boeri. in commen. conſue. Bituri. rub. pri. §. 4. in glo. in uer. de ſon marij,col. pri. loquens etiam in ſtatuto quod ipſe more gallorum conſuetudinem appellat, uiri conſenſum in contractibus uxoris requirente, & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§. pri. in glo. in uer. contraulz entre les uifz, poſt princ. nerſ. dic,quod iſta, & iterum in uer. ne anſi par teſtament, antè fin. uerſ. ad hoc dic, Arnol. Ferro. in conſue. burdiga. titu. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. pri. poſt princ. uerſ. hæc autem conſuetudo,& col. 7. uerſ. ratio qua fine: quanqnàm etiam ſi ſtatutum ad utrunque ad mulieris ſcilicet fragilitatem & ad uiri ſimul intereſſe reſpexiſſet,perinde tamen diiudicandum foret, ac ſi fragilitatis tantùm ratio habita fuiſſet ita tradente Soc. in conſ. 23. circa prædictam,col. 4. uerſ. aliquando & tertiò conſideratur,lib. 4. quem refert & ſequitur Andr. Tiraq. in d. tract. de leg. cōnu. glo. 6. num. 41. quam etiam fragilitatis rationem expreſſiùs conſiderauit ſtatutum noſtrum Comenſe poſitum ſub c. 325. in ciuili.

4. ℭ Circa ſecundum & ultimum dubium,an ſtatutum hoc ſit fauorabile, an uerò odioſum, hanc etiam quæſtionem idem poſuit Tiraq. in eodem tract. de leg. connu. glo. 8. num. 214. & 215. ubi ſequi uidetur eorum ſententiam, qui tenuerunt eſſe fauorabile, quam & nos ſequimur, & quæ cōmunior uidetur,ut colligitur ex alle. per ipſum Tiraq. ibi nu.213. qui dū citat Ang. in conſ.88. præmitto primò,col.2. mihi eſt col. pri. verſ. nemo. enim,& dum allegat Arer. in conſ. 2.col.2.eſt in uerſ. tamen illa,& iterum col. 4.verſ. ſed qualis,& uoluerunt præterea Iaſ. in l. more,col.4.uerſ. item quia ſtatutum.D. de acqui. hære. Rui. in conſ. 52. ex his quæ,col.pen. ſub nu. 6. in fin.lib. pri. Nico. Boeri. quo loco eum in præcedenti dubio citauimus, & Chaſſa. in dict. conſue. Burgun. d. rub. 4. §. pri. in glo. in ver. contraulz entre lex uifz,poſt prin. uerſ. dic quòd iſta.

5. ℭ Non omitto etiam diuerſas ſic poſſe opiniones concordari, ut hæc noſtra opinio procedat quando ſtatutum in mulieris fauorem ob illius imbecillitatem introductum eſt, ut in hoc noſtro, ut iam ſupra aſſeruimus, & quando ſuper iuramento diſponit nihil, ut & in hoc ſtatuto: contraria au-

tem locum habeat quando in fauorem tertij factum eſt, aut quando iuriſiurandi uires tollit. Quam diſtinctionem ex Aymo. Crauet. præceptore noſtro colendiſſimo habuimus in ſua diſputa.incip.diuino ſubſidio ex corde poſtulato in auditorio conſilij,poſita poſt tract.de anti.temp.ſub nu.49.

GLOSSA PRIMA IN VER. IN *alienationibus & obligationibus.*

1 PRIMO QVAERO, quid in alienatione aut obligatione neceſſaria,puta quæ oriatur ex l.aut ſtatuti diſpoſitione. Cui etiã quæſtioni occurrit Andr. Tiraquel. in d.tracta.de legi.connu. glo.8. quæſt. xxiij. vbi multa doctè & eleganter allegat, vti aliàs ſemper, concluditq; in tali obligatione locum ſtatuto non eſſe,quãquam,inquit,Caſtr. Alex. & Franc. Purpu. in l. certi conditio. §. quoniã.D.ſi cert.peta. velint ſtatutũ propinquorum conſenſum in obligationibus mulierum requirens procedere etiam vbi mulier promittit id,de quo efficaciter prius erat obligata. Quod & idem addo uoluiſſe Io. Mari. Rimi. ibi col. antepen. verſ. ſubdit tamen notabiliter:

2 ℭ Nos verò ſequimur priorem Tiraq. opinionem,cùm præſertim Caſtr. Alex. Rimi. & Purpu. nihil pro eorum opinio. allegent quod vrgeat: At noſtra hæc ſententia probatur in l. alienationes.D. fami. herci. in l. qui potuerunt. D.de manu. teſta. in l. cũ fidei hæredis.D.de fideicom.liberta. in l. pri.D. de fun. dota. in l. peto. §. prædium.D.de lega. 2. in l. tutor qui repertorium, in princ. D. de admini. tuto. vbi generaliter probatur prohibita alienatione,illam prohibitam non cenſeri, quæ ex cauſa fiat neceſſaria, cum alijs iuribus & doctorum deciſionibus cumulatis per Andr. Tiraq. vbi ſupra, cui addere poteris Signo. in conſ.49. in quæſtione quæ vertitur inter D.Ioanninam,col.2. verſ. item non obſtat ſi opponatur, iuncta col.ſeq. verſ. præterea hæc obligatio inſurgit ex l. vbi loquens de noſtro Comenſi ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate ſe obligare, inquit locum non habere in obligatione municipali ex l.inſurgente, & Caſtr. in conſ.435. ad confirmationẽ eorum,col. pri. cir. fin. verſ. præterea ſtatutum,lib.pri. vbi ſtatutum,inquit,prohibens matrem dotem alienare de uoluntaria, non etiam neceſſaria alienatione eſſe intelligendum, quod & idem in caſu ſtatuti huius uoluerunt Felli. in c. cum acceſſiſſent, col.8. in fin. verſ. confirmari poteſt,& col. ſequen. vbi alia quoque ſimilia citat extra de conſtitu. Iaſ. in l. ſi vnus.§.pactus ne peteret,col.8. num.29. & ibi Cur. Iun. ſub num.84. dum alleg. Roma. in conſ. 394. D.de pactis, Boe. in conſuetu. Bituri. rub.pri. §. 4.in gloſ.in ver. de ſon marij. col.pri. circ.med. Ferro. in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iu. perſo.§.3.col.5.verſ. veteri aũt obligatione. Aymo. Crauet. præceptor noſter, in conſ.6. plura uidenda ſunt, col.20. verſ.14. ſub num.91. vol. pri. in conſ.215.pater dedit, col.pri. vol. ẽt p. vbi multa alia ſimilia adducit, Hippo. Rimi.inſtit.de donatio. in prin. num.608. & in titu. qui. alie.lic. in prin. num.148. ubi & ipſe in numeris præceden. & ſequen. alia nonnulla ſimilia cumulat, Rolan. à Valle conſ.21. extat ſtatutum,col. pen. ver.2.facit,vol. pri. & facit etiam quod not. Albe. in tracta. ſtatu. par. pri.quæſt.cx. incip. ſtatuto Parmæ cauetur,cir.med. & Afflict. in tit. de prohi. feu. alie. per Fede. in prin.in.13.

nota. num.73. & Ruin. in conſ.27. ſtante pacto, col.2.uerſi. nec obſt. ſtatutum, libr.4. & Opizo. in repet. l. filiusfamilias.§. diui, nu.118. de legat. pri. & quæ cumulauit D.Io.Cepha.in conſ.59.ſtatuto Papiæ, num.30. & ſequen. vol. pri.

3 ℭ SECVNDO quæro, quid in alienatione ex teſtatoris pręcepto facta, in qua quæſtione concludendũ eſt ſtatutum eo quoque caſu ceſſare, ſicuti dicimus in minore, qui licet prædiũ ſine Iudicis decreto alienare prohibeatur, toto titu. D.de reb. eorum, &.C.de prædi.mino. poteſt tamen ſi id faciat à teſtatore iuſſus.l. pri. in prin.l. magis puto.§. ſi pupillus. D.eod. tit.de reb. eorum, l.pri.& l.pen.C. quãdo decre. opus non eſt, per quæ iura ſeu eorum aliqua, dum in facto proponeretur teſtatorem cuidam puellæ dotẽ reliquiſſe ſub conditione, quòd ad ipſiùs teſtatoris hæredes reuerteretur, puella ſine filijs decedẽte, memini D.Apollonium Lambertẽgum clariſsimum virum & patruum meum conſuluiſſe, potuiſſe dictæ puellæ maritum quãuis minorem filiumq;familias, ſine ſtatuti ſolennitate in eorum obligationibus requiſita, ad dictæ dotis reſtitutionem ſecundũ teſtatoris diſpoſitionem ſe obligare: quibus addere poteris multa alia ſimilia per Andr. Tiraq.congeſta, in d.tracta. de legi.connubia. glo.8. num.184. cum mult. ſeq. max. num.194. ita tamen ut ei addas Alex.in conſ.64. uiſa facti narratione, col.pri. lib.2.ubi decidit, nec Iudicis decretum, nec aliam ſolennitatem in alienatione rerum minoris requiſitam, eſſe neceſſariam quando alienatio fit ex teſtatoris præcepto, puta quia teſtamentarijs executoribus alienandi poteſtatẽ dederit, Paris.conſ.85. uidi copioſas, col. fin. ver. nec obſtat ẽt prædictis, lib.3. & Arnold.Ferro. in conſue. Burdi. lib. pri.titu. pri.§.3. col.4. verſ. item ſi uendat, ubi & ipſe loquitur in ſimili ſtatuto huic noſtro, in eãdem quoque ſententiam citans Barba. quem tamen non reperio, Rolan. à Valle conſ.99.pro fundamento, col.pen. & fin.lib. pri. ubi Paris.& Rolan.id intelligunt quãdo tractatur de alienatione depẽdente ex ſolo defuncti facto, non admixto facto minoris prohibiti, & quãdo conſtat de ſpecifica ipſius defuncti uoluntate: & nõ eſt ſuper hac concluſione dubitandum per dicta in præcedenti quæſtione, quando & alienatio uoluntate teſtatoris facta dicitur neceſſaria.l. cùm fidei hæredis.D. de fideicom. liber. & quia alienatio iſta partim fieri dicitur inter viuos, & partim ex ultima uoluntate, unde cùm ſtatutum iſtud locum habeat in cõtractibus inter uiuos, non etiam in ultima uoluntate, non eſt mixtum ad caſum trahendum, ut in ſimili ſtatuto prohibente rem in forenſem inter uiuos alienari, quòd non habeat locum in caſu iſto tanquam mixto, uoluit Ruin. in conſ.137.uiſo inſtrumento, col.3. uerſ.& non tantum, lib.pri. ubi id ẽt trahit ad ſtatutum certam in minoris contractu ſolennitatẽ requirẽs.

4 ℭ Hanc autem concluſionem potiſsimum procedere dicẽdum uidetur, ſi teſtator talis fuerit, cuius ſi uiueret cõſenſus in mulieris contractu requireretur, per nota.per Abba.in conſ.65.quidam Raynerius, in vlti. dub.lib. 2.ubi ſtante, inquit, ſtatuto quòd ſine patris aut aui conſenſu puellę nubere nõ poſsint, dici ſatis ſtatuto factum ſi puella iuſſu executorum ab auo in teſtamento deputatorum nubat, quia quod illi à teſtatore deſtinati fecerunt, teſtator ipſe feciſſe uidetur, per tex.in.l. unum ex familia.§.pri.D. de lega.2. & alia quædam quæ allegat: tu tamen omnino uide quæ dicemus infra in glo.7. in uerb. conſenſus, quæſt.xix.

5 ¶ TERTIO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, quid ſi teſtator, qui tale præceptum fecit, minor fuerit, adultus tamen, an & tunc poſsit mulier illud omiſſa huius ſtatuti ſolennitate exequi. Et uidetur non poſſe, ſecundum Bal. in l. prædium, quam legit cum l. illud. C. quando decre. opus non eſt, ubi minorem, inquit, xxv. annis in teſtamento prædij alienandi poteſtatem concedere non poſſe, ſi hoc facit pro executione cõtractus. Et uidetur ſequi Andr. Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. gloſ. 5. num. 72. dum dicit poſſe, quãdo hoc facit pro ultimæ uoluntatis executione, allegãdo Bal. ubi ſupra. Et facit etiam quoniam ſolus minor non admittitur ad præſtandum mulieri contrahenti, aut ſe obliganti conſenſum, ut dicemus infra in glo. 8. in ver. mariti, quæſt. ix.

6 ¶ Contrariam tamen opinionem ueriorem arbitramur, quoniam, quãtum ad ultimam uoluntatẽ pertinet, adultus pro maiore habetur l. Aurelio. §. Gaius. D. de libe. lega. l. cùm pater. §. curatoris. D. de lega. 2. l. ſi frater, & ibi Doct. C. qui teſta. fac. poſ. cum alijs multis concor. per Andr. Tiraq. ubi ſupra adductis, & latius in rep. l. ſi unquam, in ver. donatione largitus, nu. 254. inci. nam & idem. C. de reuo. donatio. ita ut illi addas l. qua ætate, & l. ſi filiusfamilias. D. de teſta. & §. præterea teſtamentum, inſti. de teſta. ordinan. Et ita rectius ſentiens uoluit idem Bal. in l. pri. in prin. in ſecundo nota. D. de reb. eorum, dum illum, inquit, tex. procedere etiam ſi teſtator fuerit minor, dummodo adultus, quem ſequitur Alex. in conſ. 215. põderatis, col. pri. verſ. unde dicit Bal. lib. 6. Iaſ. in l. quæ de legato, col. fin. verſ. 9. in contrarium. D. de lega. pri. Dec. in l. fin. col. 2. verſ. & iſta concluſio. C. de pactis, ubi Bal. expreſsim carpit in d. l. prædiũ, quatenus intereſſe putauit, an talis alienandi facultas concedatur pro executione contractus, an ultimæ uoluntatis, uolens Deci. vtroque caſu concedi poſſe. Et ex his ſatis ſublatum opinamur & illud, quod pro contraria adduximus opinione, ſoliũ nõ poſſe minorẽ xxv. annis mulieri contrahenti conſentire; quoniam id uerum eſt inter uiuos; At ſecus in ultima uoluntate, de qua hic tractamus; quia quo ad eam adultus pro maiore habetur, ita ut neceſſaria non ſit curatoris autoritas, ut ſupra ſatis probauimus. Ex quibus omnibus lector colligere poteris, idem eſſe ſi tale præceptum ab alia quoque muliere teſtante factum fuerit, cùm & hoc ipſum ſtatutum ad mulierem teſtantem nõ pertineat, ut hic expreſſum eſt, & dicemus infra in gloſ. 22. in ver. nec in ultimis uoluntatibus.

7 ¶ QVARTO etiam quæro, quid ſi teſtamentũ, in quo hæc alienandi facultas conceſſa eſt, inualidum fuerit. Super quo uidendus eſt tex. in l. fina. D. de reb. eorum, ubi dicitur ſi poſtea patris teſtamentum irritum appareat, uenditionem tamen per tutorem, aut curatorem ex teſtatoris præcepto factam, ratam eſſe habendam. Ex quo Bar. & Bal. ibi annotarunt, inutili quoque ex teſtamẽto uoluntatem teſtatoris probari. Ad idẽ tex. in l. in teſtamento, ubi etiam Bart. notat. D. de fideicom. liber. & uoluit iterum ipſe Bar. in l. gerit, col. 4. verſ. circa ſecundum ſpeciale. D. de acqui. hære. Bal. in. l. 2. in prin. C. de confir. tuto. in l. ſi poſt diuiſionẽ, col. pri. cir. fin. ver. ſecundo caſu. C. de iur. & fac. igno. & in c. cæterum, col. 3. verſ. ſed nunquid in teſtamento, extra de iudi. Alex. in conſ. 145. habita ſuper his, col. 3. verſ. fortificãtur prædicta, lib. pri. Io. Mari. Rimi. in l. certi cõditio. §. ſi nummos, col. 5. uerſ. item inquantum Bar. quærit. D. ſi cert. peta.

Feli. in cap. cum uenerabilis,col.8.uerſ.ſimiliter dixit Bar.extra de except. Iaſ. in conſ.227.Carolus,col.12.uerſ.16.facit,lib.2. conſ.67.de iſto,col.4. uerſ.reſtat,lib.3.& iterum in conſ.127. dubitatur,col.5.uerſ.4.ex teſtamẽto,lib.4.& in l.ſi poſt diuiſionẽ,col.2.verſ.ſed iſtud.C. de iur. & fac. igno. Philip.Dec.in conſ.159.caſus qui proponitur,col.pri.in fin. verſ.4.& ultimò, & in conſ.254.iuridicas,in fin. in c. ut debitus,col.3. uerſ.& non eſt nouum,de appella.in cap.at ſi clerici,in princ.col.11.uerſ.ſed breuiter,extra de iudi. Caro.Rui.in conſ.137.uiſo inſtrumento,col.fina.uerſ.nec obſ allegata,lib.pri. Crot.in rep.l. re coniuncti, ſub num.65.D.de leg.3.Curt. Iun. in conſ.70.incipien. tota uis,col.2.uerſ. nec huic fundamento, Andr. Alcia. in repet.c.cum contingat,fol.7. uerſ.item cùm contractus,ſub num. 38. de iureiu. Alba conſ.ulti. filiusfamilias,in fin.uer.

47. ℂ DECIMONONO quæro, an poſſit mulier ludere omiſſa huius ſtatuti forma, quam quæſtionem tetigit Andre. Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. in glo. 5. in 18. quæſtio. vbi concludit non poſſe, etiam ſi ad ludum licitum ludat, quia de illicito non eſt dubium quòd non poſſit, etiam cum conſenſu uiri, ſecundùm eum, & mouetur quia ita conſtitutum eſt in ſeruo, filiofamilias, & generaliter in omni perſona liberam bonorũ ſuorum adminiſtrationem non habente, poſt alios quos citat in locis per eum allegatis, qui dum citat Parid. de Pute. in tracta. de lud. char. 7. veriùs eſt in char. 2. col. illius char. etiam 2. verſ. an perditum in ludo: cui addo de hoc eſſe caſum in l. fina. D. de aleato. & voluerunt præterea Hoſti. in ſum. de pœni.

&

& remiſ.§.fin.ſub.§. quid de luſoribus,col.2.verſ. ſed & ſunt perſonæ, Saly. in aut.alearũ vſus,ante fi.C.de reli.& ſump.fun. & de aleæ vſu & alea.Abb. in cap. quia plerique, col.antep. in xi.quæſtio.cir.fin.extra de immu. eccle. Stepha.Bertran. in conſ.213. omiſſa illa,per totũ, lib.3. & Augu. de Arim. in addi. Ang.maleficio.in ver. metidore di mali dadi, col.8. in additio.incipi. tu autem in hac materia adde quia intendo: Quæ tamen ſcias non procedere vbi quid in conuiuio ueſcendum luditur, tex. eſt apertus in d.l. fin. in princi.D. de aleato.& not.glo.pri.in c.pri.35.diſtinctio. & Abb.in c. clerici 2.col.pen.verſ. ſed de iure naturali, & ibi Imo.col.8.verſi. ſed aduerte quia dubium, de vita & hone.cleri. & Ang.Areti.in d.tracta.malefic. in d.ver. metidore di mali dadi, col.7.verſ. & tene menti, & ibi Augu. de Arim. quibus etiam in locis habetur an hoc caſu ludus clericis quoque ſit permiſſus. Hic tamen illud non prætermittendum duximus, contra aliquid in ludo amittentem ad illius repetitionem non niſi quinquaginta annorum præſcriptionem currere,tex. eſt in l.fina.C. de reli. & ſumpti. fune. & de ale. vſu & alea. Quę tamen præſcriptio an contra mulierem quoque currat, videbis omnino quæ dicemus infra hac eadem gloſ. quæſtio. lxxij. & iterum in glos. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xxvij. & mult. ſequen. vbi tractabimus an hoc ſtatutum impediat contra mulierem præſcriptionem currere, ſi ſine huius ſtatuti ſolennitate ſe obligauerit remque tradiderit.

48. VIGESSIMO quæro, an & huius ſtatuti forma ſit obſeruanda quũ mulier pro alio fideiubet: Qua in quæſtione Andre. Tiraq. in tracta. de legi. connu. in glo.5.quæſtio. viij. per multa concludit eſſe obſeruandam, præſertim quia ſtatutum hoc eſt fauorabile, quo caſu prohibito contractu cenſetur etiam prohibita fideiuſſio: Et quia in ea militat eadem prohibitionis ratio,quę in obligatione alterius contractus. Et notandũ eſt Tiraq. loqui in ſtatuto utente verbo contrahere, ideo idem fortiùs dicendum eſt in ſtatuto hoc generaliùs loquente. Et faciunt quæ diximus ſuprà num. ab hinc 3.incipi. non obſtant in contrarium allegata.

49. Et iſta opinio potiſſimum procedit hoc in Mediolanenſi ſtatuto, quod non ſolùm prohibet obligationem principaliter factam, ſed etiam in conſequentiam: Nam fideiuſſorem conſtat non principaliter, ſed acceſſoriè & per quandam conſequentiam obligari. Et ita fuiſſe videtur de mente Bal. ſi rectè inſpiciatur in l.fin.col.ẽt fin.verſ.quæro dicit ſtatutũ.C.ad S.C. Macedo. dum inquit ſi ſtatutum prohibeat filiumfamilias ſe principaliter obligare, poſſe tamen eum fideiubere, quia aliquid permittitur acceſſoriè quod principaliter non permittitur, niſi quis, ſubdit Bal. quæſito colore fideiubeat, cùm re vera ſit principalis,nam hic;vt diximus,ceſſat Bal. ratio, cùm acceſſoriam quoque obligationem ſtatutum hoc prohibeat.

50. Et prædicta vera eſſe ſentit Tiraq. vbi ſupra, etiam ſi in rem ſuam fideiubeat mulier, dum ſtante, inquit, ſtatuto prohibente vxorem ſine viri conſenſu contrahere, non poſſe eam fideiubere etiam in caſibus in quibus de iure communi poterat, qui annotantur per glo. & Docto.in l.fina.C. ad S. C. velle. inter quos & hic ibi ponitur, & eſt tex. in l. aliquando,in princi. D.eod.titu. & in l.2.C. etiam eod.titu.& in l. de die.§.qui mulierem,& ibi Docto.D.qui ſatisda.cogan. & not.Roma. in ſingu.122. aliàs 121. incipi.

tu ſcis quòd minor: Quibus etiam in locis habetur quando in rem ſuam fideiubere dicatur mulier: et ita tenendum eſt.

51. ℭ VIGESSIMOPRIMO quæro, an hoc ſtatutum in nouatione quoque locum habeat: & dicendum eſt locum habere authoritate Bal. in conſ.23. præſuppoſito ſtatuto, lib.5. à nobis etiam relati ſuprà num.44. incipi. ſed & idem in vaſallo.

52. ℭ VIGESSIMOSECVNDO quæro, quid in obligatione ex cauſa alimentorum: Et Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. in glo. in ver. contraulz entre les uifz. col.3.verſ. limita tertiò, eam inquit videri permiſſam, cùm ſecundùm eum poſſit mulier ſe piæ cauſæ obligare, cui alimentorum fauor æquiparatur, vt colligitur ex Iaſ. in l.pri.C. de fidecom. ſubdens tamen Chaſſa. ſe id nõ ponere pro conſtanti, & cogitandũ relinquit.

53. ℭ Verùm pro contraria opinione, quòd immò & hæc obligatio interdicta cenſeatur, illud in medium adduci poteſt, quòd prohibita per teſtatorem alienari, non poſſunt ẽt in cauſam alimentorũ diſtrahi, vt tenuit gloſ. in aut. res quæ, in ver. obligationẽ, cir. fin. quam ibi ſequitur Bal. ſubdubius tamen, in lectu. anti. quam tamen nos videre nõ potuimus, & ibi clariùs Saly. col.fin. verſi. quæro an pro ſumptibus. C. commu. de lega. Quam opinionem de rigore iuris ſuſtentabilem dicit etiam Corn. ibi col.fina.cir.fin.

54. ℭ Quibus tamen non obſtantibus priorem ſequimur opinionem, ſed non ea quidem ratione qua Chaſſa. inquit ſtatutum hoc locum non habere quum mulier cum pia cauſa contrahit, quia in hoc te remittimus ad ea quæ dicemus infra in fine quæſtio. xxxix. Sed quia contraria opinio contrà gloſ. in d.aut. res quæ, & communior & verior eſt, quam ibi tenent, Oldra. Iaco. de Areti. & poſt eos Bar.cir.fin.verſ. quærit gloſ. vtrum ſumptus, qui dicit ita communiter Docto. tenere, Bal. in lectu. quæ communiter circunfertur, col. fin.ver. quærit glos. vtrum ſumptus alimentorum, Ang. in fina.ver. Caſtren.cir.fin. Iaſ.col.8.num.31. vbi communem dicit, & Curti. Iun.num.30. qui etiam de communi atteſtatur. C. commu. de lega. idem Bar. in l. quemadmodũ, col.2.verſi. in e. gloſ. ibi an propter famem. C. de agri. & cenſi. lib.11. & idem etiam Bal. in conſ.50. viſo teſtamento, col.fin.verſi. ſed dubium, lib.5. iterum etiam Ang. in l. Marcellus. §. res quę, col.2.verſ. ſed an pro redemptione, & ibi Imo. Roma. & Alex.col.pri. qui communem hanc dicit, Soci.col.pri.verſi. ſecundò limita, & Iaſ.col.2 verſ. amplia iſtam. D. ad S. C. Trebellia. iterum idem Roma. in conſ.267. circa id de quo quæritur, per totum, idem etiam Alex. in conſ.3. viſo proceſſu cauſæ, col.fina.verſi. item etiam conſtat, lib.3. Aflic. in titu. de prohi.feu. alie. per Fride. in princi. in 13. nota. num.64. Ambro. Opizo. in repe l. filiusfamilias. §. diui, num.57. & ibi Rip. num.78. D. de leg.pri. Quam opinionem in practica ſequendam dicit etiam Corn. in d.aut. res quæ, col.fina. Ex quibus patet hanc eſſe communiorem opinionem.

55. ℭ Quòd etiam ſit verior, probatur, quia ſicut talia bona reſtitutioni ſubiecta alienari poſſunt pro redemptione captiuorum, ſecundùm magis communem opinionem, vt in ſequenti quæſtio. dicemus, ita debent alienari poſſe ex cauſa alimentorũ, quia hæc duo æquiparantur, l. quanuis. D. ſolu.

matri.

matri.aut. contrà cùm rogatus,& ibi Bar. In fina.ver.C. ad S. C. Trebellia. l.Sancimus,pri.C.de ſac.ſan.eccle.& quia talis alienatio ex cauſa dicitur neceſſaria fieri,vt probatur in cap.3. extra de fur.& in cap. cùm haberet,in fi. extra de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adul. & in l. necare.D. de libe.agno. & not. Bal.Soci.& Afflict. in locis præalle. Ex quo fit vt noſtro in caſu potiſſimùm debeat eſſe permiſſa, per ea quæ diximus ſuprà in pri. quæſtio. Et quia par eſt dotis cauſa,& alimentorum,ſecundùm glo.in l.ob æs.C. de prædi.mino. & Docto.in l.pri.D.ſolu.matri. Sed ex cauſa dotis bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſe non dubitatur, d.aut.res quæ C.commu. de lega. Ergo & ex cauſa alimentorum id debet eſſe permiſſum. Et quia licèt dos conſtante matrimonio reſtitui nequeat .l.vni.C.ſi dos conſtan.matri.rectè tamen ob alimentorum cauſam reſtituitur.l.quanuis.D. ſolu. matri. Sic & minori,cui aliàs ſine certa ſolennitate interdicta eſt alienatio, ob famem tamen permittitur, ſecundùm gloſ.in d.l.ob æs: item pater alienare filium prohibitus, l.pri.C.de his qui fili. diſtrax. poteſt tamen ob famis neceſſitatem.l.fina.C.eod.titu.

56. ¶ Quibus etiam ſimile eſt, quòd qui ob neceſſitatem furatur leuiùs punitur, cap.3. extra de fur. Et quod dicimus bona eccleſiæ alienari prohibita,poſſe tamē famis cauſa alienari.l. ſancimus,pri.C.de ſac.ſan.eccle. Et quod de ſeruis originarijs & cenſitis proditū eſt,qui licèt abſque terra alienari prohibeātur.l.quemadmodū.C.de agri.& cenſi.lib.11.rectè tamē propter famem alienantur, ſecundùm glo. ibi in ver.vendi, paulo poſt princi. quam ibi ſequitur Bar.col.2. Et quod dicimus res in cauſa libertatis ſequeſtratas poſſe tamen alimoniæ cauſa diſtrahi.l.fina. ante fin. C. de ordi. cognitio. Et quod traditur generalem clauſulam ad cauſam alimentorum nō trahi.l. libertis,2.§. poſthumis,vbi glo. in ver. non videri, & ibi Bar.D. de alimen. & ciba.lega. idem Bar.in l.Mela, circa medi. principij, verſi. item per clauſulam generalem.D.eod.titu. Alex.in conſ.214. ponderatis, col. 3.verſ. & quanuis,dum allegat Bar. in d.l. Mela, lib.6. Philip.Deci.in l. iura ſanguinis, num.4. in fine .D. de reg.iur. & in l. principalibus, in fin.ver. D. ſi cer.peta. Aymo. Crauet. in conſ.179. quando fœmina, in princi.lib. pri. Quanquam reclamet Crot. in rep.l. filiusfamilias.§.diui, num.55.D. de leg.pri. vbi inquit tex. illum,in d.§. poſthumis,non probare Bar.ſententiam,quia ibi ſub oratione indefinita legata diminuente,non includebatur legatum alimentorum,quoniam repetitum fuerat per illa verba præter cibaria & veſtiaria: Super cuius tex. intellectu videbis ipſum etiam Bar. in l. talis ſcriptura .§.pri.poſt princi. & .§.fina.col.pri.verſi.opp. extra gloſ. & ibi Iaſ. qui §. §. illos ſimul legit cum prin. legis, col.4.verſ. item adde inquantum Bar.D.de leg.pri. Et hæc noſtra ſententia potiſſimùm procedit in caſu huius ſtatuti,quod ſolennitatem hanc in alienatione & obligatione mulieris fauore ipſius mulieris non tertij introduxit, vt diximus ſuprà in præfatio. in pri.dub.quo caſu prohibitio ad cauſam alimentorum non extenditur, ſecundùm Corn.in d.aut. res quæ, col.fina.poſt medi.C.commu. de lega. dum reſpondet ad d.l. ob æs C. de prædi. mino.

57. ¶ INTELLIGE autem prædicta vera eſſe non ſolùm pro alimentis ipſius mulieris, ſed & patris,viri, fratris,vel alterius eius neceſſarij, per tex. in l. quanuis, cum l.ſeq.D.ſolu.matri. in l. mutus .D. de iu.doti.in l. ſi quis pro vxore, in fine .D. de dona. inter ui.& vxo. Et facit etiam tex. in

cap.

cap. communis filius,& ibi gloſ.in ver. ſuorum,xxiij. diſtin. Et non ſolùm pro alimentis,ſed etiã pro expenſis quæ infirmitatis cauſa fierent, vt eſt de mente Pau. Caſtren. in d.aut.res quæ, cir.fin.C. commu. de lega. & voluit præterea Bal. ab eo non commemoratus, in conſ.20. quid importent, in princi.lib.2. Quod & habet rationem,cùm expenſæ, quæ in medicis medicinisue fiunt, alimentorum appellatione comprehendantur, ſecundùm Doct. in l.cùm hi.§. qui tranſigit,vbi Iaſ.concordan.citat.D.de tranſactio.

58. ℭ VIGESIMOTERTIO quæro, quid ſi mulier velit ſe à captiuitate liberare,an hoc quoque caſu huic ſit ſtatuto locus: Quam quæſtionem tetigit Andre. Tiraq. vir noſtri ſanè temporis celeberrimus, in tracta: de legi. connu. in glo.8.quæſtio. xxxv. vbi concludit locum non eſſe, poſt Roma. & alios quos allegat: & vltrà per eum adducta eandem etiam opinionem tenuerunt Nico. Boeri. in conſue.Bituri. titu. des couſtumes concernant les iuges & leur iurisdition, cir. fin. & Bartho. Chaſſa. in conſue. Burgun.rub.4.§.pri. in glo. in ver. contraulz entre les uifz,col.4.verſi. vide quæ in ſimili, & nouiſſimè Hippo. Rimi.inſtitu. de donatio.§.pri.nu.377. Quam & nos opinionem ſequimur: Quanquã reclamet Arnol. Ferro. in conſue.Burdiga.in titu.de ſta.& iu.perſo.§.3.col.6.verſ. itaque ned probo.

59. ℭ Et hęc noſtra opinio multis quoq; medijs fulcitur per And.Tiraq.quo loco eũ ſupra citauimus adductis,vbi dũ adducit ſimile illud de bonis fidei cómiſſo ſubiectis,quę alienari poſſunt,vt quis ſe à captiuitate liberet,addo id pręterea voluiſſe Bal.in conſ.20. q̃d importent,in prin.lib.2.& Doct. in l.Marcellus.§.res quę,vbi Soc.col.3.verſ.tertia concluſio, & Iaſ.col.2.verſ. amplia iſtã,& ibi ſequi ẽt videtur Clau.Aquen.ſub nu.2.dum ſe remittit ad Alex.D.ad S.C.Trebellia. & iterũ Iaſ.in d.aut.res quæ,col.10.verſi. in fine gloſ. habetis, & col.ſeq.verſi. ſextò extende non ſolùm, & ibi Curti. Iuni. col. 11. verſi. concludit etiam Bart. ſub num.31. in fi.C.commu. de lega. Ludo. Bologni. in conſ.43. cuius caſus inci. ſer Iacobus, col.2.verſi. & ſic ex hoc conſiderauit, Rip. in l. obligatione, col.12.verſi. ex quibus infertur.D. de pigno. & Hippo. Rimi. quo loco eum ſuprà in præcedenti verſ. citauimus: Et facit etiam quia alienatio cauſa redimendorum captiuorum dicitur neceſſaria.l. ſancimus, pri.C. de ſac.ſan.eccle. quæ hoc ſtatuto non prohibetur,vt diximus ſuprà hac eadem gloſ. in pri.quæſtio.

60. ℭ QVID AVTEM, & iſta xxiiij. ſit quæſtio,ſi mulier ob ſuum ipſius delictum carceri mancipata eſſet,an & tunc quæ diximus locum habeant, tangit Andre.Tiraq. vbi ſuprà num.288. cum duo ſequen.vbi tres refert opiniones quando alienari prohibita, poſſint pro redemptione eius qui ob ſceleta eiuſdem in vinculis detinetur,alienari,& nullam expreſsè firmat, dicit tamen communem eſſe negatiuam opinionem non poſſe, poſt Iaſ. in aut. res, col.5.verſ. quintò & vltimò.C. commu. de lega. cui addo eandem opinionem & communem ſecutum fuiſſe Matthę. Gribal. in ſuo tracta.commu.opinio.char.pri. in ver. alienatio, verſi. bona ſubiecta: Sed contrariam opinionem affirmatiuam,immò poſſe, vltrà per Tiraq. allegata,tenuerunt Nico. Boeri. & Bartho. Chaſſa. in locis ſuprà num. ab hinc 2. allegatis.

61. ℭ Mihi tamen, ſi hac in re meum licet iudicium interponere,magis pla-

cet ſententia, quæ diſtinguit, an agatur dc præiudicio tertij, & non poſſint alienari,aliàs poſſint : quam ſecuti ſunt plurimi quos citat Tiraq. vbi ſupra num.290.& præterea Alex. in l. quanuis,col.pri.D.ſolu.matri.vti etiam in hanc ſententiam allegatur à Deci. & Clau. Aquen. in locis ſtatim allegandis, tametſi Tiraq. ubi ſuprà num.288. alleget cum tenere ſimplicem affirmatiuam opinionem : Eandem etiam noſtram opinionem diſtinguentem tenet Clau.Aquen.in d.§. res quæ,col.pri. poſt princi.vbi dicit eam ueram eſſc & cõmunem , & Hippo. Rimi. in d.§.pri.num.280. cum quat. ſequen. inſtitu. de donatio. vbi in eandem quoquc ſententiam citat Tiraqucl. in d. tracta. dc legi.connu. in glos.6.num.280. ſcd eſt in gloſ.8.num.290. vbi tamen eam opinionem expreſsè non firmat , præſertim cùm tandem addat videndum Deci. in cap. quæ in cccleſiarum, col.pri. & eſt in verſi. tertius & vltimus, de conſtitu. vbi contrarium tenet ; Et mouetur quia ſi non conſideratur præiudicium fideicommiſſarij,& ſic tertij,quando hæres alienat bona fideicommiſſo ſubiecta vt ſe à carceribus redimat , in quos abſq; culpa incidit, ita non debet conſiderari quando in eos incidit culpa quidẽ ſua ſed ad caſum non ordinata .

62\. ℭ Scd quicquid ſtudio contradicendi Fely. eius concurrenti Deci. dixerit,præcedentem ſequimur opinionem, quoniam diuerſa eſt ratio quòd quis in carceres inciderit culpa ſua licèt non ad caſum ordinata , & diuerſa ſi in eos incidit abſquc vlla penitus culpa , per tex. in cap. damnum quod quis , dc reg. iur. in 6. cum ſimili. & alia quædam quæ allegat Alex. in d.l. quanuis , & in d.§. res quæ , & ita etiam poſtea reperimus Rimi. vbi ſuprà num. 384. Deci. reprehendentem : Nec verò & illud quod Tiraq. aſſerit, contrariam opinionem negatiuam communem eſſc , verùm exiſtimamus, quoniam Iaſ. in d.aut. rcs quæ, col.6. verſ. ſextò & vltimò, loquitur quando tractatur de præiudicio fideicommiſſarij,& ſic tertij,vt colligitur ex illis verbis,debet pœna eum tenerc, non autem tertium,cui eſt reſtituenda hæreditas : item ex illis , ſed dic ibi ideo eſſe quia non agitur dc præiudicio alicuius ibi in ſpecic , & ita eum hanc in ſententiam citat ipſemet Tiraq. d. num.290. Et tantò minùs contraria opinio erit communis,ſi quantùm ad caſum noſtrum cum his qui diſtingunt vt ſuprà, iungamus authoritates eorum qui ſimpliciter partem affirmatiuam tenuerunt, quos cumulat Andre. Tiraq.vbi ſuprà num. 288. cui addere poteris Bal. idem tenentem in conſ. 20. quid importent,poſt princi.lib.2.vbi id intelligit ſi hæres delictũ committat ex inimicitia aut alia cauſa non autem data ad hoc opera vt fideicommiſſum euertat,quod & habet rationem,quia dolus ſuus nemini prodeſſe debet,tot.titu. D. &.C. dc dol. & faciunt optimè quæ dicemus infra in glo.2. in ver. mulierum,quæſtio.xvij. Eandem etiam ſimplicem affirmatiuam opinionem tenuerunt Fely. in cap. ſignificauit,cir.med. verſi. & not. quòd iura , extra dc iudi. & Io. Crot. in rep.l. filiusfamilias.§. diui , num. 64. cum duo.ſeq. de lcg.pri.

63\. ℭ Nam,vt ad propoſitũ noſtrum redeamus,huiusmodi ſtatutũ non fuit ob mariti aut agnati pręiudiciũ,ſed ob ſui ipſius mulieris imbecillitatem introductũ,vt diximus ſupra in præfatio. in pri.dub. ideo conſequens eſt, vt hoc quoque caſu huic non ſit ſtatuto locus : In quam etiã ſententiam illud nos vocat, quòd in hoc ipſius quoque mulieris vtilitas verſari uidetur, ſi à carceribus redimatur,præſertim quia ſi exire carceres non poſſet,in deſpe-

rationem

rationem animæ fortè incurreret, vt dicit Fely. in d.cap. ſignificauit, ideo debet eſſe permiſſa huiuſmodi obligatio, ſecundùm ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio. 50. Et quia redemptio captiuorum etiam pro delicto carceratorum pias inter cauſas connumeratur, vt per Andre. Tiraq. in tracta. priuilegio. piæ cau. in præfa.col.4. verſi. item relictum pro redemptione. Sed ſtatutum hoc non uidetur locum habere in obligatione quæ piæ cauſæ fieret, de quo tamen dicemus infra in fine, quæſtio. xxxix. Et facit etiam quia hoc idem ſtatutum ad obligationem ex delicto prouenientem pertinere non videtur; de quo dicemus infra hac eadem glos. quęſtio. xc. Et prædicta opinio diſtinguẽs an agatur de præiudicio tertij, nec ne, eò magis ſequenda eſt, quòd ſemper dubijs in opinionibus ſequenda eſt illa quæ diſtinctionis fœdere alias concordat, ſecundùm Soci. Iuni. in conſ. 29. perſpectis, col. fina. verſi. præterea, lib. 2. cum concordan. alle. per Hippo. Rimi. inſti. de donatio. in princi. nu. 13. & per Neuiza. in ſua ſylua nuptia. parte quinta, num. 32.

64. ℂ Et hæc noſtra opinio potiſſimùm procederet vbi mortis aut mutilationis membri pœna eſſet imponenda, ſecundùm Soci. in d.l. Marcellus. §. res quæ, col. 2. verſi. ſed circa præmiſſa, poſt alios quos citat: quod & habet rationem, cùm ſine dubio eo caſu mulieris vtilitas verſetur: Et ſecundùm hanc noſtram ſententiam idem dicendum eſſet etiam ſi capta eſſet mulier à latronibus culpa eius præcedente, aut propter debitum carcerata: quanquam in bonis fideicommiſſo ſubiectis non poſſe hoc caſu alienari tenuerunt Ang. in d.§. res quæ, col. 2. verſi. ſed an pro redemptione, & in d.aut. res quæ, cir. fin. & ibi Caſtren. & cir. fin. Soc. col. 3. verſi. tertia & vltima, & Curti. Iuni. num. 31. in fin. iunctis duo. ſequen. Sed ille caſus differt à noſtro, quia ibi tractatur de præiudicio tertij, hic non vtique, vt ſuprà diximus. An autem prędicta procedant etiam ſi tractetur de redemptione alterius perſonæ quàm ipſius mulieris, puta fratris, mariti, filij, aut alterius eius agnati, uidebis bonum tex. in d.l. quanuis, & l. ſequen. D. ſolu. matri. & in l. mutus. D. de iu. doti. Rip. in l. obligatione generali, col. 12. verſi. ex quibus infertur. D. de pignori. Andre. Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. in glo. 8. num. 283. & 285. & Hippo. Rimi. inſti. de donatio. §. pri. num. 377. cum duo. ſequen.

65. ℂ VIGESIMOQVINTO quæro, an non obſtante ſtatuto iſto poſſit mulier ſe depoſiti cauſa obligare. Et reperio D. Apollonium Lambertengum clariſſimum virum, & patruum meum, in caſu noſtri Comenſis ſtatuti huic admodum ſimilis, conſuluiſſe quod ſic: Mouebatur quia pupillus furioſus ſimileſque perſonæ obligari prohibitæ, obligantur tamen & conueniri poſſunt quatenus locupletiores fiunt. l. 3. in princi. D. commo. ſed mulier (ſecundùm eum) depoſitum non reſtituendo diceretur locupletior effici, quia is locupletior effici dicitur, qui nullam habet retentionis cauſam, & reſtituendo non efficitur pauperior, alle. Bar. in d.l. 3. in princ. D. commo. quam ibi Bar. legit cum. §. impuberes. l. pri. D. eod. titu. alle. etiã Iaſ. in l. ſi me & Titium, per illum tex. D. ſi cer. peta. vbi tu apud alios quoque Docto. videbis. Cui D. Apollonio accedo ſi mulier rem habeat quam reſtituere poſſit, & ita loquuntur ſupra allegata, aliàs ſi rem depoſitam mulier inutiliter conſumpſerit, ſecus dicendum eſt, quoniam licèt depoſitum multa habeat priuilegia, de quibus per Curti. Iuni. in l. bona fides, col. fin.

D.depo. tamen ſpecialia conſtat non eſſe multiplicanda, vt probat glo. pri. in l. item veniunt. §. in priuatorum. D. de petitio. hæredi. Et ita in hoc dubitandum non videtur, cùm ſtatutum hoc omnem prohibeat obligationem ex contractu deſcendentem, & cùm certum ſit depoſitum eſſe contractum & obligatorium, l. contractus. D. de reg. iur. & tot. titu. D. & C. depo. & vide omnino quæ dicemus infra in glo. 24. in ver. nec in caſu quo realiter & verè, per totam, vbi etiam tractabimus quid ſi mulier diceret rem quę ad ſe ſine huius ſtatuti ſolennitate peruenit, inutiliter conſumpſiſſe, totum aduerſario oppoſitum aſſerente, cui id probandi onus incumbat.

66. ℂ VIGESIMOSEXTO quæro, an poſſit mulier iniuſſu viri aut agnati eleemoſynam largiri: Quam quæſtionem remiſſiuè tantùm in vxore tetigit Andre. Tiraq. in ſæpe allegato tracta. de legi. connu. in gloſ. quinta, in xxiiij. quæſtio. vbi allegat varios concor. & cano. & Theolo. de iure communi loquentes, & inter alios citat glos. in cap. quod deo, 32. ſed eſt in 33. quæſtio. v. in ver. in hunc, voluiſſe vt non poſſit vxor inſcio marito hoc facere, & non ſolùm de rebus dotalibus, ſed nec quidem de paraphernalibus, quia honeſtum eſt vt cui corpus commiſit, res quoque committat, per iura quæ allegat, vbi tamen gloſ. illa non ita ſimpliciter loquitur, ſed illum tex. innuentem vxorem ſine licentia viri non poſſe eleemoſynam largiri, de rebus, inquit, dotalibus intelligendum, & ſi uis, ſubdit glo. intelligere de paraphernalibus, intelligas conſilium eſſe, nam cui commiſit corpus, honeſtum eſt, &c. Quod enim conſilij eſt, conſtat non eſſe neceſſitatis, cap. cum in veteri, & ibi Docto. extra de electio. cap. cum olim, & ibi gloſ. & Docto. extra de arbi. xiiij. quæſtio. pri. cap. fina. in verſi. quod præcipitur, cap. nullus ex conſilio, de reg. iur. in 6. l. conſilij non fraudulenti; & ibi Deci. & Cagno. D. de reg. iur. & l. 2. in fine. D. manda. & ita illam gloſ. loqui in dotalibus non in paraphernalibus intelligere videtur Abb. in ſua diſputa. incipi. Sempronius clericus, col. 4. cir. princi. verſi. item vxor de bonis, & clarius in cap. 3. cir. medi. extra de fur. Quod etiam voluit Hoſti. in ſum. de pœni. & remis. §. quibus & qualiter, col. 16. verſi. quid in vxore, vbi etiam latiùs diſtinguit in bonis dotalibus & uiri: Quem vltra per Andre. Tiraq. allegata, ſequuntur etiam Nico. Boeri. in conſue. Bituri. titu. pri. §. 4. in glos. pen. in ver. ne peult donner, cir. fin. verſi. ſed an poſſit facere eleemoſynam, & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. titu. de droict & appar. à gens mariez. §. pri. in gloſ. in ver. en puiſſance de ſon marij, limita. 3. in fin. dum ſe ad ipſum Hoſti. remittunt.

67. ℂ Ex quibus lector intelligere poteris, mulierem quæ uirum non habeat, poſſe ſine agnati conſenſu, aut magiſtratus authoritate indiſtinctè eleemoſynam facere, cum nullum eorum verſetur præiudicium, ſi rem ſuam mulier pios in vſus conuertat, quod ei permiſſum videtur, ſecundùm ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio. xxxix. in fin. nam quòd pauperibus datur aut relinquitur, in pias cauſas conuerti dicitur, vt per Andre. Tiraq. in tracta. priuile. piæ cauſæ, in præfatio. col. 2. verſ. item relicta pauperibus.

68. ℂ Ad cuius rei confirmationem illud quoque adduci poteſt quod annotauit Bal. per illum tex. in l. ſi ſponſus. §. ſi conceſſa, in 2. lectu. D. de donatio. inter vir. & vxo. vbi æquiparat donationem piæ cauſæ factam, & eleemoſynam, dicitque eas non cenſeri prohibitas, prohibita ſimpliciter

alienatione etiam per ſtatutum, multaque ad eius rei confirmationem allegat, quibus probat non ualere ſtatutum etiam ſi expreſſè eleemoſynam prohiberet. Et facit etiam quod in præcedenti quæſtio. diximus, poſſe mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate pro perſonæ redemptione ſe obligare, nam id multò magis pro eleemoſyna permittendum videtur, cùm pro redemptione animæ fiat quæ cunctis eſt rebus & perſonis præferenda. l. Sancimus pri. cir. fin. C. de ſac. ſan. eccle.

69. ℭ VIGESSIMOSEPTIMO quæro, quid in voto: Qua in quæſtione Hoſti. in ſum. de pœni. & remiſſio. §. quibus & qualiter, col. 16. verſ. quid de vxore, ſimpliciter tenet vxorem ſine viri conſenſu vouere non poſſe, per iura quæ allegat. Quod & voluit Mar. Anto. Baue. in tracta. de virtu. iura. char. fina. col. pri. verſi. licèt epiſcopus. Verùm ego rectiùs exiſtimarem quòd ſi mulier voueat ſe rem aliquam pauperibus aut piæ cauſæ pro anima daturam, tunc dicendum ſit idem quod in præcedenti quæſtione diximus, cùm eædem rationes militent: Ad quod etiam facit, quia licèt conſtante matrimonio dos exigi non poſſit. l. vni. C. ſi dos conſtan. matri. poteſt tamen vt mulier votum à ſe factum impleat, vel in aliquam perigrinationem pro anima vadat, ſecundùm Bar. in l. quanuis, poſt princi. verſi. tertiò noto. D. ſolu. matri. quod tamen de perigrinatione nos intelligimus, modò viri conſenſus accedat, per ea quæ ſtatim dicemus.

70. ℭ At ſecus dicendum eſt ſi mulier voueat aliquid per quod viro præiudicium fiat, aut eidem ſcandali occaſio præbeatur, vt ſi uoueat ſecum in lecto cùm camiſia manſuram, aut ſingulis ſe noctibus ad matutinas ituram, & ita noluit gloſ. in cap. manifeſtum, in gloſ. mag. cir. med. 33. quæſtio. v. quã ſequuntur Nico. Boeri. in conſuetu. Bituri. titu. pri. §. 4. in glos. in ver. ne peult donner, cir. fin. & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. ſcilicet de droictz & appar. a gens mariez. §. pri. in glo. 2. in ver. en puiſſance de ſon marij, col. 2. verſi. etiam eſt in tantum obligata. Et idem ſi continentiam uoueret ſine conſenſu viri, & ita loquuntur iura quæ allegat Hoſti. vbi ſupra, ſcilicet tex. in d. cap. manifeſtum, & in cap. vna, & in cap. noluit, ead. 33. quæſtio. v. Ex quibus puto rectè inferri poſſe mulierem innuptam poſſe ſine conſenſu agnati aliaue ſolennitate indiſtinctè uouere pro anima, cum in ea ceſſet pręiudicium & ſcandalum uiri: Quod tamen ita intelligas uelim, niſi mulier votum quod innupta facit, implendum conferat in tempus quo poſtea ſit nupta. tex. eſt in d. cap. noluit, ubi gloſ. pri. idem arguit in Abbate, vt reuocare poſſit votum monachi ab eo emiſſum antequam monachus eſſet.

71. ℭ VIGESSIMOOCTAVO quæro, ſi mulier omiſſa ſtatuti huius ſolennitate contrahat, quo caſu nullus eſt contractus, vt hîc expreſſum eſt, & dicemus infra in gloſ. 16. in ver. non valeat, an nihilominus ex hoc inutili contractu poſſeſſio transferatur, quod latè tractauit Andre. Tiraq. in d. tracta. de legi. connubia. in gloſ. 5. in xiiij. quæſtio. vbi allegat Ang. & Alex. in locis ab eo commemoratis, volentes non transferri. Quam etiam opinionem addo tenuiſſe Nico. Boeri. in conſue. Bituri. titu. pri. §. 4. in gloſ. pri. col. 7. verſ. tamen nota quòd qui non poteſt. Sed plures alios citat Tiraq. contrariam opinionem ſecutos: ipſe autem priorem ſequitur, quia in caſu (inquit Tiraq.) ſuæ conſuetudinis mulieri ſine conſenſu viri

 inter-

interdicta erat bonorum ſuorum adminiſtratio: Quo fit ut is cui bonis interdictum eſt, poſſeſſionem quoque transferre non poſſit. l. is cui bonis. D. de verbo. obliga. ſubdens etiam Tiraq. idem quoque eſſe ſi ſtatutum mulieri rerum ſuarum adminiſtrationem expreſsè non interdicat; quia ſatis interdicere cenſetur prohibendo eam ſine certa ſolennitate contrahere, alle. Bal. in cap. pri. col. 2. & eſt cir. fin. d. cap. pri. de conſue. recti feu. ubi id uoluiſſe uidetur in ſtatuto prohibente mulierem ſine propinquorũ præſentia contrahere: quod & addo uoluiſſe Soci. in conſ. 230. primo aſpectu, col. pen. verſi. poſtremò non omitto, lib. 2. Adducit etiam Tiraq. alia quædam pro eius opinionis confirmatione quæ uideri poſſunt.

72 ℭ Verùm iſta Tiraq. opinio dubitabilis uidetur, tùm quia uix Bald. & Soci. accedo, quòd ſtatutum prohibens aliquem ſine certa ſolennitate contrahere, cenſeatur eidem bonis interdicere, præſertim cùm Bal. & Soci. nihil allegent, & multa Bal. dixerit ex capite ſuo ſine l. & ratione, ut conqueruntur Alex. in l. quod meo, in princi. col. 3. verſ. tangitur etiam. D. de acqui. hæredita. Barba. in cap. at ſi clerici, num. 128. extra de iudi. Curti. Sen. in conſ. 76. ſuper motiuis, col. 2. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus, & Boeri. Deciſio. 381. uenditio, col. antep. verſi. ideo iſtud. Et contrarium ſenſit Franci. Areti. in l. pri. §. ſi uir, col. pri. verſ. unde dicit Bal. D. de acqui. poſſeſ. dum ibi reprehendens Ang. in l. is cui bonis, de verbo. obliga. tenentem Andre. Tiraq. opinionem, per illum tex. inquit Areti. non ualere argumentũ de prodigo ad mulierem ſe obligare aut alienare prohibitam, quia huic ſolùm eſt prohibita obligatio aut alienatio, illi ultrà eſt interdicta bonorum adminiſtratio, & Rip. in d. l. is cui bonis, num. 52. dum eodem modo loquitur, ad quod etiam omnino uide quod dicemus infra hac eadem gloſ. num. 92. incipi. quia tamen hic: quod ſaltem procedit in caſu noſtro, ex quo ſtatutum hoc non ſimpliciter prohibet mulierem contrahere, ſed certam præfigit ſolennitatem in eius contractibus obſeruandam, ſecundùm nota. per Ang. in l. pri. in fin. ver. D. de nouatio. Tùm etiam quia pupillo quoque interdicta uidetur adminiſtratio, & tutori delata, tot. titu. D. & C. de admi. tuto. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. pri. D. de iureiu. l. 2. §. ſi à pupillo. D. pro empto. & tamen naturalem is poſſeſſionem amittere poteſt. l. poſſeſſionem pupillum, ubi Docto. D. de acqui. poſſeſ. quod fatetur & ipſe Tiraq. ubi ſuprà num. 161. Quare ut faciliùs huius arduæ quæſtionis ueritas habeatur, ſic placet infraſcriptos caſus diſtinguere, referendo priùs minùs dubitabiles.

73. ℭ Inprimis itaque aut loquimur de detentatione, quam aſininam uocant poſſeſſionem, & non eſt dubitandum eam transferri: ſicuti & per pupillum transfertur, ſecundùm glo. in l. pupillus, in ver. nec quidem. D. de acqui. rer. & in d. l. poſſeſſionem pupillum, in glo. vni. in pri. ſolutio. & ibi Bar. Imo. Alex. & Iaſ. D. de acqui. poſſeſ. Caſtren. in d. l. is cui bonis, col. pri. verſi. in tex. ibi tradere, & ibi etiam Areti. poſt princi. & Franci. Rip. col. 11. num. 51. D. de verbo. obligatio. Iaſ. in l. indebiti. §. ſed ſi nummi, col. pri. verſi. not. ſecundò. D. de condi. inde.

74. ℭ AVT VERO, & hic ſecundus erit caſus, qui uigeſsimam nonam conſtituit quæſtionem, loquimur de poſſeſsione, & tunc ſi quærimus, an poſsit mulier eam amittere corpore, & ſic exeundo extra conſpectum rei,

&

& adhuc dicendum eſt poſſe, ſicuti & per omnia dicimus in pupillo: nam iſta uerisſima videtur ſolutio ad tex. in d.l. pupillus. D. de acqui. rer. domi. & in dict. leg. poſſesſionem pupillum. D. de acqui. poſſesſio. qui inuicem contrariari videntur: tex. nanque in d.l. pupillus, loquitur de translatione per alienationem facienda, dum dicit nullam rem pupillum alienare poſſe, niſi præſente tutore authore, & nec quidem poſſesſionem quæ naturalis eſt: tex. autem in d.l. poſſesſionem pupilli, quatenus permittit pupillum poſſesſione priuari poſſe, loquitur ſi extra conſpectum rei exeat, vbi etiam probatur intellectus d.l. pupillus, dum formaliter ibi dicitur poſſesſionem pupillum ſine tutoris authoritate amittere poſſe conſtat, non vt animo, ſed ut corpore deſinat poſsidere: quod enim facti eſt, poteſt amittere, alia cauſa eſt ſi fortè animo poſſesſionem uelit amittere, hoc enim non poteſt, & ita ſolutio. hanc tradidit gloſ. in d.l. 2. §. ſi à pupillo, in glos. pri. in fin. D. pro empto. in illis verbis, ibi uel aliud tradere, ut hic, & aliud nolle poſsidere, vt ibi, & clarior glos. in d.l. poſſesſionem pupillum, in gloſ. vni. in 3. ſolutio. & ibi ſequuntur Iaco. de Rauen. Alberi. Caſtren. Imo. Alex. poſt. princi. verſi. tertia ſolutio, qui hanc dicit ſolutionem communiter teneri, & Areti. col. pri. verſi. in glos. ſuper ver. corpore, & iterum, col. 2. verſi. ſed ſecundùm iſtam, qui & ipſe communem hanc ſolutionem dicit. D. de acqui. poſſeſ. & glos. in. §. nunc admonendi, in ver. ullam, dum de corporali loquitur poſſesſione, & ibi ita eam intelligunt & ſequuntur Ang. Areti. col. pri. verſi. in ea. ibi licèt corporalem, qui id intelligit in pupillo intellectum habente, & Hippo. Rimi. num. 10. cum mult. ſequen. inſti. qui. alie. lic. vel non, & iterum Alex. in l. is cui bonis, col. pri. num. 4. ubi etiã dicit ita communiter teneri. D. de verbo. obligatio.

75. ℭ Quam ſententiam præſertim quoad ſtatutum noſtrum ſatis confirmat ratio, quam adducit Areti. in d.l. poſſeſſionem pupillum, quæ etiam ante eum fuit Imo. ibi, quia ſcilicet pupillus exeundo è conſpectu rei non dicitur facto ſuo poſſeſſionem amittere, ſed ex legis diſpoſitione, quæ generaliter uult habentem poſſeſſionem ciuilem & naturalem, & extra conſpectum rei exeuntem, naturalem non poſſe poſſeſſionem retinere, cùm illa corpore, & ſic quando quis eſt in re, retineatur, ſecundùm opinio. Ioan. relatam per gloſ. in l. pri. in princi. in ver. ait, quam ibi communem dicit Alex. in col. 12. verſ. unde dicit Bar. Areti. col. 6. verſ. in ea. glos. Azo & Io. Franci. Rip. col. etiam 6. verſ. ſecunda fuit opinio, & ibi alij quoque recentio. D. de acqui. poſſeſ. Nam conſtat hoc noſtrum ſtatutum locum nõ habere quum mulier aliquid facit ex neceſſitate legis, ut diximus ſuprà in pri. quæſtio. huius glos. Et ſi quis inſtaret imò uideri huiusmodi poſſeſſionis amiſſionem cauſari ex uoluntate pupilli recedentis è conſpectu rei, quia ſi non recederet, ipſam poſſeſſionem non amitteret, reſpondet Areti. ubi ſuprà, quòd quamuis uoluntarius ſit receſſus, non tamen ad hunc eſt finem perdendæ poſſesſionis ordinatus, ideo meritò uoluntaria dici poteſt amiſsio, per ea quæ ibi Areti. adducit ante medi. verſ. in caſu autem glos. noſtræ, & ſequitur & confirmat Hippo. Rimi. in. § nunc adomonendi, nu. 14. & 15. inſti. qui. alie. lic. uel non.

76. ℭ Confirmatur præterea eadem concluſio, quia licèt prohibita ſit alienatio per quam quis iudicium euitat, & illud in alium transfert, tot. titu. D. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. adeò ut prohibita etiam cenſeatur poſſesſio-

nis translatio quæ per traditionem fiat.l. non ſolùm .D. eod.titu. id tamen locum non habet vbi quis eam omittit deferendo, tex. eſt in.l. item ſi res, §.fina.verſi. poteſt autem, vbi Bal. poſt prin.verſ. item ſi committit.D.eod. titu. & tradunt Fabia. in tracta. emptio. & uenditio.in iiij. quæſtio. principali, in ultima quæſtio.& Hiero. Cagno. in l. non alienat,nu. 2.D. de reg. iur. Quædam tamen hic dubitationes cadunt quas tetigiſſe non omnino inconueniens eſſe exiſtimauimus.

77. ℂ TRIGESSIMO igitur quæro, quid ſi pupillus aut mulier ipſam poſſeſsionem traderet & deinde è conſpectu rei recederet, vt ſic ille cui eã tradidit poſsit vacuam occupare? Et certè glo. vni. circa medi. verſ. ſed pone, in d.l. poſſeſsionem pupillum, inquit eo quoque caſu poſſeſsionem amittere, quia è conſpectu receſſit, non autem animo quia tradiderit, & ibi ſequitur Alex.col.pri.verſ. tertia ſolutio: Quod tamen ita intelligendum eſt, pupillum ipſam quidem poſſeſsionem amittere, eamque acquiri occupanti, ſed tamen vti iniuſtam poſſe ab eo auferri, ſecundùm Areti. ibi cir. medi.verſ. ſi tamen appareat, vbi etiam tractat quo pupillo remedio ad ipſam poſſeſsionem recuperandam ſuccurratur: ſuper quo & tu videbis quę dicemus infra hac eadem gloſ. num. 105. incipi. poteſt & generaliter. Et ſcias etiam ex mente eiuſdem Areti. vbi ſuprà, idem eſſe ſi de fraude aliter appareat, ſcilicet ea mente è conſpectu rei exiuiſſe vt poſſeſsio ab alio occuparetur, nam & hoc quoque caſu vti iniuſta poterit recuperari; Ad quod etiam uidere poteris quę dicemus infra in gloſ.2.in ver.mulierum, quęſtio. xvij. huic etiam eſſe ſtatuto locum ſi mulier extra iuriſdictionem Mediolani contrahat, quando data ad hoc opera vt ſola contrahere poſsit, extrà territorium proficiſcitur.

78. ℂ TRIGESSIMOPRIMO quæro, an illa eadem concluſio, quam ſupra firmauimus, locum habeat non tantùm quando & naturalem & ciuilem pupillus poſſeſsionem habet, ſed etiam ſi ſolam habeat naturalem, puta quia ſit vſufructuarius, quem naturaliter tantùm conſtat poſſidere.l. naturaliter, vbi Alex.col.pri. & 2.Areti.col.etiam pri. & 2. Iaſ. col. pri.verſ.glos. in ver. poſsidere, qui hanc eſſe communem dicunt, & ibi alij quoque repeten.D. de acqui.poſſeſ. & dicendum eſt locum non habere, ita enim in pupillo & minore, vt ſcilicet naturalem, quam ſolam habent poſſeſsionem, exeundo de fundo non amittant, probat tex. in l.3.§.vti frui, & ibi glos. in ver. admiſit, & Bar. qui illum.§.legit cum.§.vnde ui, in prin. D. de vi & ui arma. & not.Docto. in l.pri.D. de acqui. poſſeſ. & quantùm ad pupillum id etiam voluere Caſtren.in d.l.poſſeſsionem pupillum, & ibi Imo.cir.medi. & Alex. poſt princi. verſi. tertia ſolutio, qui dicit ita magis communiter à Docto. affirmari, & Ang. Areti. in d.§. nunc admonendi, col.pri.verſ. in ea, ibi licèt corporalem, & ibi Hippo. Rimi.num.11. & 12. inſti. qui. alie.lic. vel non.

79. ℂ Aut loquimur, & hic xxxij. conſtituemus quæſtionem, de poſſeſsione quæ animo amittitur, & per traditionem transfertur, & ſiquidem loquimur in re per alium poſſeſſa, vt ſic mulier tradendo ſolum träſferat titulũ, & transferre poſſe arbitramur, exemplo quoq; pupilli, vt de eo voluit glo. in d.l.2.§.ſi à pupillo, in gloſ.pri.cir.medi. & ibi Bar.col.pri.verſ.opp. extra glos.D. pro empto.& idem Bar. in l. creditores, in repe.col.2.verſ.pri-

mo

mo ergo quæro.C. de pignori. Alex. in d.l. poſſeſſionem pupillum, col. pri. verſ. unde glos. hic. D. de acqui. poſſeſ. Ang. Areti. in d.§. nunc admonendi, col.pri.cir.fin.& ibi Hippo. Rimi.num. 16.& 17. inſti. qui. alie. lic. uel non, vbi tamen Rimi. id intelligit modò res ſit mobilis, de quo in ſequenti caſu dicemus, ita inquiens Alex. & Areti. in d.l. poſſeſsionem pupillum, intelligere tex. in d.§. ſi à pupillo, qui tamen alternatiuè loquuntur, illum tex. in re aliena vel in re mobili intelligendum, quæ uerba palàm innuunt, ſi aliena ſit res, non eſſe diſtinguendum, an res ſit mobilis nec ne: ſed hanc eſſe diſtinctionem faciendam in re propria, & hic pro tertiò ſit caſu.

80. ℂ AVT LOQVIMVR, & hic quartus ſit caſus, xxxiij. conſtituens quæſtionem, de re per mulierem poſſeſſa, & quando tractatur de poſſeſsione rei mobilis, & uidetur quòd eam transferre poſsit, ſicuti & pupillus poteſt, d.l.2.§. ſi à pupillo, cum glo.pri.cir.fin.D. pro empto. & Alex. in d.l. poſſeſsionem pupillum, poſt medi. verſ. vel ibi loquitur in re mobili, & ibi Areti. col.2. verſ. in ea gloſ. ibi, ſi à pupillo. D. de acqui. poſſeſ. vbi rationem adducunt quia & in ea eadem militat ratio quæ in poſſeſſionis amiſſione, quæ per receſſum à fundo cauſatur, quia ſcilicet & hęc rei mobilis poſſeſſio quam primùm eſt appræhenſa per alium amittitur etiam ſine animo & uoluntate noſtra .l. ſi rem mobilem.D. de acqui.poſſeſ. vnde pupillus non dicitur eam transferre uoluntate ſua ſed iuris diſpoſitione, quo caſu hoc ſtatutum ceſſare & nos ſupra affirmauimus, & iterum idem Alex. in l.pri.§. ſi vir vxori, col.fina. verſ. unde ex contractu.D.eod.titu. de acqui. poſſeſ. & Hippo. Rimi. in d. §. nunc admonendi, num. 17. inſti. qui. alie. lic. vel non.

81. ℂ QVINTVS eſt caſus, ex quo xxxiiij. oritur quęſtio, quando agitur de poſſeſſione rei immobilis, & agitur de translatione poſſeſsionis per conſtitutum aut precarium facienda, & tunc uidetur mulierem non poſſe eam transferre ſine huius ſtatuti ſolennitate, per nota. per glo.mag. in l. ab emptione, quam ibi ſequitur Bal. in pri.lectu.col.2.D. de pac. vbi ſi reſoluitur uenditio ex partium conſenſu, non tamen reſoluitur precarij conſtitutio: Nam ex hoc colligi uidetur huiuſmodi precarij conſtitutionem ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur, non regulari, & ita arguens, hanc in ſententiam inclinare uidetur Franci. Areti. licèt tandem dicat eſſe cogitandum, in d.l.pri.§. ſi vir vxori, col.2.D. de acqui.poſſeſ. vbi loquitur quidem in ſtatuto prohibente res immobiles in forenſes alienari, ſed ita vt noſtrũ hoc ſtatutum æquiparet illi, cùm Bal. opinionem in d.l.2. in fi.D. de iur.om. iudi. ſequatur, reprobata illa Ang. in d.l. is cui bonis, de verbo.obliga. & idem in ſtatuto decretum & authoritatem iudicis in alienationibus minorum requirente, quòd tamen non impediat poſſeſsionem per conſtitutum transferri, voluit Bartho.Cepol.conſ.cau.crimina.4.inci. viſa quærela, col. pri. vbi mouetur, quia ex inutili contractu poſſeſsio etiam per conſtitutum transfertur, citans in id Caſtren. in d.§. ſi vir vxori, vbi tamen contrarium tenet, prout eum in hanc noſtram ſententiam aduocat & Iaſ. ibi in ſepti. nota. & Andre. Tiraq. in tracta. de iu. conſti. par. 3. limita. ſepti. nu. 14. ideo veriùs tu Cepol. addere poteris hanc opinionem, quòd licèt contractus ſit nullus, ex conſtituto tamen poſſeſsio transferatur, uoluiſſe Iaſ. quo loco eum nuper citauimus, & multos alios per Andre. Tiraq. cumulatos in d.tracta. de iu. conſti. parte 3. limita. 7. num. 18. in qua etiam ſententia eſſe

viden-

videntur hi,qui tenent donationes inter patrem & filium, & inter cõiuges, licèt aliàs inutiles ſint, ſed morte confirmentur ſecuta poſſeſſionis traditione: confirmari tamen etiam ſi per conſtitutum tradita ſit, quos refert Tiraq. in d.tracta. de iure conſti. parte pri.num.49.50.& 51.

82. ℭ Ad idem faciunt nota. per Alex. poſt alios quos citat,in l. ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus, col. 7. verſ. item inquantum circa quartam .D. de verbo. obliga. vbi vult confeſſionem in contractu inutili factam probare contra confitentem, & ideo ſi ſtatutum prohibeat mulierem ſine conſenſu propinquorum contrahere,ſi ſine tali ſolennitate contrahat, valere tamen confeſſionem in eo factam, & probare omnia per ipſam mulierem geſta, alle. Ang. in l.pri.C.de præſcrip.xxx.vel xl. anno. & ita pro hac opinione arguit Clau. Aquen. in d.§. ſi vir vxori, col. 2.verſ. ſed contra hanc: Aduerte tamen quia Ang. in d.l.pri. in codicibus, qui communiter circumferuntur, hoc non dicit, vti etiam aduertit Andre. Tiraq. in d.tracta. de iu. conſti.parte 3. limita.ſepti.num.19. Eſt tamen id à pluribus receptum,confeſſionem in contractu inutili factam contra confitentem probare,vt per Tiraq. vbi ſuprà, d. num. 19.

83. ℭ Verùm contrariam nos opinionem ſequimur,quam contra Areti. tenent Soci. & Clau. Aquen. in d.§. ſi vir vxori,ille,col.2. in fi.verſ. ſecunda concluſio,hic,col. etiam 2.verſ. item limitatur regula,ea ratione,quòd conſtitutum & precarium ſunt acceſſoria ad contractum,& ideo reſoluto contractu principali reſolui debent & conſtitutum & precarium vti acceſſoria, vt voluit Bal. in l. ex teſtamento,cir.fi.C. de fideicom. & in caſu d. §. ſi vir vxori,voluerunt etiam Caſtren. ibi cir.fin.Alex.col.3.Crot.col.4.in ſecun. & quarta fallen. cum infini. ſimili. per Andre. Tiraq. adductis, in rep. l. ſi vnquam,in ver. reuertatur, col.pri. num.2.C.de reuo. donatio. & latiùs in d.tracta. de iu. conſtitu. parte 3.limita.7.num.14.15. & 16. vbi etiam allegat Iaſo. in d.§. ſi vir vxori, in 2.lectu.col.3.verſ. ergo notabis: Quam tamen ſecundam Iaſo. lecturam ego in meo codice non reperio, licèt habeam duo volumina omnium ipſius Iaſo. lecturarum: & vltra per Tiraq. allegata, id etiam voluit Aymo Crauet. in conſ. 299. Antonius, col. 2. ver. his ita præmiſſis, vol. pri.

84. ℭ Et ex his puto patere reſponſum ad dictum gloſ. & Bal.in d.l. ab emptione.D. de pac. Quanquàm etiam reſpondeo contrarium eius voluiſſe Iaſo. & plures alios quos citat Tiraq. in d. tracta. de iu. conſtitu. parte 3. limita.29.num.5. licèt etiam Bar. ibi in d.l. ab emptione, col. 2.verſ. no. & tene menti,intereſſe putauerit inter precarium debitoris & emptoris,vt ſcilicet aliud ſit in precario debitoris, quia is non ſimpliciter poſſidet pro ſe, ſed ad creditoris vtilitatem,& aliud in precario emptoris, quia is pro ſe & ad ſui vtilitatem poſſidet, de qua Bar. diſtinctione videbis etiam apud Tiraq. in d. tracta. de iu. conſti. in tertia parte, limita. 29.num. 8. incipi. ſcio autem: Poteſt etiam aliter reſponderi,illam glo. in d.l.ab emptione,loqui quando tractatur de reſolutione contractus qui iam effectum habuit, ſed ex poſt facto annullatur: nos autem loquimur quando contractus à principio eſt nullus, & ratio differentiæ in promptu eſt,quia nullitas à principio cauſata faciliùs aliquid impedit oriri,quàm ortum reſoluit,arg.l. patre furioſo,cum ibi latè nota. per Iaſo.D. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & ita

reſpon-

reſpondet Soci. in d.§. ſi vir, col.3. verſ. notabis tamen, & ibi Clau. Aquen. col.2. verſ. ſed contra hanc, & Tiraq. in d. tracta. de iu. conſtitu. parte 3. limita.7.num. 41. 42. & 43. vbi in hanc quoque ſententiam citat Areti. in d.§. ſi vir, col.2.verſi. adde ad prædicta, vbi tamen Areti. meo quidem iudicio hos potiùs terminos confundit.

85. ¶ Non obſtat etiam quod dictum eſt ex inutili contractu poſſeſſionem per conſtitutum transferri, quia contraria opinio & communior eſt, vt atteſtatur Tiraq. in d.tracta. de iu. conſtitu. parte 3. limita.7.num. 16. & 41. & etiam verior, vt patet ex his quæ ibi Tiraq. pro eius confirmatione cumulauit, à num.23. vſque ad num.41. Quanquàm etiam dici poteſt ſecundùm Soci. in d.§. ſi vir, col.fina. verſi. aduerte, vbi tamen ſubdubitat, & cogitandum relinquit, quòd aut actus eſt omnino nullus ſine ſpe alicuius reconualeſcentiæ, & nihil operabitur conſtitutum, aut uerò ſperatur reconualeſcere, vt in donatione inter virum & vxorem, & inter patrem & filium, quæ morte confirmatur, ſi non reuocatur, & tunc operabitur, de qua Soci. diſtinctione meminit etiam Andre. Tiraq. in d. 7. limita. num. 22. incipi. de qua re.

86. ¶ Non obſtat etiam quod diximus valere confeſſionem in contractu inutili factam, quia reſpondet Clau. Aquen. in d.§. ſi vir vxori, colligi reſponſionem ex dictis Bar. in l. non dubium, cir. fin. C. de legi. & ex dictis ipſius Clau. Aquen. in d.§. Chriſogonus, & eſt in col. 2. verſi. inquantum tamen Alex. vbi dum Alex. reprehendit Bal. dictum in l. ſi abſentis. C. ſi cer. peta. per ea quæ ibi allegat, inquit Aquen. allegata per Alex. procedere quando confeſsio non eſt appoſita per viam acceſſorij, ſed principalis, dictum autem Bal. quando per viam principalis, cùm loquatur Bal. quando appoſita erat ad faciendum quòd contractus principaliter paratam haberet executionem, vnde ſecundùm ſui principalis naturam regulari debet, per regu. cùm principalis, de reg. iur. in 6. cum ſimili. alle. per Andr. Tiraq. in d. tracta. de iu. conſti. parte 3. limita.7.num.40. nam & conſtitutum & precarium ſunt quid acceſſorium ad contractum, ut ſupra diximus. Tu autem de hac quæſtione, an ſtatutum hoc non impediat ualere confeſſionem per mulierem in contractu ſine hac ſolennitate celebrato factam, uidebis infra hac eadem glos. quæſtio. lxxxvi.

87. ¶ QVID AVTEM et xxxv. ſi ultra conſtitutum vera quoque traditio interueniat, Et Rui. in conſ. 137. uiſo inſtrumento, col. fina. verſi. nec ob. allegata, lib. pri. loquens in minore ſine ſolennitate à iure communi & municipali requiſita rem alienante, inquit quòd licèt poſſeſſio vigore conſtituti non transferatur ex ipſo contractu inutili, ſecundùm opinio. Bal. in l. cùm teſtamento, ſed veriùs eſt in l. ex teſtamento, cir. fin. C. de fideicom. & Alex. in d.l. pri. §. ſi vir. & eſt col.2. D. de acqui. poſſeſ. tamen uera quoque traditione interueniente transfertur, quia unum non debet poſſe aliud impedire: Ad quod etiam facere uidentur quæ dicemus infra in glo. quinta, in ver. aſcendentibus à l.b. decem imper. ſupra, quæſtio. pri. ubi aſſeremus quando contractus ſummam lib. decem imper. ab hoc ſtatuto taxatam excedit, ualere tamen intra ſummam permiſſam: Quod tamen Rui. dictum intelligimus præſuppoſito quòd minor poſſit poſſeſſionem per veram traditionem transferre, de quo infra ſtatim dicemus. Addit præterea

Rui.

Rui. vbi ſupra, poſſeſſionem transferri non ſolùm ſi minor eam actualiter tradiderit, ſed etiam ſi emptor in poſſeſſione rei reperiatur, quia præſumitur eſſe ex contractu præcedenti, ſi ingreſſus fuerit ſciente & patiente venditore, per tex. in l. 2. C. de acqui. poſſeſ.

88. ¶ SEXTVS eſt caſus, ex quo xxxvi. formatur quæſtio, quando loquimur de poſſeſſione rei immobilis non per conſtitutum, ſed per veram traditionem transferenda, & hic iacet ſcopus: Nam Ang. in d.l. is cui bonis, col. pri. poſt princi. verſi. no. quòd qui contrahendo. D. de verbo. obliga. tenuit non transferri, quem ſequitur Alex. in d.l. pri. §. ſi vir vxori, col. fin. verſ. nec ob. l. is cui bonis. D. de acqui. poſſeſ. vbi etiam ſequi videtur Crot. col. 2. verſ. vltimò, & ſequuntur etiam Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 7. in gloſ. in ver. ne peuuent, in fi. & Arnol. Ferro. in conſue. Burdiga. titu. pri. §. 3. col. pri. verſi. nec transferre poſſeſſionem, & Andre. Tiraq. in d. tracta. de legi. connubia. in glo. 5. in xiiij. quæſtio. vbi Tiraq. præter tex. in d.l. is cui bonis, ſupra alle. adducit etiam tex. in l. non ſolùm, in prin. D. de alie. iudi. mutan. cau. fac. vbi qui prohibetur rei litigioſę dominium in alium transferre, prohibetur & poſſeſſionem, & tex. in l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. D. quod met. cau. vbi etiã nuda poſſeſſio venit in actione, quòd metus cauſa, & quod voluit inno. in cap. epiſcopi, de reb. eccle. non alie. qui per tex. in d. §. qui poſſeſſionem, vbi etiam Bal. refert & ſequitur, inquit delegatum hac clauſula, vt ad ius & proprietatem reducat male alienata, de occupata quoq; poſſeſſione cognoſcere poſſe, cuius concor. inquit Tiraq. poni per Fely. in rub. extra de reſcrip. & eſt in col. 3. verſ. cæterum ex eo 2. Et vltra per Tiraq. allegata, ſecutus eſt etiam Roma. in ſing. 606. ſecundùm nou. impreſſio. incipi. tu ſcis quòd quid eſſe alienatum, & Deci. in l. non alienat, in fi. & ibi Hiero. Cagno. num. 2. D. de reg. iur. Et quod conſuluit Corn. in conſ. 128. viſo copioſiſſimo, col. pri. lib. pri. vbi decretum (inquit) Ducis Vrbini prohibens rem immobilem alienari non petita & obtenta licentia & non dato fideiuſſore, locum quoque habere in alienante poſſeſſionem alicuius rei quam quis ſolam ea in re habeat.

89. ¶ Quam opinionem vltra prædicta per Andre. Tiraq. adducta, tu quoque confirmare poteris ex eo quòd licèt pupillus ſine tutoris authoritate naturalem poſſit poſſeſſionem, quæ corpore retinetur, amittere, non tamen poteſt poſſeſſionem, quæ animo perditur, transferre. l. poſſeſſionem pupillum. D. de acqui. poſſeſ. & diximus ſupra in ſecundo caſu, num. 74. incipi. aut verò, & hic ſecundus erit caſus: ex quo ſublatum videtur præcipuum eorum fundamentum, qui in diuerſa fuerunt ſententia. Quæ opinio ſaltem videretur procedere in caſu noſtro, cùm ſtatutum hoc loquatur tàm de alienatione quàm obligatione, vt eſt de mente Caſtren. in d.l. is cui bonis, col. pri. verſ. in tex. ibi tradere, dum reprehendit Ang. ibi de prodigo, ad mulierem ex forma ſtatuti obligari prohibitam arguentem, quia, inquit Caſtren. prodigus nõ ſolùm prohibetur obligari, ſed etiam alienare, cùm ei interdicta ſit adminiſtratio: ſtatutum autem prædictum ſolùm loquitur per verbum obligari, ideo cùm ſtricti ſit iuris, ad alium non videtur diuerſum caſum extendendum.

90. ¶ Verùm contrariam tenent opinionem multò plures relati per Andre. Tiraq. vbi ſupra, num. 161. ex quibus hanc eſſe communiorem conſtat, &

ita de commun i atteſtari videtur Rui. in conſ. 137. viſo inſtrumento, col. fina.verſ. nec obſtat dum dicebatur,lib.pri. dum inquit illud Ang. dictum, in d.l. is cui bonis, falſum eſſe,& communiter ibi per Docto. reprehendi: Quam etiam opinionem ſenſerunt hi quos allegabimus infra num. 109. incipi.poteſt & generaliter: Mouentur autem qui hanc opinionem tenent, ex eo quòd licèt inter coniuges prohibita ſit donatio, tot.titu.D. & C. de donatio. inter vir. & vxo. ex tali tamen donatione, licèt nulla, nihil impedit poſſeſſionem transferri.d.l.pri.§.ſi vir vxori.D.de acqui.poſſeſ. Ex quo tex.not. ibi plerique omnes,ex inutili quoque contractu transferri poſſeſſionem. Adducunt etiam ad hoc d.l.pupillus.D.de acqui. rer.domi.& d.l. poſſeſsionē pupillū.D.de acqui.poſſeſ. Et quòd per tex.in d.§.ſi vir vxori, annotauit Bal.in l.2.in fi.D.de iur.omni iudi. ſtatutū prohibens ciuem immobilia in forenſem alienare,nō impedire tamē poſſeſſionis translationē. Et quod no. Archi.in cap.2.vt lit.penden.lib.6.prohibita dominij acquiſitione,non intelligi prohibitam poſſeſſionis acquiſitionem: quod & voluit Io. Andr. in cap.2. in ver. præſumitur,de reſtitu.ſpolia.eod.lib.6.& Areti. in d.§.ſi vir vxori,col.pri.verſ.ex quarum, & ibi Iaſ. col.pri. in 3. nota.

91. ℭ Quam opinionem ſi ſequaris, ad allegata in contrarium ſic poteris reſpondere: Et inprimis ad argumentum de prodigo ſumptum, dicere poteris id omnino in rem non tranſire iudicatam,ſcilicet prodigum cui bonis ſit interdictum non poſſe poſſeſſionem tradere, quia ſunt qui intelligunt verbum tradere prolatum in d.l. is cui bonis .D. de verbo.obliga. intelligi reſpectu dominij non poſſeſsionis,inter quos Dyn. ibi,vbi ſequitur Alex.num.4. & idem Alex. in d.l.pri.§. ſi vir vxori,col.fina.cir.med. & ibi Clau. Aquen. col. pri. num. 5. ubi tamen meo in libro corruptus eſt, ubi Alex. inquit ita alios quoque expoſuiſſe,& ita intellexit etiā Rui.in d.conſ. 137. viſo inſtrumento,col.fina.verſ. nec obſt. dum dicebatur,lib.pri.

92. ℭ Quia tamen hic intellectus, ut ingenuè fatear, uidetur communiter reprobatus per Doct. qui intelligunt illum tex.etiam in poſſeſsione,prout ultra Ang. intelligunt ibi Bal.in 2.nota.Caſtren.col.pri.verſ. in tex.ibi tradere,Franc.Aret.col.pri.poſt prin.Iaſ.col.2.verſ.tertiò iuxta,Clau.Aquen. poſt prin.& Rip.col.11.num.51.ubi inquit ita omnes tenere,& idem Aret. in d.l.pri.§. ſi uir uxori,col.pri.verſ. ex quarum.D.de acqui.poſſeſ.& uidetur ſequi etiam Andre. Tiraq. in tracta. de iu. conſti. parte 3.limita.7.num. 12. ideo aliter reſpondeo ſecundùm Caſtren. Areti. Iaſ. Clau. Aquen. & Rip. in locis ſupra allegatis, diuerſam eſſe rationem in prodigo, atque in muliere,quia illi bonis interdictum eſt, huic contra,ut diximus ſupra num. 71. & 72. quod & ex ipſomet ſtatuto colligitur,dum vltimam ei permittit uoluntatem condere,alioſque quoſdam actus celebrare: Nam hæc omnia illi prohibentur, cui bonis eſt interdictum, ut per Clau. Aquen. in l. ſi ita quis .§. ea lege, col.5. verſi. & prædicta omnia .D. de verbo. obliga. vel etiam aliter poteſt reſponderi ſecundùm Rip. in d.l. is cui bonis, num. 52. aliud in prodigo, quia nonſolùm ſe obligare prohibetur, ſed etiā tradere, ut ibi,aliud in muliere quia tradere non prohibetur.

93. ℭ Non obſtat etiam tex. in d.l. non ſolùm,in princ.D. de alie.iudi.mutan.cau.fac. quia obijci poſſet de tex. è diametro contrario in .§. fina. legis præceden. quia tamen ueritas eſt quòd d.§. fin. loquitur de poſſeſsionis

amiſſione, quæ fit per deſertionem, cum quo concordat tex. in l. non alienat. D. de reg. iur. & d. l. non ſolùm, in prin. loquitur de eâ amiſſione, quæ fit per traditionem, vt diximus ſupra nu. 76. incipi. confirmatur præterea. Ideo omiſſis alijs quoque ſolutio. per glos. & Bar. datis in dictis locis, aliter reſpondeo prædicta et ſimilia, quatenus dictum eſt, cùm dici alienare, qui poſſeſſionem transfert, impropriè non propriè procedere; quia propriè hoc verbum alienare ad dominium refertur. l. alienatum. D. de verbo. ſignifi. l. pri. in fi. C. de fun. dota. Alex. in conſ. 41. viſo themate, cir. fin. lib. 6. repe. in conſ. 85. co. lib. 6. Deci. & Cagno. in l. non alienat. D. de reg. iur. vbi ità intelligunt illum tex. & etiã tex. in d. l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. D. quod met. cau. & dictum Inno. in d. cap. epiſcopi, extra de reb. eccle. non alie. vti & re vera Inno. loquitur: At nos in materia verſamur ſtatutaria, in qua conſtat verba ſecundùm propriam eorum ſignificationem eſſe intelligenda, l. 3. §. hæc verba. D. de nego. geſ. cum ſimili. Quæ tamen reſponſio non omnino tuta videtur, cùm multis in locis horum noſtrorum commentariorum aſſeruerimus ſtatutum hoc fauorabile eſſe, atque ideo extendendum: Quanquàm etiam ad illud Inno. dictum dici poteſt non omninò indiſtinctè procedere, vt per appo. Roma. in d. ſingu. 606.

94 ℭ Non obſtat dictum quoque Corn. in d. conſ. 128. lib. pri. quia in caſu ſuo poſſeſſorem quoque ſtatutum comprehendebat, cùm in hæc verba loqueretur, quòd habens, tenens, uel poſſidens bona immobilia, non poſſit aliquid de ipſis bonis alienare, non petita & obtenta licentia, & non dato fideiuſſore & c. ut ibi per eum, col. pri. cir. fin. verſ. ponderando etiam: Item quia loquitur Cor. quando poſſidens aliud ius non habet quàm poſſeſſionem, & quando dominio fit præiudicium, ſcilicet in caſu quo ex poſſeſſione præſumitur dominium, ut quando non principaliter ſed incidenter dominium deducitur, ut ibi etiam per eum, col. 2. & 3. quo caſu quando non habet poſſidens aliud ius quàm poſſeſſionem, fateor huic non eſſe opinioni locum, per dicta ſupra hac eadem glos. num. 78. incipi. trigeſimo primò quæro, & idem quando ex poſſeſſione dominium præſumeretur, ſecundùm ea quę dicemus infra hac eadẽ glo. nu. 101. incipi. ex quib. omnib.

95 ℭ Non obſtat vltimum quoque fundamentum per nos adductum de pupillo, qui ſine tutoris authoritate non poteſt poſſeſſionem, quę animo amittitur, transferre; quia reſpondeo, mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate contrahere prohibitam, noſtro quidem iudicio magis æquiparari adulto, vel etiam pupillo cum tutoris authoritate ſed ſine iudicis decreto, quàm pupillo per ſeipſum contrahenti. Sed ſic eſt, quòd quanuis pupillus ſolus non poſſit poſſeſſionem animo amittere uel transferre, poteſt tamen adultus, ut probant d. l. pupillus. D. de acqui. rer. domi. & d. l. poſſeſſionem pupillum. D. de acqui. poſſeſ. à contrario ſenſu, quæ iura ſic inducit Rui. in conſ. 137. viſo inſtrumento, col. fina. verſ. & dato quòd non ualuiſſet, lib. pri. item poteſt pupillus cum tutoris authoritate, ut illa eadem iura probant à contrario quoque ſenſu inducta, & ita voluit glo. in l. 2. §. ſi à pupillo, in glo. mag. & ibi Bar. & Imo. D. pro empto. Alex. in l. pri. §. ſi vir vxori, col. 2. verſ. fallit quando perſona, & iterum col. fina. verſ. & quia in caſu, & ibi Iaſ. in 4. nota. num. 6. D. de acqui. poſſeſ. idem Alex. in d. l. poſſeſſionem pupillum, poſt medi. verſ. uel ſecundùm gloſ. ibi, vbi hanc dicit veriorem eſſe opinionem, eod. titu. de acqui. poſſeſ. & iterum idem etiam Alex.

in l. is cui bonis,col.pri.num.4.D. de verbo.obliga. Cepol.cau.crimina.4. viſa querela, col.pri.cir.fin.verſi. nec obſtat dum dixi, Rui.in d.conſ.137. col.fina.verſ. nec obſt. dum dicebatur, lib.pri. vbi hanc dicit communem eſſe opinionem,uti etiam atteſtari uidetur Alex.d.l. is cui bonis.

96. ℭ Et licèt reclament Bar. in l. creditores,in rep.col.2.verſ. primò quæro .C. de pignori. Areti. in d.l. poſſeſsionem pupillum, col. fina.verſ. & aduerte quia tex.Crot. in d.l.pri.§.ſi vir vxori,col.2.verſ.vltimò no. & col. 5.verſ. prima ſit concluſio,& Hippo.Rimi. in d.§. nunc admonendi, num. 18. 19. & 20. inſti. qui. alie. lic. vel non. Nos tamen præcedentem ſequimur opinionem: Et ad tex. in d.l.pupillus.D. de acqui.rer.domi. quo mouetur Bar. ſatis patet reſponſum, quòd immò pro nobis faciat à contrario ſenſu inductus, vt in præcedenti verſi. diximus: Ad tex. in l.magis puto.§. pri. cum gloſ.D.de reb.eor. quem pro caſu dicit ſe adducere Rimi.vbi ſupra, ſed quem tamen tex. priùs adduxerat Bar. vbi ſupra, & latiùs illum induxerat Aret. quo loco eum ſupra citauimus, reſpondeo, quòd licèt ille tex.dum loquitur de re aliena per minorem poſſeſſa, neceſſariò intelligendus videatur, quòd dominium apud alium eſſet, cùm apud duos inſolidum eſſe nequeat,l.ſi vt certo.§.ſi duobus.D.commo.tamē ibi minor quaſi dominium habebat, cùm ei publiciana competeret, ſecundùm gloſ. ibi in ver. ſi pupillus, & ita illum tex. cum gloſ. reperio intellexiſſe ipſummet Areti. in d.l.pri.§.ſi vir vxori, col.2. verſi. fatendum eſt tamen: Quod maximè videtur procedere, cùm non dicat tex. tutores non poſſe poſſeſsionem transferre, ſed dicat non poſſe fundū alienare, per dicta ſupra num. 93. incip. non obſtat etiam tex. in d.l.non ſolùm: Quanquam etiam Bar. in l. ſi alienam,col.fina. poſt medi.D.ſolu.matri. illum videatur tex. intelligere, transferri quidem poſſeſsionem, ſed tamen auocari poſſe, de quo & nos dicemus infra num.105. incipi. poteſt & generaliter.

97. ℭ Non obſtat etiam ratio, quam pro confirmatione opinionis Bart. in rep.d.l. creditores.C. de pigno. adducit Rimi. in d.§. nunc admonendi, num.19. quòd mediante ſcilicet poſſeſsione ad dominij acquiſitionē perueniatur, & ideo,ſicut in ipſius dominij translatione,iudicis decretum requiritur, ita in poſſeſsionis quoque translatione requirendum videtur, arg.l. oratio.D. de ſponſa. quod argumentum exiſtimo eum accepiſſe à Soci.in d.§.ſi vir vxori, col.pri.verſi. contra quam deciſionem, ſic in ſimili arguente, quia reſpondeo,quòd procedere poſſet,ſi immediatè dominiū ex hoc transferretur, putà ſi extaret ſtatutū, quòd poſſeſſor dominus præſumeretur,vt dicemus infra nu.101.incipi.ex quib. omnibus:conſtat enim immediatā magis cauſam,quàm remotā eſſe attendendā, vt latè per Tiraq. in tracta.ceſſan.cau.ceſ.effec,limita.20. quod & potiſsimū ea ratione procedere debet, quòd is in quem transfertur poſſeſsio, non tamen præſcribere poterit, vt latiùs de hoc dicemus infra hâc eadem gloſ. à num. 263. uſque ad num.325. & iterum in gloſ.3.in ver. ex contractu uel quaſi,num. 64. uſque in finem, & ita ex huiuſmodi poſſeſsionis translatione dominium non transferri, fuit etiam de mente Crot. in d.§. ſi vir vxori, col.2. verſi. contra hanc deciſionem,dum inquit,quando ſtatutū prohibet dominium transferri,licèt poſtea transferatur poſſeſsio,non tamen dominij acquiſitionem cauſari, per tex.in l. vbi lex.D. de fideiuſſo. ſed voluit allegare.D.de vſucapio. & in l.ſi fundum.D.de fun.dota.

98. ℭ Accedit etiam contra Ang. & ſequacium ſententiam, quòd pupillus ideo non poteſt poſſeſsionem animo transferre, quia animum non habet l.pupillus.D. de reg.iur. vbi Deci. concor.allegat, vnde cum pupillus pubertati proximus animum habeat l.pupillum, vbi Deci. & Cagno.D.eod. titu. & Docto. in d.l. pupillus: ſunt qui ideo tenent proximum pubertati pupillum animo poſſe poſſeſsionem tranferre, inter quos glo. in d.l. poſſeſsionem pupillum, in glo. vni. in ſecun. ſolutio. D.de acqui.poſſeſ. & in d.l.2.§. ſi à pupillo, in glo.pri. cir.fin.D. pro empto. quæ ratio in muliere ceſſat, cùm eam animum habere conſtet: Super quo tamen, an id quod de pupillo pubertati proximo diximus verum ſit, videndi tibi erunt Alex. in d.l. poſſeſsionem pupillum, poſt princi. & ibi Areti. col.pri. verſi. in glo. ſuper ver. corpore, & Rimi. in d.§. nunc admonendi, num. 10. inſti. qui alie. lic. vel non.

99 ℭ Quòd ſi priorem ſequi opinionem lector malueris, ad d.§. ſi vir vxori, reſpondere poteris ex l. iubemus.2.§. ſanè vltimo, cir.fin.C. de ſac.ſan. eccle. vbi probari videtur, ſicut non poteſt prælatus rem eccleſiæ in alium transferre quoad dominium, ita nec quoad poſſeſsionem poſſe, per quem tex. dicit Bar. in d.l.pri.§. ſi vir vxori, poſt medi. verſi. opp. quòd ex inutili.D. de acqui. poſſeſ. licèt ex inutili contractu poſſeſsio transferatur, id tamen procedere quando perſona eſt talis, quæ poteſt animo deſinere poſſidere, ſecus ſi ſit talis quæ non poſsit perdere poſſeſsionem, vt pupillus, & eccleſia, & ibi ſequuntur Alex. col.pri. in fine, verſi. extra gloſ. Bar. opp. Soci. col.2. verſi. ſecunda concluſio, Iaſ. col.fina. verſi. extra gloſ. in quantum Bar. qui dicit omnes ipſum Bar. ſequi, & Crot. col.antep. verſi. quinto fallit, & verſi. prima ſit cõcluſio: quanquam aliæ etiam ſolutiones colligi poſſunt ex dictis Soci. ibi in d.§. ſi vir vxori, col.pri.

100 ℭ Ad tex. in d.l.pupillus.D.de acqui.rer.domi.& in d.l.poſſeſsionẽ pupillũ.D.de acqui.poſſeſ. ſatis patet reſpõſum ex ſupradictis, cùm loquatur de poſſeſsionis amiſsione corpore, non per traditionẽ facienda: Ad deciſionem Bal. in d.l.2.D. de iuris. omni.iudi. poteſt dici illam reprobari per Soci. in d.§. ſi vir vxori, col.pri. verſi. ex his deciditur quæſtio, & ibi Crot. col.2. verſi. vltimò not. & col. ſeq. Ad dictum Archi. in d. cap.2. vt lit. penden. in 6. poteris reſpondere, immò prohibita dominij translatione, prohibitam quoque cenſeri poſſeſsionis translationem, quando eadem prohibitionis ratio militat, vt in caſu noſtro videtur, vt per Domi. de Rot. deciſio.411. incipi. ſi lite pendente, in ſecun. dub. in titu. vt lit.penden. in nouis. Gemi. in cap. fina. col.2. verſi. item licèt iſtud, vt lit. penden. in 6. & Aret. in d.§. ſi vir, col.2. verſi. iſtud etiam tenendum menti, & ibi Clau. Aquen. col.2. verſi. item iſte tex. & Crot. col.4. verſi. item tex. qui vult.

101 ℭ Ex quibus omnibus dubia admodum præſens redditur quæſtio: Tu tamen lector amantiſsime aduerte, quòd ſtante ſtatuto, quòd ex poſſeſsione dominium præſumatur, prout extat hîc Mediolani in 2.vol. cap.clxxv. verſi. ex poſſeſsione, etiam in ciuili. & Comi in rub. ſtatutorum quoque ciuilium ſtatuto ccij. tunc ſatis dici poſſe exiſtimo, non poſſe etiam poſſeſsionem mulierem transferre: primò per id quod diximus ſupra num. 78. incipi. trigeſimoprimò quæro, pupillum, licèt poſsit poſſeſsionem corpore amittere, non poſſe tamen quando ipſam ſolam habet naturalem, puta

quia

quia ſit vſufructuarius, nam huius deciſionis ratio ſecundùm Rimi. in d.§. nunc admonendi, num.10. inſti. qui.alie. lic. vel non, eſt quia vſufructuarius naturalem amittendo poſſeſsionem, vſufructum quoque amitteret, qui eſt pars dominij, l.4.D.de vſufruc. ſecundò per id quod dicit idē Rimi. in d.§. nunc admonendi, num.19. declarando vt diximus ſupra num. ab hinc 4. incip. non obſtat etiam ratio, tertiò per id quod tradit Corn.in d. conſ.128. col.3. verſi. attento, lib.pri. de quo dictum fuit ſupra num.94. incipi. non obſtat dictum quoque Corn. Quartò & vltimò per nota. per Bal. in l. non dubium, col.7. verſi. vlteriùs opp. decimò.C. de legi. vbi ex nullo, inquit, contractu poſſeſsionem aut dominium non transferri, quando contractus immediata eſt cauſa transferendæ poſſeſsionis, aut dominij, ſecus ſi contractus non ſit immediata cauſa, ita limitans d.§. ſi vir vxori, & ſequuntur Alex. in eo ipſo.§. ſi vir vxori, col.2, verſi. quod confirmo per id, & ibi Soci. col. pri. verſi.prima concluſio, & Clau. Aquen. col.2. verſi.item limitatur regula, & idem Alex. in l. ſi rem alienam, col.4. verſi. præterea no. dixit & ibi ipſe etiam Clau. Aquen. ſubdubius tamen, col.2. verſi. ad dictum Bal.D. eod. titu.de acqui. poſſeſ.

102 ℭ Quoniam tamen non tantùm nobis ſed & alijs ſcribimus, ideo vbi circumſcripto huiusmodi ſtatuto, quòd ex poſſeſsione dominium præſumatur, noſtrum opus ſit iudicium interponere, quanuis, vt diximus, res ſit dubia, tamen in affirmatiuam ſententiam procliuiores ſumus, quæ communior eſt vt iam diximus ex Ruy.atteſtatione in d.conſ.137.col.pri.verſi. nec etiam minor, iuncta col.fina. verſi. nec obſ. dum dicebatur, lib.pri.vbi loquitur ēt ſi ſtatutum utatur verbo alienare, dum reprehendens Ange. & etiam Caſtren. diſtinctionem, in d.l.is cui bonis, inquit communem eſſe Docto. opinionem ibi, mulierem poſſe poſſeſsionem transferre, ſiue ſtatutum prohibeat eam obligare, ſiue alienare, quam Caſtren. diſtinctionē reprobare videtur etiam Alex. in d.l.is cui bonis, col.pri.num.4.dum poſteaquàm eā retulit, nihilominus tenet tex. ibi de dominio intelligi, & ſic prodigum poſſe poſſeſsionem transferre, licèt alienare prohibeatur: & idem vbi ſtatutum prohibet rem alienari, non impediri tamen poſſeſsionis translationem, uoluit idem Alex. in d.§. ſi vir vxori, col.fin. verſi. non ob.l.is cui bonis, licèt ibi teneat ſecus, quando ſtatutum vtitur verbo obligari, contra tamen Ang. qui ſic loquitur, atque communiorem Docto.opinionem: contra quam Caſtren. diſtinctionem tenuiſſe etiam uidetur Bal. in l.2.ſi.D. de iuris.omni. iudi. Nam & ipſe ibi loquitur quando ſtatutum utitur verbo alienari, & licèt illi ſe opponant Soci. & Crot. in d.§. ſi vir vxori, vt iam ſupra diximus, tamen Soci. ſe non firmat, ſed tandem cogitandum relinquit. Et ad eius motiuum colligere potes reſponſum ex dictis ſupra nu.95. incip. non obſtat ultimū quoque, & ipſum Bal.ſequuntur Rom. in d.l.is cui bonis, col.pri. verſi.& hoc eſt notabile, & ibi Alex.col. pri.num.4. Aret. col.pri. poſt princi. Iaſ. col.2. num.5. & Rip. num.52.& iterum idem Alex. in d.§. ſi vir vxori, col.pen. verſi. inducitur etiam, & ibi quoque Aret. col.pri. verſi. vnde dicit, Iaſ. col.pri. verſi. quartò not. & Clau. Aquen. col.pri. verſi.ad prædicta: pro qua opinione cōtra Caſtren. facit, quòd licèt minor immobilia cum tutoris authoritate abſque iudicis decreto alienare nō poſsit, tot.titu.D.de reb.eo.& C.de prædi. mino.poteſt tñ poſſeſsionē animo quoque transferre, ſecundū ueriorē opinionē, quam defendimus ſupra nu.95.incipi. nō obſtat ultimū quoque, & nu.96.

103 ℭ Ad l. iubemus.2.§. ſanè, vltimo.C. de ſac. ſan.eccle. puto reſponderi poſſe ibi, id nõ probari, ad quod allegatur, quia uerior primus uidetur intellectus, quem etiã poſuit Bart.in d.§.ſi vir vxori, quòd tex. illc utatur uerbo poſſeſsionis pro ipſa proprietatc, uti ſæpe utimur, per tex.clarum quem allegat in l. interdum .D. de uerbo. ſigni. & per alia per Alex. adducta in d.§. ſi uir uxori, col.pri. in fin. uerſi. extra gloſ. Bar. opp. qui etiam intellectus ex ipſomet tex. probari uidetur cir. med. ibi certarum poſſeſsionũ atque prædiorum, & ita illum tex. ſic etiam intelligit ipſe Bart.in d.§.ſanè, ultimo, cir. med. uerſi. quæro utrum, ex hoc ſimpliciter dicens ex inutili contractu poſſeſsionem transferri, poteſt etiam reſponderi illum tex.loqui in prælato, qui ideo non poteſt rei eccleſiaſticæ poſſeſsionem transferre, quia apud eum non eſt, ſed apud eccleſiam, ut latè per Andre. Tiraq. in tracta. de iu. conſtitu. parte 3.limita.16.

104 ℭ Quibus etiam omnibus accedit dictum Rip. in d.l. is cui bonis, col. 11. verſi. uel clariùs die, vbi vult quòd ſi contractus ex defectu intellectus prohibeatur, tunc per traditionem poſſeſsio non perdatur, ea motus ratione, quòd animo amittitur, l.3.§. in amittenda.D. de acqui. poſſeſ. qui animus in carente intellectu deficit; Sed ſi alia prohibeatur ratione, tunc amittatur: ex hoc inferens ad Bal. deciſionem in d.l.2. in fin.D. de iuris. omni. iudi. & ad ſtatutum prohibens filiumfamilias ſine patris conſenſu, & mulierem ſine conſenſu propinquorum obligari, quia tradendo à ſe nihilominus poſſeſsionem abdicabunt, quia animo & intellectu non carent: Et ſi tu Rip. obijceres hoc noſtrum quoque ſtatutum ob mulierum fragilitatem imbecillitatemq; factum fuiſſe, vt diximus ſupra in præfatio. in pri. dub. replicabo uerum quidem eſſe, hoc ipſum ſtatutum hac de cauſa introductum videri, quia mulieres non ita ſanum habent intellectum, ſicut viri, quoniam uarium & mutabile earum eſt conſilium, cap. forus, in fine, extra de ver.ſigni. ſed aliud eſt quòd nullum prorſus habeant intellectum vel animum, ideo ex diuerſis non rectè arguitur notis iuribus.

105 ℭ Poteſt & generaliter ad omnia in contrarium allegata reſponderi, quòd dicimus per mulierem inutiliter ſine ſtatuti ſolennitate contrahentem poſſeſsionem transferri, non procedere irreuocabiliter ſed reuocabiliter, quia poterit mulier quandocunque uelit illam per condictionem indebiti recuperare, ita enim in minore, eccleſia, & generaliter in quolibet inutiliter contrahente, vt poſſeſsionem tamen inutili ex contractu per eos translatam, hoc poſsint modo recuperare, uoluit Bart.in l.indebiti.§. ſed ſi nummi, poſt princi. verſi.no. quòd condictio, & ibi ſequuntur Alex. in princi. Iaſ. col.pri. verſi.no. ſecundò.D.de condi.indebi. & idem Bart. in l. ſi alienam rem, col.fina. cir.medi.D. ſolu.matri. Rom.loquens in minore prohibito ex ſtatuto alienare ſine ſolennitate à iure requiſita, in conſ. 321. in caſu propoſitæ, cir.medi. verſi.cùm igitur, vbi dari inquit rei vendicationem directam ad ipſam poſſeſsionem recuperãdam, Alex.in conſ. pri. ponderatis, col.fina.verſi. circa tertium, lib.4. Iaſ.in.§.ſic itaque, col.6. verſi. in ea. gloſ.ibi, ſed ſi nummi, inſtitu. de actio. Chaſſa. in conſuetu. Burgun.rub.4.§.7. in glo.in ver.ne peuuent, cir.fi. dũ allegat Iaſ.vbi ſupra, Aymo Crau. in cõſ.299. Antonius, col.pri.verſi.& cùm poſſeſsio, vol.pri.

106 ℭ Nam & tex.in d.l.pri.§.ſi vir vxori.D.de acqui.poſſeſ. ſic intelligitur,

vt

vt licèt poſſeſsio in ipſam mulierem donatariam transferatur, tamen eo reſpectu, quòd poſſeſsio poteſt incontinenti ab ea auocari, poſsidere non intelligatur, ita eſt tex. in l.ſi eum qui mihi, & ibi gloſ. in ver.ciuili,in vlti. ſolutio. quæ ita dictas leges aliàs ſibi inuicem contrarias concordat, & ibi ſequuntur Bal. & Saly.D.de donatio.inter vir.& vxo.& Aret. in d.§. ſi vir vxori, col.pri.verſi. in glo.ſuper ver.poſsidere, qui hanc dicit ſolutionem communiter approbari, & ibi etiam Soci.col.2.verſi. ſecundò quia lex, & videtur ſequi etiam Andre.Tiraq. in d.tracta.de iu.conſtitu.parte 3.limita. 7.num.11. vbi etiam in id allegat Bart. in d.l. ſi eum qui mihi, vbi tamen meo in libro illam legem non legit. Et hic etiam vide quæ diximus ſupra, num.77. incipi.trigeſimò igitur quæro,

107 ℭ Sed adhuc nouiter ſuperuenit dubitatio ex dictis Bart. in l.pri.col.3. verſi. quæro de ratione.D.de nouatio.iunctis etiã dictis per eundem Bart. in l.cùm lex.col.2. verſi. his præmiſsis, & col.ſeq.D.de fideius. vbi inquit ſtatutum prohibens mulierem vendere aut contrahere ſine conſenſu propinquorum aliaue ſolennitate, dici actui reſiſtere, & ideo ex tali contractu non oriri ciuilem nec naturalem obligationem, ſubdens Bart. in d.l. pri. D.de nouatio. hanc eſſe rationem, quare ille cui bonis eſt interdictum nõ obligatur naturaliter, quia ſcilicet lex ſiue iudicis præceptum legis authoritate factum eius contractibus reſiſtit, & licèt in pupillo aliud ſit ius conſtitutum, tamen in eo diuerſa militat ratio, quia ſcilicet illi non dicitur bonis interdictum per legem nec per iudicem, ſed lex eius contractibus tantùm non aſsiſtit, & ſic æquiparat Bart. mulierem à ſtatuto ſine certa ſolennitate contrahere prohibitam bonis interdicto, eò quia vtroque caſu lex & ſtatutum eorum contractibus reſiſtunt, & ita etiam illum allegat & ſequitur Bal. in l. non dubium, col. fina. verſi. ſecundò quæro.C. de legi. & plures etiam Bar. concordan. allegauimus ſupra, num.71.incipi. vigeſimo octauò quæro: nam ſi hoc verum eſt, quòd mulier ſic contrahere prohibita æquiparetur illi cui bonis eſt interdictum, ſequitur vt nec ipſa ſine ſtatuti ſolennitate contrahens poſſeſsionem transferat, ſicuti nec is cui bonis eſt interdictum, d.l. is cui bonis, de verbo. obliga. quem tex. primus ſic allegauit Ang. ibi; Et ſi dicatur ſtatutum hoc noſtrum in perſonã non loqui, nec verbis vti prohibitiuis non poſsit, ſed verba ad contractum & obligationem dirigere, reſpondeo idem tamen hoc quoque caſu eſſe, vt dicemus infra hac eadem, num.127. incipi. idem tamen in hoc quoque: Sed ad hoc obiectum dico patere reſponſum ex his quæ diximus ſupra, num.72. incipi. verùm iſta,& num.92. incipi. quia tamen hic intellectus.

108 ℭ DVBIVM tamen maximum eſt, & iſta trigeſimaſeptima ſit quæſtio, quæ & qualis iſta ſit poſſeſsio, quæ transfertur, an ſcilicet non ſolùm naturalis ſed etiam ciuilis & iuſta, parturiens iuſtæ poſſeſsionis effectus,& Alex. in d.l.pri.§. ſi vir vxori, col.pen. verſi. inducitur etiam.D. de acqui. poſſeſ. loquens in caſu illius.§. & ſtatuti immobilia in forenſem alienari prohibentis, concludit vtranque transferri per plura quæ allegat & idem Alex. proprius ad terminos huius noſtri ſtatuti loquens, in l. is cui bonis, col. pri. num.4.D. de verbo. obliga. quod etiam in caſu d.§. ſi vir vxori, tangit Iaſ. ibi col.4.verſi. quintò vltra ſcribentes, num.22. cum tri.ſequen. ſed ſe inuoluit, volens ſcilicet & ciuilem transferri, ſed negans eam iuſtam, & iuſtæ poſſeſsionis effectus parere.

109. ℭ Verùm quòd ſola naturalis transferatur, tenent Raph. Comen. in d. §. ſi uir uxori, ante medi. verſ. ſi autem quæratur nunquid ciuiliter, & ibi Roma. col. pri. verſ. & facit ad q. Areti. col. pri. verſ. in glo. ſuper uerbo poſſidere, & Clau. Aquen. col. pri. verſi. in gloſ. 2. & iterum col. 2. verſ. aduertetamen, & Crot. col. 3. verſ. ſed iuxta hoc, qui tamen ſub dubitat, dum, poſtquàm dixit ſe ſequi Rom. opinionem, per tex. in l. is cui hæres, ſed uoluit allegare l. is cui bonis. D. de uerbo. obligatio. & alia quæ adducit, ſubdit, tamen pro opinione Alex. aduocari poſſe l. in bonæ fidei, ſed uerius incip. bonæ fidei emptor, in princi. D. de acquir. rer. domi. & eandem etiam opinio. tenere uidetur iterum idem Roma. in d. l. is cui bonis, col. pri. verſ. & hoc eſt notabile, dum inquit transferri poſſeſſionē quę eſt facti.

110. ℭ Sed utra opinio uerior ſit diſpiciamus, & certè Alex. pro eius opinione multa allegat, ad quæ conantur Clau. Aquen. & Crot. reſpondere: Et primò inquit Alex. mulierem donatariam rei ſibi à marito donatæ fructus ſuos facere per iura quæ allegat, quæ ſatis id probant: ex quo, inquit Alex. ſequitur quòd mulier ciuiliter poſſidere dicatur, quia ciuilis poſſeſſio eſt illa quæ fructuum acquiſitionem parit, cum titulo & bona fide: cui inquantùm dicit Alex. fructus rei donatæ ad mulierem donatariam pertinere, Clau. quoque Aquen. & Crot. aſſentiuntur: ſed inquantum affirmat idem Alex. fructuum acquiſitionem ciuili ex poſſeſſione cauſari, contradicit Aquen. ex naturali potiùs prouenire arbitratus, ut ſe alibi dixiſſe refert.

111. ℭ Qua tamen in re ego Alex. rectiùs ſenſiſſe exiſtimo, quia licèt in hoc uariæ ſint Doctorum ſententiæ, quoniam Clau. ipſe in l. pri. in princi. col. 4. verſi. ego addo tex. D. de acqui. poſſeſ. tenuit naturalem poſſeſſionem hunc fructuum acquiſitionis effectum producere, quod & priùs uoluit ibi Ang. cir. medi. verſi. unde diffinio, & iterum idem Ang. in l. 3. §. ex contrario, in fine, quem ibi ſequitur Imo. ſub dubio fortè, col. 2. verſ. no. diligenter ex gloſ. & poſt eos idem Aquen. num. 13. D. eod. etiam titu. de acqui. poſſeſ. Gloſſa autem in l. quæſitum, in ver. conſumptos, in fi. D. de acqui. rer. domi. in ea fuit opinione, ut utraque & ciuilis & naturalis requiratur, dum illum ſic tex. intellexit, quam gloſ. ſignandam eſſe dixit ibi Bar. ſe tamen ad alibi dicta remittens, & alia etiam glos. in l. ſerui emptor, in pri. ſolutio. ubi Bal. ſequi uidetur. D. de peri. & commo. rei uendi. & ſequi etiam uidetur Alex. in conſ. 73. uiſo themate, col. 2. verſi. nec etiam ratione, lib. 2.

112. ℭ Tamen uerior cōmuniorq; opinio uidetur, quòd ciuilis & ſola hunc pariat effectum, quam tenuit glo. in d. l. 3. §. ex contrario, in glo. mag. ante fin. verſi. item quilibet efficeretur, & ibi Dyn. & poſt eum Bar. col. 2. verſi. quæro quæ poſſeſſio, qui limitat niſi cum ipſa naturali domini uoluntas concurret, quia tunc & naturalis idem operaretur: Caſtren. col. 2. verſ. de iſtis autem articulis, Alex. col. 9. verſ. item ex iſta glo. qui opinionem hanc ab aliorum impugnationibus defendit, & iterum col. fina. ante fin. Areti. col. 5. verſi. ſubſequenter etiam tangit, Soci. col. 6. verſ. tertiò ex glo. & Iaſ. col. 5. verſ. quærit Bar. quæ poſſeſſio. D. de acqui. poſſeſ. iterum idem Bart. in l. ſi fur. per illum tex. in pri. & ſecun. nota. & ibi etiam Bal. poſt princi. verſ. in tex. ibi proprietario. D. de uſufruc. idem etiam Bar. in l. ſerui emptor. D. de peri. & commo. rei uendi. & in l. quæſitum. D. de acqui. rer. domi.

domi. dum ſe remittit ad dicta per eum in d.§. ex contrario, Cyn. in l. certum, in ſecun. quæſtio. & ibi Bal. poſt princi. verſ. ſed extra quæro .C. de rei uendica. idem Bal. in l.pri.col.fina. ſub num.23. & ibi Caſtren.col.etiã fina.verſi. & ſic nobilior.C. de ſer.fugi.& idem Bal.in l.ait prætor.§.item ei qui, poſt princi.D. ex qui. cau. maio. & iterum in l.2.col.14.verſ. nunc de ſeptimo.C. de ſeruitu. & aqua, & in cap. grauis, col.pen. in fin.verſi. adde quòd poſſeſſio, qui id declarat, & ibi Abb.col.5.verſ. & ad declarationem, de reſtitu. ſpoliato. & in cap.pri.§. marchio, col.pri.verſi. item ſcias quòd nullus, de his qui feu. dar.poſ.Ang. in l.ſi apes.§. item conſtat, col.fi. verſi. in bonæ fidei autem.D. de fur. Ang. Areti. in.§.ſed aliquando, cir. medi. verſi. ac etiam ciuilis poſſeſsio, inſtitu. de vſuca.

113 ℭ Aliter etiam ad hoc Alex.fundamentum reſpondet Crot.in d.§.ſi vir vxori, col.3. verſi. ad ſecundùm fundamentum Alex. aliud eſſe in caſu dicti ſtatuti, & aliud in donatione inter coniuges prohibita, quia ex lucro fructuum donans nõ efficitur pauperior, & ideo huiuſmodi donatio prohibita non uidetur, vt & nos dicemus infra in glo.4. in ver. uel diſtractu, num.7. incipi. & tenendo: Sed tamen replicari poteſt, immò tex. in l. fructus percipiendo.D.de vſur. generaliter loqui in omni bonæ fidei poſſeſſore, dum inquit vxorem aut virum fructus ex re ſibi ab altero coniuge donata perceptos ſuos facere induſtriales tamen, non etiam naturales, ſicuti illi nec fiunt cuiuslibet bonæ fidei poſſeſſoris, quia non ex facto eius hi fructus naſcuntur, & ſic ſentit tex. quòd ſi facto eius, ſcilicet cuiuslibet bonæ fidei poſſeſſoris naſcantur, tunc illius fiant.

114 ℭ Adducit ſecundò Alex. pro eius opinione gloſ.& Bal.in l.2.C.ſi quis igno. rem mino.eſſe, ſine decre.compa. ubi ſi minor rem ſine iudicis decreto alienat, licèt nullam eſſe alienationem certum ſit, tamen emptor, ſi bonæ eſt fidei, quia putauit emere id ſibi licere, fructus ſuos facit, ubi etiam glos. inquit non ſemper à pari procedere uſucapionem & fructuum acquiſitionem: Cui addo illam etiam glo. ſequi Saly. ibi & in l.fin.col.2.verſi quicquid tamen ſit.C. in qui.cau. in inte.reſtitu.non eſt neceſ. Io. de Plate. in l.pri. in 4.nota.C. de prædi. mino. & ipſe etiam Alex. in l.3.§. ex contrario, cir.fin. & ibi Soci.col.6. in fi.verſ. ſed tu conſidera.D. de acqui.poſſeſ. idem Alex.in l.is cui bonis, col.pri.num.4.D.de verbo.obliga.Curti.Seni. in conſ.71. princeps defunctus, col.7.verſ. ſed errans in iure. Huic Alex. fundamento Aquen. non reſpondet, quia putauit ex reſponſione prioris argumenti reſponſum colligi, quòd fructuum acquiſitio non ex ciuili, ſed naturali poſſeſſione cauſetur: cuius tamen contrarium receptius eſſe ſupra à nobis oſtenſum eſt: Sed Crot. col.3. verſ. non obſtat gloſ. reſpondet, illam glo. potiùs facere contra Alex.opinionem, dum inquit, quando alienatio non tenet ob rei uitium, emptorem fructus ſuos non facere: ſed reſpondeo ego, quantùm ad ſtatutũ hoc noſtrum prohibens mulierem ſine certa ſolennitate contrahere uel alienare, alienationem non dici prohibitam ob rei uitium, ſed ob defectum perſonæ, ſcilicet propter fragilitatem mulieris, ut diximus ſupra in præfatio. in pri.dub. quo caſu uult gloſ. prohibitam non eſſe fructuũ acquiſitionem, ut in minore, qui propter ætatem alienare prohibetur. Immò & in caſu ſtatuti prohibentis rem in forenſem alienari, poteſt Alex. ſaluari, quia non format ipſe quæſtionem, quando ſtatutum loquitur in rem, quòd res immobilis nõ poſſit in forenſem alienari,

uti

uti uidetur loqui Bal. in d.l.2.infi.D.de iuris.omni.iudi. ſed format quando loquitur in perſonam, quòd ciuis Bononienſis non poſsit fundum in forenſem alienare, ſuper qua ultima ſolutione, an tibi arrideat tu quoque maturiùs cogitabis.

115 ℭ Tertiò Alex. ſuam hanc opinionem confirmat ex ipſomet tex. in d.§.ſi vir vxori, inducendo ut ibi per eum: Ad quem Clau. Aquen. reſpondet, immò illius tex. rationem militare reſpectu naturalis duntaxat poſſeſsionis, quia non eſſet ſine effectu ſi lex fingeret uxorem ciuiliter non poſsidere, quia ex hoc impediretur præſcriptio, & ceſſarent alij ciuilis poſſeſsionis effectus, quod non eſt in naturali, quia illa non cauſat fructuum acquiſitionem ſine legitima cauſa: Sed tu dic colligi reſponſionem ex dictis Soci. ibi col. 2. uerſi. ſecundò quia fictio, quòd licèt potuiſſet lex ciuilis diſponere, quòd uerè uxor poſſeſsionem ſcilicet ciuilem non acquireret, & hoc non eſſet ſine effectu, per hoc tamen non inferebatur finis legis, qui fuit ne maritus pauperior fieret, ex quo omnino maritus ipſam poſſeſſionē amittebat: Et ſi quis ultra inſtaret, quare non diſpoſuit lex quòd maritus eam non amitteret, replicat Soci. hoc inconueniens futurum rationibus ibi per eum adductis.

116 ℭ Quartò & ultimò Alex. ſic arguit, licèt pupillus ſine decreto & tutoris authoritate non poſsit fundum alienare, tot.titu.D. de reb. cor. &.C. de prædi. mino. poteſt tamen cum ſola tutoris authoritate & ciuilē & naturalem poſſeſsionem transferre, l. poſſeſsionem pupillum.D. de acqui. poſſeſ. gloſ. in l.2.§.ſi à pupillo, in glo. pri. in ſecun. ſolutio. & ibi Imo. col.2. uerſi. & no. bene ex ſecun. ſolu.D. pro empto. Aquen. reſpondet illam gloſ. non loqui de ciuili poſſeſsione: Ad d. autem l. poſſeſsionem pupillum inquit patere reſponſum ex dictis Aret. ibi: Sed ego replico cōtra Aret. & ueriorem & communiorem eſſe opinionem, immò poſſe pupillum cum tutoris authoritate poſſeſſionē animo amittere, & ſic ciuilem, cum illa animo amittatur, uolendo deſinere poſſidere .l.3.§. in amittenda. D.eod.titu. de acqui. poſſeſ. l. ſi quis ui.§. differentia .D. eod. titu. & quæ opinio probatur per illum tex. in d.l. poſſeſſionem pupillum, à contrario ſenſu, ut latiùs diximus ſupra, num.95.incipi.non obſtat ultimum quoque: Aliter etiam huic Alex. fundamento reſpondet Crot. in d.§. ſi uir uxori, col.3. aliud eſſe in pupillo, quia is non prohibetur ſimpliciter alienare, ſed ſecundùm quid, ideſt ſine iudicis decreto, quo fit ut illius res præſcribi queat, allegando Bar. in l.fina.col.4. ſed eſt 3.verſ. ſed regula .C. in qui. cau. in inte.reſti.non eſt neceſ. & aliud in caſu dicti ſtatuti prohibentis ſimpliciter bona in forenſem alienari, ſed iſta reſponſio, quantùm ad ſtatutum hoc noſtrum de quo nos loquimur, facit pro nobis, cum non ſimpliciter prohibeat mulierem alienare, ſed certam tantùm præfigat ſolennitatem in eius alienationibus obſeruandam, & uide ad hoc omnino quæ dicemus infra hac eadem gloſ.num.265.incipi. ſed contrarium, & mult. ſequen.

117 ℭ Ex quibus omnibus concluditur Alex. opinionem ueriorem uideri: quam etiam, inquit Alex. ſenſiſſe glo. in l. ſi eum qui.2. ſed uerius eſt unica illius exordij eo in titulo, in ver. ciuili, in tertia ſolutio .D. de donatio. inter vir. & vxo. vbi poſteaquam glos. in princi. oppoſuit de d.l.pri. ſi vir vxori. D. de acqui. poſſeſ. & in prima ſolutio. uno modo ſoluit, ut ibi per

eam,

eam,& in ſecun. alio etiam modo, quòd ſcilicet ciuiliter mulier non poſſideat,ut d.l. ſi eum qui,ſed naturaliter ſic,ut in d.§.ſi vir vxori,poſtea in tertia ſolutio. inquit, tu dic quod non quoad effectum, cum cito poſſit reuocari, & ſic ſentit glo. mulierem ciuiliter & naturaliter uerè poſſidere, ſed quia talis poſſeſſio ſtatim poteſt reuocari,ideo fingatur nō poſſidere,quam ſolutio. addo ſequi Bal. ibi,& ſequi etiam uidetur Andre. Tiraq. in tracta. de iu.conſti. parte 3.limita.7.num.11. vbi in eandem etiam ſententiam citat Bar.& Saly.in d.l.ſi eum qui,vbi tamen Bar.meo in libro eam legem nō legit, ut iam ſupra diximus, Saly. autem uidetur contrarium tenere, dum vult duas ultimas glos. ſolutiones eſſe coniungendas hoc modo,ut mulier ciuiliter non poſſideat, ſed naturaliter ſic,ſed non tamen eſſectualiter,cùm cito poſſit reuocari: Quam glos. ſolutionem pro Alex. ſententia faciētem cōmuniter teneri fatetur & Areti. tametſi in diuerſam iuerit opinionem, in d.§. ſi vir vxori,quo loco eum ſupra citauimus,vbi pro hac ſolutio. ponderat verbum intelligitur in d.l. ſi eum qui, prolatum,quòd fictionem importat, per tex. in l.2.§.fin. & in l. ſi quis cum nullum, ſed uoluit allegare in l. ſi quis cum teſtamentum nullum. D. de iu.codicil. & per alia quædam per eum adducta: cui & tu addere poteris meliorem tex. in l. hæres quandocunque,& ibi glos.fin. not. quam ibi ſequuntur Bart. & Caſtren.D. de acqui.hære. Roma. in conſ.405. præſuppoſitis terminis, col. pri.verſi. his tamen non refragantibus, Abb. in conſ.20. cuius conſ. initium inci. uidetur primò quòd ſic, col. pri. paulò poſt princi. lib. 2. de quo etiam per Alex. in l. ſi tibi homo .§. cum ſeruus, poſt princi. D. de leg. 3. Corn. in conſ. 216. in cauſa uertente, col. pri. verſ. & teſtes deponunt, lib. 3. & pulchrè in conſ. 244. memini ſuperioribus, col. pri. verſ. & ſi dicatur, & col.ſequen.eod.lib.3. Deci. in l.pri.col.pri.verſ. nec obſtat quòd maritus. C.vn.vir & vx.

118 ℭ Placet tamen, quantùm ad effectum vſucapionis & acquiſitionis fructuum, rem ſpecialiùs & clariùs pertractare: Et primò quantùm ad effectum acquiſitionis fructuum ſcio contra Roma.& Crot. concordare Alex. & Clau. Aquen. in d. §. ſi uir uxori, ex nullo ſcilicet contractu talem poſſeſſionem transferri, quòd is in quem transfertur fructus lucratur, licèt in eo diſcordent an ſit ciuilis an naturalis poſſeſſio; ut iam diximus,& ad hoc allegant tex. in l. fructus percipiendo .D. de vſu. & in l. de fructibus. D.de donatio. inter uir.& uxo. vbi dicitur mulierem in quam translata ſit poſſeſſio ex donatione ſibi per uirum facta, & ſic ex inutili contractu, fructus ſuos facere.

119 ℭ Sed Roma. & Crot, ut diximus, contrarium tenent in d.§. ſi uir uxori, in locis ſupra alle. & mouetur Crot. quia qui erit in caſu prohibito, in mala eſſe fide cenſetur quoad fructuum acquiſitionem, allegat .l. quemadmodum,& eſt in fin.ver.C. de agri. & cenſi.lib.11.Abb. in cap. dilecti,ſed uoluit allegare in cap. dilecto,& eſt in col.3.verſ. nunc eſt uidere, extra de præben. & iterum eundem etiam Abb. in cap. ad noſtram,& eſt in fin.ver. de reb.eccle. non alie. Item mouetur per tex. in l. ubi lex. D. de vſucapio, ponderando dictionem nihil,quæ excludere debet fructuum quoq; acquiſitionem, quia qui omne dicit, nihil excludit, allegat l. ſi is qui ducenta .§. verum. D. de reb.dub. cui & tu addere poteris tex. in l. Iulianus,& ibi Bar. qui illum ita ſummat. D. de leg. 3.

120 ℭ Sed nos uideamus qui meliùs induant arma,& certè Alex. opinio uerior prima uidetur facie, quoniam errans in iure fructus ſuos facit, ut uoluerunt propemodum omnes quos tibi allegabimus infra hac eadem glo. num.274.incipi. quarta & vltima ſit concluſio, & præterea gloſ. & Bar. in l. hæredem .D. de his qui. ut indi. Caſtren. in conſ. 247. in cauſa quæ uertitur Saonæ,col.pen.verſ. quantùm verò,lib.pri. Cepol.conſ.cau. ciuili.25. ex quæſtione prædicta, col. 3. verſ. ſed & ſi in iure, Soci. in conſ. 29. viſo quodam inſtrumento, cir.fin.lib.pri. Fely. in cap. ſi diligenti, col.10.verſi. limita ſecondò, extra de præſcrip. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, col.33. verſ. ſed ſi fuit in bona fide.D.de vſucapio. Caro.Rui. in conſ.91. circa ea, col.2.verſ. & vbi etiam,lib.5. Curti.Iuni. in conſ.6. circa has, col.pen.verſ. poſtremò igitur, vbi communem dicit, & in conſ.28. in cauſa, col.2.num. 6. in conſ.168. habita diligenti,col.9.num.29. Franci.Balb. in repe.l. Celſus, col.5.verſ. tertiò limitatur.D. de vſucapio. Matthæ. Gribal. in tracta. commu.opinio. in ver. error, qui etiam de communi fidem facit.

121 ℭ Ad dictum autem per Crot. allegatum, reſponderi poteſt, procedere quando lex aut ſtatutum prohibet, aut reſiſtit actui: ſecus quando tantùm non aſſiſtit, vtputa quòd teſtamentum ſine debita ſolennitate factum non ualeat,prout uidetur in caſu noſtro,ita eſt Bar. doctri. in l.ſed ſi lege.§.ſcire, cir.medi.verſi. ſed contra prædicta,D. de peti.hæredi. vbi ita intelligit d.l. quemadmodum, & ſequuntur Bal. in l. pro oneribus, cir.medi.C. de iu. doti. Anto.Butri. in cap. cura, col.fin.verſ. vel ſecundò refert. extra de iu. patro. Abb. in cap. grauis,col. antep.verſi. item dubitatur an errans in iure, extra de reſtitu.ſpolia. idem Abb. in cap.pen.cir.fin. de reb. eccle. non alie. & in cap. conſultationibus, col. fina. verſ. item adde ad prædicta, de iu. patro. & ſentit etiam in cap. de quarta, col.2.verſ. uenio ad glos. & ibi clariùs Fely.col.10.cir.medi.verſ. ſecunda reſtrictio, & iterum verſ. tertia reſtrictio,de præſcrip.Caſtren.ſiue ueriùs Ang.eius filius,in illius lectu.in l. Celſus, col. 2. cir. prin. ſub num. 4. in fi.D. de vſucap. iterum Imo. in l. ſi fur.§.pri. in fi.eod.titu. de vſucapio. Alex.in conſ.73. viſo themate,col.fin. verſi. & ſaltem hoc procederet,& iterum verſ.& ex his,lib.2.repe. in conſ. nobis, 119. lib.4. Barba. in conſ.80. illud in medium,col.9.verſ. cum ergo iſta donatio,lib.3. Corn. in conſ.147. quia cauſa eſt, col.1.verſi. reſtat autem,& col.ſeq.lib.2. Caro. Rui. in conſ.41. de duobus,col.10.num.28.lib. pri. Curti.Iuni. in conſ.6. circa has, col.fina.verſi. iſtud etiam optimè probatur, Caſſia. in regu.cancella.deciſio.9. quærebatur, col.2. Franci. Balb. in repe.l. Celſus,col.5. in fi.verſi. iſtam concluſionem.D.de vſucap. Andr. Alcia. in cap. cum contingat,col.10.verſ. primus eſt, ſub num.36. extra de iureiu. vbi tamen nullam de prædictis mentionem facit, & iterum idem Alcia. in tracta.præſumptio.reg.3.præſumptio.30.cir.princi.

122 ℭ Quod autem noſtrum hoc ſtatutum non reſiſtat, ſed tantùm non aſſiſtat, ex eo probatur, quòd certam tantùm requirit in mulierum contractibus ſolennitatem: Ad quod etiam facit quod not.Saly. in l.fina. in pri.ver. C. de ſenten. ex breui.reci. vbi inquit.quando ſtatutum non loquitur prohibitiuè ſed nõ permiſſiuè, puta mandando certo aliquid modo fieri, tunc actum non eſſe nullum, & eum ſequuntur Alex. in conſ. 23. inſpecto proceſſu, col.pri. in fi. & col.ſeq. in princi.lib.4. Iaſ. in l. non dubium, col.5. verſi. limita iſtam regulam.C. de legi. & in l.pri. in ſecun.lectu.col.16.verſ.

ad iſtud ego reſpondeo,ſub num. 77.C. de ſum.trinita. & Chaſſa. in conſ. 39. pro deciſione, in 3. dub. Nam ſi actus remanet ualidus, conſequenter dici poteſt ſtatutum ei non reſiſtere: Plus dixit Corn. in conſ. 147. quia cauſa eſt, col.2.verſi. conſtat autem,& col.ſeq.lib.2. etiam ſi ſtatutum contractum per mulierem ſine certa ſolennitate celebratum annullet, non tamen dici reſiſtere ſi prohibitiuè non loquatur, quòd fieri nequeat ſine certa ſolennitate: Ad tex. autem in d.l. ubi lex.D.de vſucapio. potes reſpondere loqui in uſucapione,& licèt uniuerſali dictione utatur,ſic tamen intelligi poteſt,ut iura iuribus concordentur per regulam vulgarem .l.vni.C.de inoffi. doti. max. cum lex illa ſituata ſit eo in titulo de vſucapio. arg.l. Imperator .D. de in diem adiectio.

123 ℭ Quibus tamen non obſtantibus, ueriorem arbitramur noſtro in caſu Roma. & Crot.opinionem,per dictam regulam per Crot. allegatam,contrahentem contra iuris aut ſtatutorum diſpoſitionem in mala fide cenſeri: cui addo,ultra per eum allegata, id etiam probari in cap. qui contra iura, & ibi not. Dij. & alij de reg.iur. in 6. in l.pri.:cum glo. in ver. mala fide, & ibi Bar. in fina.ver.C. de fid.inſtru. & iu. has fis.lib.10. in l. qui à quolibet, & ibi Bal.D. de contra.emp. & uoluerunt etiam Azo in ſum.C.de rei uendi.col.2.verſ. item cum emit,& glo.fina. & ibi Bar.col.pri.verſi.no. ex hoc ver. & ibi etiam Io. Plate. in d. l. quemadmodum .C. de agri. & cenſi. lib. 11.glo. in cap.ſi diligenti,in ver. bona fides,poſt princi. & ibi Anto.Butri. col.2.verſ. quæro quando quis dicatur eſſe in bona fide, & col.3.verſi. ex his infert,& ibi Abb.col.5.verſ.ſecundus,& Fely.col.3.verſ.mo[illegible]s autem probandi,de præſcrip.glo. in cap. apoſtolicæ,in ver. præſcriptione, & ibi etiam Butri.col.fina.verſ. opp. quòd recipiens, extra de donatio. & glo. in cap.2. in ver.poſt nullum,& ibi quoque Butri.col.2.verſ. ſed ſi de re maxima,de his quæ fiunt à præla. ſi.conſen.capi. & alia etiam glos.in cap. cura, in ver. legitima, & ibi idem etiam Butri. col.2.verſ.opp. & uidetur, de iupatro. Bal. in conſ.347. quæro quidam nobilis, poſt medi.verſ. nec poteſt dicere poſſeſſor, lib.pri. ubi alia quoque iura in id aduocat,quæ uix tamen noſtro quidem iudicio facere uidentur, Ang. in conſ.160. D. Catharina, paulò ante fin. Prac. Papi. in for.libel. reſpon. rei conuen. in ver. præſcriptionis,col.5.verſ. quartò ſi emit,Pau.Caſtren.in conſ.70. quia fruſtrà,col. fina.verſi. præterea,lib.pri. iterum Abb.in cap. de quarta,col.2.verſ.uenio ad glos. extra de præſcrip. in cap. dubium,col.2.verſ. in glos.3. de deci. in cap. peruenit,col.pri.verſ.no.ſecundò,de emptio. & uenditio. in conſ.43. ex omnibus, col.fina.verſ. uenio ad tertium, lib.2.Roma in conſ.54. uiſis circa id,col. 2.verſi. ſecundò idem colligitur, & in l. Celſus, col.pen.verſi. quartò inquantum Bar. & ibi Alex. in appo.Bar.col.4.verſ. ſed qualiter,in ver. mala fides.D. de uſucapio. Io. de Imo. in conſ.73. in caſu propoſito, col.pri.uerſ. & breuiter, & col. ulti. verſ. quinimo dictus Nicolaus, Lau. Calca. in conſ.25. uidetur dicendum, col.4.verſi. quòd ſi ſciuerunt, Guid. Pap.ſingu.181. ille eſt, Philip. Corn. in conſ.301. circa primum, col.fina. verſ. nec uidetur, lib.pri. Bartho.Soci. in conſ. 29. uiſo quodam, col.pen. verſ. uerùm prædictis, vol.pri. Philip. Deci. in l. non omnis .§. ſi pupillus, col.pri.verſ. ſed durum uidetur.D.ſi cer.peta. Bellame.conſ.10.col.9.verſ. ſecundum fundamentum, & col.17.verſ. & ratio huius, Franci. Balb. in repe.l.Celſus,col.31.verſ. & dicit glo.nota. ſub num.123.D. de uſucapio. & in tracta.præſcrip. parte ſecun. tertiæ partis principalis, quæſtio.pri.col.

2.verſ. & qui mercatur, Soci. iuni. in conſ. 69. pro dilucidatione, col 10. verſ. quòd autem ipſi habuerint, lib.pri. Andre. Alcia. in cap. cùm contingat, fol. 6. verſ. confirmo hanc opinionem, ſub num. 77. extra de iureiu. Aymo Crauet. in conſ.134. ſcripſi aliàs, col.5.num.16.vol. pri. & iterum in conſ.142. Claudius, col.3.verſ. tertiò dico, eod.vol.pri. Andre.Tiraq. in tracta.retrae.titu.pri. in fine, num.42.incipi. paria enim, & nu.57.incipi. & hęc quidem, Rolan.à Val.in conſ.21.uiſis his, cir.fin.lib.2. D.Io.Cepha. in conſ.115. quæritur quo remedio, col.fina.verſ. poſtremum eſt remedium, lib. pri.

161 ¶ Item circa nonam intelligentiam, quando erratur circa ea quæ pro ſolennitate & forma introducta ſunt, adde id etiam placuiſſe Alex. in d. l. pri. §. nuntiatio, col. fin. verſ. uoluit tamen Bar. D. de no. oper. nuntia. Dec. in l. ſi quis id quod, col. 6. verſ. ſi tamen uolumus. D. de iuris. omni. iudi. Eueral. in locis legali. in loco à defec. formæ, char. ulti. Item circa decimam adde eundem Tiraq. in d. tracta. retrac. titu. 2. §. 4. in glo. 7. num. 15. Item circa undecimam & ultimam adde idem tenuiſſe ipſum etiam Tiraq. in d. glo. 7. num. 13. ubi concordan. allegat, ſuper quo uidebis omnino Deci. in d. l. ſi quis id quod, col. 6. in princi. verſ. ultimò notandum, & ibi Clau. Aquen. num. 30. D. de iuris omni. iudi. eundem quoq; Deci. in d. l. iuris ignorantia, in ſecun. lectu. col. pen. verſ. & ad prædicta. C. qui admit.

162 ¶ Ex prædictis nanque limitationibus ſiue intelligentijs, ut ad rem redeamus, præſertim ex nona, decima, & undecima, noſtra hæc concluſio, quam ſupra firmauimus, deſtrui uidetur, cùm ſtatutum hoc ſolennitatem concernat, & cùm non ſit expreſsè cautum huiuſmodi perſonis ſupra enumeratis licere ſtatutum hoc ignorare: Sed reſpondeo allegata per Tiraq. loqui quo ad hoc, ut quis excuſetur, non quo ad hoc, ut iura ignorare præſumatur: ita enim inter excuſationem & ignorantiæ præſumptionem intereſſe colligitur ex Bar. in l. fina. quæ incip. ne paſſim, & quam ipſe legit pro pen. C. de iur. & fac. igno. dum inquit, aut tractatur de præſumenda ignorantia iuris, & iſta faciliùs in muliere quàm in maſculo præſumitur, quod eſt indiſtinctè uerum, quandoque tractatur de ſubueniendo mulieribus tanquam mulieribus, non autem quia in iure errauerint, & ſe remittit ad leges per eum allegatas, quandoque agitur de ſubueniendo eis propter iuris errorem, & non ſubuenitur niſi in caſibus à iure expreſſis: & licèt Bar. loquatur in muliere, idem tamnen eadem ratione dicendum eſt in alijs ſimilibus perſonis: & ipsũ Bar. ſequuntur Alex. in conſ. 46. circa præſentis cõſilij, col. 2. in fi. verſ. itẽ in dubio præſumitur, lib. 3. repe. quibusdã tantũ mutatis in cõſ. 54. circa primũ, col. fina. verſ. & dato quòd diceretur, lib. 6. Dec. in conſ. 60. uiſo themate, col. fina. verſi. & maximè in mulieribus, Soc. iuni. in cõſ. 72. quęritur in pręſenti, col. 3. verſ. & ſi dicatur qa iſtud, lib. 2. in cõſ. 116. pręſens caſus, col. 3. in princ. verſ. & maximè quia mulier, eodẽ quoq; lib. 2.

163.

163 ℭ Quibus etiam accedat Fely. in cap. de quarta, col. 9. verſi. cæterùm qui tales, de præſcriptio. ubi poſtquam tractauit quando quis à iuris ignorantia excuſetur, in dubio tamen, inquit, actum nullum facientem præſumi iura ignorare, poſt Rapha. noſtrum Comen. in l. an inutilis, & eſt in fine princi. qui loquitur in imperito, & qui uerisimiliter non ſolet peritos conſulere. D. de accepti. & Alex. in l. pri. §. ſi quis ita, & eſt in col. 2. num. 9. qui Raph. ſequitur. D. de ver. obliga. ſubdens Fely. hoc tamen ultimum uerum eſſe, quo ad hoc ut in eo iuris ignorantia præſumatur, non etiam quo ad hoc ut excuſetur, niſi concurrant alia de quibus Fely. ibi priùs dixerat, puta quòd peritiores conſuluerit. Et licèt illam Rapha. Comen. & Alex. ſententiam reprobauerit Andre. Alcia. in tracta. præſumptio. regu. 3. præſump. 30. vbi etiam Fely. diſtinctionem impugnat, ea ratione, quòd vbi lex veram præſumit ignorantiam, ibi etiam excuſat, per tex. in l. fina. poſt princi. verſi. arma etenim. C. de iu. deli. Nos tamen nefas eſſe arbitramur ab opinione tantorum patrum recedere, cùm præſertim tex. per Alcia. allegatus id nobis ſatis non probet, & Fely. ipſum ſequitur Franci. Balb. in rep. l. Celſus, col. 5. verſi. ſecundò limita. D. de vſucapio. & pro eo facit præallegata Bart. doctrina.

164 ℭ Sic itaque concludimus, ruſticos ſimileſq; perſonas cum muliere ſine huius ſtatuti ſolennitate contrahentes, licèt non excuſentur quo ad hoc vt inde valeat contractus, vti loquuntur quę ſupra in oppoſitum adduximus, in mala tamen fide non eſſe, cùm eis liceat iura ignorare, proindeq; fructus ſuos facere per prædicta: quibus etiam proximum eſt, quod voluit Corn. in conſ. 147. quia cauſa eſt, col. 2. verſi. & maximè, & col. 3. verſi. non obſtat quòd emit, lib. 2. vbi inquit, quòd licèt qui cùm muliere, omiſſa ſtatuti ſolennitate, contrahit, in mala eſſe fide præſumatur, id tamen in ruſtico locum non habet, quia is à dolo, qui malam fidem parit, excuſatur: cuius etiam ſententiæ fuit Ancha. in cap. ad noſtram, extra de emptio. & venditio. dum inquit, quòd licèt qui contrahit iuris ſolennitate non ſeruata, tanquam malæ fidei poſſeſſor fructus non lucretur, cap. qui contra iura, de reg. iur. in 6. & l. quemadmodùm. C. de agri. & cenſi. libr. xi. tamen fallit ſi is ſit de perſonis quibus permiſſum eſt iura ignorare, puta mulier, aut miles, & huiuſmodi perſonæ, quem ſic refert & ſequitur Barba. in conſ. 80. illud referam, col. 9. verſi. cùm ergo in caſu noſtro, lib. 3.

165 ℭ Sed cùm prædicta loquantur in dubio, conſequens eſt vt aliud dicendum ſit ubi uerè ſcientia probetur, per regulam l. continuus. §. cùm ita. D. de verbo. obliga. & ita in minore, muliere, & ruſtico, vt non excuſentur ſi probatur eos iuris ſcientiam habuiſſe, voluit Io. Mari. Rimi. in l. de die. §. ſi ſeruus, cir. fin. D. qui ſat. cogan. & in minore etiam Areti. in conſ. 67. diligenter & maturè, col. 5. verſi. quintò & ultimò, vbi inquit coniecturis quoque iuris ſcientiam probari, quod & ante eum tradidit Imo. in cap. 2. col. fina. verſi. quid autem in ſtatutis, de conſtitu.

166 ℭ CIRCA tertium & ultimũ caſum, xl. nobis quæſtionem afferentẽ, quando ſumus in alia perſona quàm in Iuriſconſulto, aut ruſtico, & ſimilibus, & dicendum eſt iuris ſcientiam præſumi, quia quilibet leges ſcire præſumitur, l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. l. conſtitutiones. C. de iur. & fac. igno. & not. Docto. in locis ſupra num. 153. incipi. ſed tempus eſt, &

mult. ſequen. allegatis, & præterea Cardi. Zaba. in Clem. pri. in prin. in xxv. quæſtio. de reb. eccle. non alie. vbi inquit præſumi malæ fidei eſſe qui contra iura mercatur, maximè ſi ſit perſona cui non liceat iura ignorare, & magis noſtros ad terminos quòd per hoc ſuos quis fructus non faciat, voluit Soci. iuni. in conſ. 182. anno præterito, col. fina. verſi. & ſi dicatur quòd prædicti, lib. 2. & alij quoque quos tibi allegauimus ſupra num. ab hinc 2.

167 ℭ Sed prædictis obſtare videtur Bart. dictum in l. quod Nerua, col. 6. verſi. iuxta prædicta, iuncta col. 8. verſi. fallit quintò. D. depo. vbi d. col. 6. quærit an errãs in iure ſit in lata culpa, & diſtinguit quòd aut loquimur de ignorantia iuris communis, & ſi ius eſt certum & limitatum, eius ignorantia eſt lata culpa, ſi autem eſt dubium, & tunc iudicari debet lata, leuis, & leuiſſima, ſicut de ignorantia facti. Si autem loquimur de iuris municipalis ignorantia, & quo ad ciues eiuſdem municipij, & idem dicendum eſt quod de ignorantia iuris communis, intelligendo tamen de præſentibus, & de his qui ſunt eiuſdem conditionis, quò uerò ad homines alterius municipij, dicendum eſt idem quod de errore facti dicitur, quem ſequuntur Anto. Butri. in cap. 2. col. 3. & ibi Imo. col. fina. extra de conſtitutio. Subdens poſtea Bar. d. col. 8. latam culpam malam fidem non inducere, ideoque fructuum acquiſitionem non impedire, licèt dolus impediat: Cui ẽt Bart. quantum ad hoc quòd ignorans iura non dicatur eſſe in dolo, ſed in lata culpa, addo infini. concordan. per Andre. Tiraq. adductos in trac. de pœn. cauſa xi. num. 3. & præterea gloſ. in §. ſuſpectus autem, in ver. non æquè, & ibi Docto. qui in iuribus quoque vulgaribus id procedere intelligunt, inſti. de ſuſpec. tuto. gloſ. in aut. de ince. nup. in prin. in ver. licuerit, & ibi Bart. col. 2. verſi. no. tex. hoc ius, gloſ. in l. liberorum. §. notatur, in ver. non iuris, & ibi Bart. Ang. cir. medi. & Caſtren. cir. prin. D. de his qui not. infa. Iaco. Butri. Bart. Bald. cir. fin. qui id declarat, in d. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. iterum Bar. in l. pri. D. de abige. iterum etiam Ang. in l. genero, cir. prin. D. de his qui notan. infa. in l. ſicut, in fin. ver. C. de præſcrip. xxx. uel xl. anno. in l. plagij, col. pri. verſi. ſi uerò quis facit actũ, & ibi Saly. cir. princi. C. ad l. Faui. de plagia. Anto. Butr. in cap. fina. col. 9. verſi. item hic in præparatorijs, de confeſ. Pau. Caſtren. in conſ. 20. viſis & ponderatis, cir. fin. lib. 2. Alex. in conſ. 92. perſpectis, col. fina. verſi. cùm quælibet, lib. pri. Io. Mari. Rimi. in l. iuris ignorantia, col. 2. verſi. & ex iſta gloſ. C. qui admit. Curt. ſeni. in conſ. 71. Princeps defunctus, cir. fin. Fely. in cap. intimauit, col. pri. verſi. ſed vt bene, de teſti. in cap. de quarta, col. 9. verſi. cæterùm qui tales, de præſcrip. Deci. in l. ſi quis id quod, col. 5. verſi. & licèt iuris ignorantia, & ibi Clau. Aquen. col. 9. in quinto nota. D. de iuris. omni. iudi. Docto. in l. quod te, vbi Curt. iuni. col. 17. verſi. ſecundò aduerte, & Franci. Rip. col. pen. num. 67. & 68. D. ſi cer. peta. Bellamera deciſio. 692. erronea confeſsio, col. pri. verſi. hinc eſt, Andre. Alcia. in tracta. præſumptio. reg 3. præſumptio. 31. cir. fin. verſi. & an ignorans, vbi communem hanc eſſe opinionem aſſerit, & intelligit niſi lex reſiſtat, Aymo Crauet. in conſ. 244. in cauſa inquiſitionis, col. 3. verſi. ampliùs vbi iſta, vol. pri. D. Io. Bapti. Plot. in rep. l. ſi quando, num. 258. C. vn. vi.

168 ℭ Verùm reſponderi poteſt Bart. cum concordan. ſupra allegatis, lo-

qui

qui in eo qui uerè iura ignorat, ſed per hoc non rectè inferri poſſe quòd in dubio quilibet ſcire leges non præſumatur, cùm immò uerius ſit oppoſitum, vt ſupra dictum eſt, & ideo Bart. & alij intelligendi ſunt modò ignorantia probetur, & ad hoc adduco Bald. in l. uenditioni, cir. med. C. de vſuca. pro empto. vbi poſtquam dixit iuris errorem non eſſe probabilem, ſed latam eſſe culpam, & ideo ad vſucapionem non prodeſſe, inquit huiuſmodi tamen iuris errorem probari oportere, cùm quilibet iura ſcire præſumatur, & Deci. in l. ſi quis id quod, col. 5. verſi. ſecunda cauſa, & ibi Clau. Aquen. in quinto nota. D. de iuris. omni. iudi. vbi dicunt, eum qui ob iuris ignorantiam excuſatur, debere tamen eam probare, licèt in ruſtico & ſimilibus ſatis ſit eam allegare, & Anto. Rube. in conſ. 75. præſuponitur, cir. fin. inquientem, in iure errantem, ad hoc vt xxx. annis præſcribat, debere tamen errorem probare, ſuper quo uidebis quæ dicemus infra hac eadem gloſ. quæſtio. lxxx. ſub num. 298. & mult. ſequen. & Aymo Crauet. in conſ. 225. de tribus, col. fina. verſi. planè vbi maior, vol. pri. dicentem, eum qui vult ſe excuſare in damno uitando ob iuris errorē, probare illum oportere, & ad hoc, iuris errorem ab eo probandum eſſe qui illum allegat, multos quoque concordan. allegauimus ſupra num. 131. incipi. ſed reſponderi poteſt.

169 ℭ QVOMODO autem, & hîc xlj. formamus quæſtionem, iuris ignorantia probabitur, cùm difficilis ſit probationis, vt dicunt Bald. in l. mater, col. 2. verſi. præterea dicit Guili. C. de rei. vendica. & Ang. in l. ſed ſi lege. §. ſcire, in princi. D. de petitio. hæredita. & certè Bar. in l. 2. col. fina. verſ. quæro qualiter probabitur, D. de confeſ. meliorem inquit ſe neſcire doctrinam dare quàm illam quam dat Iuriſconſultus in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. pri. D. de adul. ut ſcilicet qualitas facti & perſonarū ſpectetur, quē ſequuntur Bal. in l. pri. col. fina. verſ. ſed qualiter probetur error, & ibi Cla. Aquen. col. 3. verſ. qualiter autem probabitur. D. de legi. Bellame. deciſio. 693. in cauſa concluſionis, cir. medi. verſi. ſecunda exceptio, Franci. Balb. in rep. l. Celſus, col. 7. verſi. qualiter autem. D. de uſucapio. Tu tamen infraſcriptas fac concluſiones.

170 ℭ Prima ſit concluſio, ubi ſumus in dubio an lex uel ſtatutum locum habeat, tunc eo ipſo quem excuſari abſque alia probatione, conſequenterque fructus ſuos facere, quanuis in iure errauerit, & hoc etiam ſi Doctor fuerit, quia quilibet etiam Doctor in iure dubio errans excuſatur, ut latè probauimus ſupra num. 139. incipi. quanquam etiam, & mult. ſeq. uſque ad nu. 152. quibus addimus Bal. in l. uenditioni, poſt medi. C. de uſuca. pro empto. ubi iuris, inquit, errorem probari, ſi paſſus erat difficilis in iure, & interrogatus fuit ſapiens, qui errauit in opinio. quem ſequitur Andr. Barba. in conſ. 80. illud referam, col. 10. in princi. verſ. faciat & quod uoluit Bal. lib. 3. & eundem etiam Bal. in l. 2. in fi. C. ſi quis igno. rem mino. eſſe ſine decre. compa. ubi poſtquam docuit quando errans in iure bonæ eſſe fidei dicatur, proindeq; ſuos faciat fructus, & dixit debere tamen errorem probari, cùm præſumptio ſit in contrarium, ſubdit, circa tamen iuris apices, uel circa ius quod eſt in opinionibus conſtitutum, tolerabiliorem eſſe iuris ignorantiam quàm in iure aperto, quem ſequuntur Curti. ſeni. in conſ. 71. Princeps, col. 10. uerſi. uerùm ut nihil omittatur, & Iaſ. in conſ. 84. omiſſa longa, col. 3. uerſi. item circa apices, lib. pri.

171 ℂ Ex eo autem Bald. dicto in d.l. venditioni, intelligere potes, id ita demum procedere, ſi quis peritos conſuluerit, quod & clariùs ius ſcilicet dubium non excuſare niſi à peritioribus habitum fuerit conſilium; voluit Deci. in l. iuris ignorantia, in pri. lectu. col. pri. verſi. ſecundò quod dicitur hic, & iterum in ſecun. lectu. col. etiam pri. verſi. & iſto tex. limitatur. C. qui admit.

172 ℂ Sed quoniam de dubio hic iure tractamus, hæc res effecit, ut de huiuſmodi dicto & nos dubitemus, ea potiſſimùm ratione, quia ſic nihil inter ius clarum & dubium intereſſet, nam ſi ſit clarum, conſtat peritiores conſulentem excuſari, ut dicemus infra hac eadem gloſ. in xlv. quæſtio. ſub num. 191. & 192. cùm ergo Docto, in locis ſupra allegatis, max. num. 144. incipi. ſed probabile, conſtituere uideantur differentiam inter ius clarum & dubium, uolentes ius dubium quenque excuſare, perinde ac facti dubium, licèt non ſic in iure claro, intelligendi videntur etiam ſi quis peritiores non conſuluerit, & ideo rectiùs contra Bald. & Deci. expreſsim ſenſiſſe uidentur Io. Mari. Rimi. in d.l. iuris ignorantia, col. 2. verſi. tertia limitatio, & ibi Iaſ. poſt princi. C. qui admit. dum limitant illum tex. volentem mulierem in iure errantem non excuſari quando agitur de lucro, non procedere quando ius eſſet dubium, nam ille tex. loquitur quando peritiores mulier non conſuluit, ſecundùm gloſ. & Docto. ibi.

173 ℂ Pro qua etiam opinione facit, quia hic tantùm quærimus, an quis ex hoc dicatur in mala fide eſſe, ſed in iure dubio errans bonam dicitur fidē habere, vt not. Cano. in d. cap. cùm dilectus, extra de conſuetu. Caſtren. in l. Celſus, col. 2. in princi. D. de vſuca. Imo. in cap. fina. col. 3. verſi. & aduerte inquantum dixi, de præſcrip. Corn. in conſ. 127. primo aſpectu, col. 9. verſi. & probabile, lib. 2. in conſ. 22. in præſenti, col. 7. verſi. item & ſtante, lib. 3. Curt. iuni. in conſ. 6. circa has, col. pen. verſi. poſtremò, in conſ. 28. in cauſa, col. 3. verſi. ſuccedit, & col. fina. ſub num. 13. vbi in his noſtris terminis loquitur quo ad hoc vt quis fructus lucretur, Crauet. in conſ. 145. viſo proceſſu, col. 5. verſi. ſaltem negari non poteſt, lib. pri. & propiùs et ad terminos noſtri ſtatuti, voluit idem Corn. in conſ. 147. quia cauſa eſt, col. 2. verſi. & inſuper, & col. 3. verſi. nec obſtat quòd qui, lib. 2. vbi inquit quod dicitur contrahentem cum muliere non ſeruata ſtatuti ſolennitate in mala eſſe fide, non procedere ſi probabile fuerit dubium an eo in caſu ſtatutum locum habeat.

174 ℂ Immò Bald. in l. pri. in fi. per gloſ. ibi in ver. receſsit. C. vbi cau. ſtatus, bonam inquit fidem ex iuſtis non ſolùm rationibus, ſed etiam ex iniuſtis temerarijsq; cauſari, quem ſic allegant & ſequuntur Caſtren. in conſ. 98. viſis quibuſdam, in fin. libr. pri. Alex. conſ. 125. viſa inquiſitione, col. 3. verſi. & ideo, lib. 4. Barba. in conſ. 67. clementiſſimi Dei, col. fina. in prin. verſi. præterea accedat, lib. 2. Fely. in cap. cùm contingat, col. pri. verſi. ex quo dicto, extra de reſcript. Barthol. Soci. in conſ. 11. in cauſa, col. fina. verſi. & ad hoc optimè, lib. 3. in conſ. 38. in cauſa dominorum Marchionum, col. 2. verſi. nam vt inquit, eod. libr. 3. in conſ. 66. viſa donatione, col. 8. verſi. primum patet, eodem etiam lib. 3. Anton. Rub. in conſ. 75. præſupponitur, colum. 2. verſi. & ita concludendum, qui ex hoc inquit, iuris errorem, licèt iniuſta ſit cauſa, bonam tamen fidem parere, Curti.

iunio. in conſ.168. habita diligenti, col.10. in princ. ſub num.30.

175 ℂ Sed ſi hac in re nobis fari licet quid ſentimus, illa glo. in d. l. pri. in ver. receſſit, id non probat, ad quod Bal. eam aduocat, ſed potiùs contrarium, dum xxx. inquit, annorum poſſeſſionem requiri, quando ſeruus iniuſtis ex cauſis ſe liberum credit, ad hoc ut præſcribat, nam ſi bona fides ex hoc cauſaretur, xx. annorum poſſeſſio ſufficeret. l. 2. C. de lon. tempo. præſcrip. quæ pro liber. & ita animaduertit Andre. Alcia. uir utique doctiſſimus in tracta. præſumptio. regu. 3. præſumptio. 5.

176 ℂ Quanquam etiam Bal. ubi ſupra, non ita ſimpliciter locutus eſt, ex iniuſtis cauſis bonam fidem cauſari, ſed poſſe cauſari, uti meliùs intellexerunt, & ſecuti ſunt ipſe quoque Barba. in conſ. 18. præclarè ſcriptum eſt, col. pen. in fi. verſ. maximè in caſu noſtro, lib. 2. in conſ. 51. Clementiſſimũ Deum, col. 2. verſ. & ideo multum, eód. lib. 2. in conſ. 45. illud in medium, col. 8. verſ. & quod uoluit Bal. lib. 4. & ipſe ēt Iaſ. in l. ſi quis id quod, col. 8. verſi. octauò pondero. D. de iuris. omni. iudi. in l. qui iuraſſe, in prin. col. pri. verſ. ad iſtud bene facit. D. de iureiu. & Philip. Deci. in conſ. 272. uiſo proceſſu cauſæ, col. 6. verſ. nam authoritas, Andre. Tiraq. in tracta. de pœn. cauſa 43. col. 2. verſi. quibus concinit, Alba in conſ. 28. in præſenti, num. 4. pro quibus facit tex. in l. igitur. §. poteſt. D. de libe. cau. ubi iniuſta cauſa tunc demum à dolo excuſat, ſi modò calliditas abſit.

177 ℂ SED & hic xlij. non impertinenter quæro, quid ſi cõmunis adeſſet opinio, an eo quoque caſu res poſſit dici dubia, & proinde quem excuſet: quod uidetur, ſicuti dicimus in ſententia expreſſo iuris errore lata, quæ ſicut ualet ſi ius fuerit dubium, ut iam diximus ſupra hac eadem gloſ. num. 146. incipi. & quod aliàs, ita quoque ualida eſt, licèt aliqua ex ipſis opinionibus communis fuerit, cõtra quam ſit pronuntiatum, ſecundùm Anto. Butri. in cap. pri. col. 6. verſi. eſt tamen differentia, & ibi Imo. col. 7. verſ. eſt tamen aduertendum, & Fely. col. fina. verſ. ſextò nota, extra de conſtitu. eundem Butri. in cap. ab excommunicato, col. 4. verſi. tertiò hoc uerum, & ibi eundem etiam Imo. col. 6. verſ. idem dicit ſi feratur, extra de reſcrip. Pau. Caſtren. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in fi. & ibi Alex. col. 19. verſi. in ea. glo. in fin. Clau. Aquen. col. 4. verſ. in eadem glos. in fi. Franci. Rip. col. 6. verſ. ex iſta fallentia. D. de verbo. obligatio. iterum etiam Alex. in l. cùm prolatis, col. 2. verſ. ſed aduerte, & ibi Iaſ. col. fina. verſi. ad iſtum intellectum, qui dicit idem etiam eſſe de mente Bar. ibi. D. de re iudi. quod & præterea ſenſit idem Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium, in fi. & ibi Alex. cir. fin. D. de dam. infec.

178 ℂ Veruntamen contrarium uerius opinamur per nota. per ipſum quoque Butri. in cap. 2. col. etiam 2. verſ. ſi autem lex eſt dubia, & ibi etiam Imo. col. fina. verſ. item quia dictum, extra de conſtitu. ubi limitantes Bar. dictũ in l. quod Nerua. D. depo. quatenus uoluit ignorantem ius dubiũ eſſe in lata culpa, leui, aut, leuiſſima, ſecundũ quod de ignorantia facti iudicatur, dicunt id nõ procedere ubi ſuper huiuſmodi dubio iure cõmunis adſit opinio, q̃a tunc indiſtinctè lata in culpa quis eſſe dicitur, & ideo nõ excuſatur.

179 ℂ Ad allegata autem in contrarium primò poteſt reſponderi, eorum opinio-

opinionem non omnino in rem tranſire iudicatam, nam inprimis allegatur contrarium tenuiſſe Bal. in d.l. qui Romæ.§. duo fratres, qui tamen id meo in libro non tangit, ſed ibi uerius hoc uoluit Ang.col. 4. verſ. contra hanc lec. ubi etiam idem ſentire uidetur Rap. Comen. col. 3. verſ. aduerte quòd dicit. D. de verbo. obliga. & iterum idem Ang. in d.l. 3.§. hoc autem iudicium, cir. medi. verſ. & ſi ferretur, & ibi Imo. col. pri. verſ. quod tamen intelligit, & Franci. Rip. col. fina. verſ. quid tenendum. D. de dam. infec. ubi Rip. in hanc quoque ſententiam aduocat Fely. in cap. pri. de conſtitu. ſed minùs fideliter, cùm immò in contraria ſit opinione, ut ſupra retulimus.

180 ℂ Secundò, & meliùs, non recedendo à priori opinione, quæ communis uidetur, uti etiam atteſtatus eſt Rip. in d. §. duo fratres, quo loco eum ſupra citauimus, ubi tamen in id allegat Iaſo. in d.l. cùm prolatis. D. de re iudi. qui hoc non dicit, reſpondeo inter illum & noſtrum caſum intereſſe, quoniam licèt ualeat ſententia expreſſo iuris dubij errore lata, non tamen iudex excuſatur, licèt mitiùs puniatur, ut declarat Bar. in d.l. cum prolatis, in fi. & ibi Ang. cir. medi. verſ. dixit etiam Bar. & Iaſ. in fina. ver. D. de re iudi. Fely. in d. cap. pri. col. pen. verſ. nonò fallit, ubi alios citat concordan. de conſtitutio. & ita intelligendus eſt Bal. in l. fina. in ſecun. lectu. col. 2. verſ. ſi autem non affectato. D. de iuſti. & iu. ubi ſimpliciter inquit, ſi iudex in l. dubia erret, ſententiam quidem tenere, ſed iudicem litem ſuam facere, intelligi enim debet ſi una ſit communis opinio, contra quam ſit iudicatũ; & Ang. Areti. inſti. de obliga. quæ ex quaſi delic. naſcun. in prin. col. fina. verſ. in glo. uidebitur, ubi dicit ſi iudex ſequatur opinionem à pluribus approbatam, non tamen communem, ſententiam nihilominus ualere, quod ſubdit intelligendum, niſi contra communem iudicet opinionem, nam hoc ultimum intelligitur quantùm ad hoc, ut iudex faciat litem ſuam, ut ſubijcit Areti. non quantùm ad ualiditatem ſententiæ: quando tamen hæc regula procedat, iudicem communem debere opinionem ſequi, uidebis latiſſimè tractatum per Neuiza. in ſua ſylua nuptia. parte quinta.

181 ℂ SECVNDA ſit concluſio, & proinde xliij. quæſtio, iuris ignorantiam indicijs coniecturiſq; probari, & proinde ea ſic probata ſuos poſſeſſorẽ fructus facere, ſecundũ Bal. in l. 2. cir. fin. C. de dot. promiſ. Imo. in cap. ad noſtrã, cir. fin. de reb. eccle. non alie. in cap. fina. col. 3. verſ. aduerte tamen, de præſcriptio. Curti. ſeni. in conſ. 71. Princeps defunctus, col. 9. verſ. reſtant duæ difficultates, Franci. Balb. in rep. l. Celſus, col. 7. verſ. qualiter autem. D. de uſucapio. quod & nos rationem habere arbitramur, cùm econtra in eo quoq; qui iura ignorare præſumitur, ſcientia coniecturis probetur, ut diximus ſupra num. 165. incipi. ſed cùm prædicta: Nam contrariorum eadem ſolet eſſe diſciplina .l. fina. in fi. de leg. 3. glo. & Docto. in rub. D. de aequi. poſſeſ. & uide etiam quæ in ſequenti quæſtione dicemus.

182 ℂ TERTIA quoq. ſit concluſio, xliiij. quæſtio. conſtituens, ſi perſona fuerit fidedigna, poſſe iuris ignorantiã per iuſiurandum probare, ita enim uoluit Bal. in l. 2. cir. medi. verſ. qualiter autem probabitur. C. ſi quis ignorem mino. eſſe ſine decre. compa. ubi loquitur in his terminis noſtris quo ad hoc, ut quis in bona eſſe fide dicatur, & proinde fructus lucretur, ſi rem ſine debita ſolennitate, puta rem minoris ſine decreto comparauerit, ut ex præcedentibus dictis ibi per ipſum Bal. & ex ipſa l. 2. quam Bal. ibi interpreta-

pretatur,colligitur,& eum ſequuntur Curti-ſeni. in d.conſ.71.col.10.verſ. uerùm ut nihil omittatur, Iaſ. in conſ.84. puto, col.5. in princi.verſi. & dicit multùm ſolenniter Bal. lib.pri. Anto. Rub. in d. conſ.75. præſupponitur in facto, in fin.ver.dum ſe remittit ad Curti. ſeni. in d conſ.71. cuius tamen initium corruptè allegat, Princeps deſtinatus, cùm ueriùs exordiatur, Princeps defunctus, Franci. Balb. in d. rep. l. Celſus, col. 7. verſi. qualiter autem. D. de uſucapio.

183 ℭ Verùm Andre. Alcia. in tracta. præſumptio. regu.3. præſump. 30. in fine, ubi hanc & præcedentem concluſionem ſimul tractat, quatenus ſcilicet diximus iuris ignorantiam indicijs coniecturiſque probari, uel per iuramentum, ſi perſona fuerit fidedigna, in ea eſt opinione, ut iuramentũ ſolum non ſufficiat, ſed ſimul requiratur tanta probitatis præſumptio, uel aliç coniecturæ concurrentes, quòd offuſcent præſumptionem legis, qua quis ſcire leges præſumitur, in qua etiam ſententia ante eum fuiſſe uidetur Clau. Aquen. in l. pri.§. per procuratorem, col.pri. verſi. item inquantum Alex. D. de acqui. poſſeſ. dum intelligit Bal. dictum procedere quando magna eſt integritas ex parte iurãtis, adeò quòd ex iſta integritate uehemens reſultet præſumptio, per quã alia præſumptio ex iuris errore reſultans tollatur.

184 ℭ Sed pro aliorum opinione uolentium ſimplex ſufficere iuramentum, faciunt quæ latè cumulauit Hippo. Marſi. in l. ſi quis ignorans, col.3.verſ. poſtremò circa hanc materiam, & col. ſeq. D. ad l. Corn. de falſ. & in rub. C. de probatio. num.134. cum quat. ſequen. & præterea glo. in cap. dilecto, in ver. offerre, xvi. quæſtio.3. quæ dicit allegantem præſcriptionem, ſi non poteſt probare titulum & bonam fidem, poſſe id per iuramentum probare, quam glo. ſequitur ibi Archidia. cir. medi. cum declaratione, de qua ibi per eum, & uidetur ſequi etiam Abb. in cap. ſi diligenti, col. 3. verſi. examinemus, de præſcriptio. & generaliter ignorantiam iureiurando probari, quando aliter probari nequit, uoluit Cardi. Zaba. in Clem.uni.col.4. in viij.quæſtio. de conſan. & affinita. quem ſequitur Fely. in cap. 2. col.7. verſi. fallit primò, de conſtitu. in cap. ſignificaſti, pri. col. pri. cir.medi. dum illum allegat, de homici. in cap. quoſdam, col. 2. verſi. ſecundò eſt aduertendum, de præſumptio. Marc.Anto. Baue. in tracta. de uirtu. iura. col. 11. verſ. octauò probatur, in ſecun. limitatio.

185 ℭ Verùm prædictis non obſtantibus concludo nobis magis placere diſtinctionem illam ſolum non ſufficere iuramentum, niſi aliæ quoque coniecturæ concurrant, per doctri. Bar. in l. inter omnes. §. rectè, col.pri. cir. fin. verſi. quæro circa uoluntatem furis, & col. ſeq. in princi. D. de furtis, ubi inquit, quando eſt præſumptio contra aliquem, tunc ipſi contrarium aſſerenti non credi etiam cum iureiurando, niſi aliqua oſtendantur indicia uериſimilia, per quæ credendum ſit, quem ſequitur ibi Alex. in appo. eius, & in l.pri.§.per procuratorem, col.2.verſi. uel ſecundò, D. de acqui.poſſeſ. & in l.de tutela.C.de in inte.reſtitu.mino.Deci.in cap.2.col.fin.verſi. & ad hoc facit, in pri. lectu. de conſtitu. Marc. Anto.Baue. in tracta. de uirtu. iura.col.16. verſi. decimotertiò, Areti. in conſ.80. ſicut decet, col.2. verſi. ſed iſte, Panta. Cremen. in rep.l.2. num.210.C. de reſcin. uenditio. Andr. Tiraq. in tracta. de pœn. cau.43. col.pen.verſi. ſed illud. Quod & uoluere domini de Rota deciſio. 444.incipi. extra Rotam, col. 2. verſi. & ideo omnes

omnes tex. iuncta col. fina. in fina. vèr. in nouis, dum dicunt iura uolentis ignorantiam iuramento probari, loqui quando ueriſimilis eſt, & probabilibus argumentis coniecturisque cauſata, allegando ita conſuluiſſe Bal. in pulchro caſu ibi per ipſos dominos relato, quanuis eodem in caſu contrarium conſuluerit Petrus de Peruſio ipſius Bal. frater, ſed Bald. allegationes ipſis dominis de Rota magis placuerunt, vt ibi in fina. verb. dicitur, quanquam eo in caſu Petri opinionem ſecuti ſint, ſed alia ratione, nempe quia probatũ non fuerat ipſum clericũ non ſoluiſſe, quãuis lapſus eſſet terminus ſoluendi, iuxta doctrinã Innoc. in cap. ſuper his, de accuſatio. & in cap. propoſuit, de ſenten. excommu. quibus addere poteris ipſum Innoc. in dict. cap. ſuper his, ſequi etiam Fely. ibi col. 7. verſi. tertia concluſio, & Deci. in cap. in præſentia, colum. 11. verſi. ſic etiam verificatur, extra de probatio.

186 ℭ Sed & idem quod Bar. & domini de Rota vbi ſupra, priùs ſenſit gloſ. in Clem. fina. in verb. non negotiandi, & ibi aliquid ẽt per Card. Zaba. col. 2. in v. quæſtio. de cenſi. quã gloſ. ſequitur etiam Bal. in l. cùm proponas, col. fina. verſi. in hoc autem utrùm portet. C. de nau. fœno. & ſenſit etiam Inno. in cap. 2. in fin. ver. dum ad probandam conſtitutionis ignorantiam dilucidam requirit probationẽ, & ibi ſequuntur Io. Andr. in fina. ver. & clariùs Butr. col. fina. verſi. ſecundò dicit gloſ. Imo. col. etiam fina. Fely. col. pen. verſi. pro hac opinione adduco, de conſtitutio. Roma. in conſ. 481. præſentis dubitationis, in fine, iterum Fely. in cap. ſignificaſti, pri. col. pri. verſi. fallit ſecundò, de homici. in cap. quoſdam, col. 2. & 3. de præſumpt. Pau. de Leaza. in cap. eos, & ibi Philip. Peruſi. col. pri. verſi. in ea. ibi iuramentum, & Gemi. col. 2. poſt princi. de tempo. ordi. in 6. reprobantes gloſ. ibi in verb. ſcienter, contrarium ſentientem, dicentesq; hoc ſaltem procedere quando de alterius præiudicio agitur, & quando lex non ſolùm præſumit, ſed etiam ultra determinat, vti uidetur in caſu noſtro, cùm iura dicant eorum ſcientiam habere quemlibet præſumi, & contra eorum diſpoſitionem contrahentẽ in mala eſſe fide, conſequenterq. fructus ſuos non facere, vt iam ſupra diximus. Et pro hac concluſione eſt tex. in cap. vidua, & ibi notat gloſ. in verb. licèt ſacramento, quæ expreſsè loquitur etiam ſi honeſta ſit perſona, & ibi etiam Abb. col. pri. verſi. no. quòd non ſemper, de regula. & tradit etiam Fely. in d. cap. 2. col. antep. in 2. & 5. fallen. de conſtitu. vbi id quod de alterius præiudicio diximus, intelligit procedere ſi ſit graue, ſecus ſi modicum, de quo per ipſum quoque Fely. in d. cap. quoſdam, col. 2. poſt Abba. ibi paulò ante fin. de præſumptio. & ita per illud Bart. dictum in d. l. inter omnes. §. rectè. D. de furtis, Bal. doctrinam in d. l. 2. C. ſi quis igno. rem mino. eſſe ſine decre. compa. reprobauit Aret. in l. quod vxor, ante fin. D. de acquir. poſſeſſ. Et in ea quoque ſententia ſolum non ſufficere iuramentum, niſi aliæ quoque coniecturæ concurrant, fuit Ang. in l. plagij, col. pri. verſi. ſed qualiter probabitur, & verſi. ſis tamen cautus. C. ad l. Faui. de plagia. quem ſequuntur Alex. in conſ. 92. perſpectis, col. fin. verſi. & ideo, vol. pri. & Bauer. in tracta. de uirtu. iura. col. 11. num. 68. & ita etiam in caſu Curti. ſeni. in d. conſ. 71. plures aderant coniecturæ & præſumptiones, ut ipſe ibi dicit, col. 10. in fi. d. verſ. uerùm ut nihil omittatur, ubi etiam inquit ſuo in caſu nullam adeſſe præſumptionem contra iurare uolentes, nec etiam ibi ius commune reſiſtere, prout reſiſtit hoc noſtrum ſtatutum, ut iam ſupra diximus.

187 ℭ Et ex hís ſatis colligere potes, non obſtare quæ ſupra in contrarium adduximus, cùm non loquâtur de iuris ignorantia,& quando præſumptio eſt contra iurare uolentem,& cùm etiam hîc de alterius præiudicio agatur: Quanquam etiam ad id quod dictum eſt, ignorantiam iureiurando probari,ubi aliter probari nequit, dici poteſt immò hîc probari aliter poſſe indicijs ſcilicet & coniecturis, ut iam traditum eſt, ideoque nón debet quis ad id per iusiurandum probandum admitti,etiam ſi contingat alias eum coniecturas non habere, & ita ſentit ipſemet Cardi. Zaba. in Clem. pri. verſi. ſanè, cir.fin. de pœnis,quem ſequitur Fely. in cap. ſignificaſti, pri. col. pri. in fi. verſ. fallit tertiò dum illum allegat, de homici.

188 ℭ Facit ad hoc quod no. Anto. Butri.in conſ.24. quæſtio hæc dubia vulgaria habet,col.pen.in fi.verſ. & ſi dicatur, ubi quòd dicitur teſtes (inquit) inhabiles admitti,quando alij haberi nequeunt,per quos ueritas probetur, intelligi quando non ſolùm actu ſed etiam habitu & potentia alij haberi non poſſunt,ut quia actus de quo agitur talis ſit naturæ,in quo alij intereſſe non ſoleant, ſecus ſi fortè caſualiter alij intereſſe non potuerunt, quod & repetijt idem Butri. in cap. tertio loco, col. pri.verſ. no. duo ex glo.& col. 2. in princi. verſ. item no. quomodo, & ibi Abb. col.3.verſ. in gloſ.2. in prin. Imo.col.2.verſ. in gloſ.2. ibi non conſueuerunt,& Fely.col.2.verſ. & iſtud quod ubi materia,& Deci. col.2.verſ.ſecundò nota, extra de proba. idem Abb. in cap.fina. in ſecun.nota.de teſti. cogen. Alex. in conſ.64. uiſo themate, col.2.verſ.reſtat ergo,lib.pri. in conſ.148. in cauſa appellationis, col.3.verſ. nec ob. etiam ſi diceretur, lib. 5. in conſ.151. repetitus, col.2. verſ. nec ad hoc obſt. ſi diceretur, eod.lib.5. & in conſ.ſequen.incipi. uiſo proceſſu, col.4.verſ.nec obſt. etiam ſi dicatur quòd ſaltem, Fely. in cap.ueniens, 2. col.9. verſ. in glo.fin. in prin. de teſti. in cap. de cætero, col. pri. cir.fin. verſ. ſed credo, eod. etiam titu. Corn. in conſ.58. poſt redditum, col.pen.verſ. non obſtant adducta, lib.pri. Bartho.Soci. in conſ.17. ſupradicti, col.2. & 3. lib.pri. Curti. ſeni. in rep.l. admonendi, col.27.verſ. limitabis tamen, ſub num.104. & 105.D. de iureiu. Iaſ. in l.pri. in pri.lectu. in fina.ver. & iterum in ſecun. col.13.verſ. limita multum ſingu.C. de ſum. trinita. in l. fina. col. etiam fina. verſ. ſed audi.C. de his qui. ut indi. Hipp. Marſi. in l. infans, col. fina. verſ. & inquantum ſuperius.D. ad l. Corn. de Sica. in ſingu. 73. plures ſunt, & iterum in conſ.22. gratia domini, col. 4. verſ. quibus reſpondeo,in conſ.80. qui cuncta, col.fina.verſ. ſecundò dico, Deci. in cap.pri.col.22. verſ. comprobatur hoc ex eo,ſub num.31. de probatio. in actionibus, cir.fin. de in lit. iuran. in conſ.133. uiſo proceſſu,col. fina.verſ. non obſt. ſi dicatur, in conſ.310.uiſis diligenter, col.2. verſ.& in iſto caſu, in conſ.342. in cauſa partus, col.2. verſ. ad hoc reſpondetur, in conſ.363. in cauſa quæ agitatur, col.fina. verſ. non obſtat quòd prædictæ, Crot. in tracta. de teſti. num. 71. Franci. Brun. in tracta. de indi. & tortu. parte pri.quæſtio. 2. num. 14. Stepha. Aufre. in appo. deciſio.Tholo.deciſio. 4. incip. item fuit quæſitum an familiaris, cir. medi. verſ. quod autem dictum eſt, Franci. Rip. in tracta. peſtis, in titu. de priuile. vlti. volun. cau. peſ. col.3.verſ. non obſtat quòd mulier, Andre.Alcia. in tracta.præſumpt. reg.pri. præſumptio.47. num.5. Marc.Anto. Blan. in rep.l.fina. num.354. incipi. iſtud autem quòd veritas.D. de quæſtio. Thom. Gramma. in conſ. 26. in cauſa matrimoniali,col.20. verſ. nec obſtaret quod dici poſſet,num. 36. & 37. in conſ.45. in cauſa Santilli, col.6.verſ. item & ſecundò, in conſ.

58. in cauſa Ioan. col.2. verſ. & quatenus diceretur, Ludo. Care. in rep. l. obſeruare curabis, num. 165. cir. medi. verſi. quod tamen intellige & declara quando res. C. quo appellatio non recipi. Hippo. Rimi. inſti. qui. alie.lic. uel non, in prin. num.141. D.Io.Cepha. in conſ.75. cum Illu. dominus, col.5. verſ. tùm etiam quia in loco,& nouiſſimè D. Io. Babti. Plot. in rep.l. ſi quando, num.147.C.vn.vi.

189 ℭ Poſſet etiam dici in contrarium allegata procedere in foro quod conſcientiæ appellant,ut per glo. in d. Clem. pri.verſ. ſanè, in ver. commodè, in fi. & ibi Cardi.Zaba. poſt medi. de pœnis, Alex. in l.pri.§. per procuratorem,col.pri. in fi.verſ. nec ob. ſi dicatur.D. de acqui.poſſeſ.Fely. in cap. ſignificaſti, pri. col.2. in princi. de homici. ubi concordan. citat, ſubdens ubi in foro quoque contentioſo alicuius iuramento ſtatur, poſſe tamen aduerſarium contrarium ex coniecturis probare, de qua tamen re uidebis ipſum quoque Fely. in cap. quoſdam,col. fina. ante fin. verſ. ſextò eſt aduertendum,de præſumptio. & illam eandem glo. in d. verſ. ſanè,ſequitur etiã Marc. Anto. Baue. in tracta. de uirtu. iura. col.16. verſ. ſecundò tempora, qui eam declarat.

190 ℭ Quæ autem coniecturæ requirãtur,opinamur iudicis eſſe arbitrarium, & ita intelligimus Abb. in cap.2. col.fina. verſ. ſed dubium eſt qualiter, de conſtitu. qui poſteaquam Inno. & aliorum opinionem retulit in illo articulo, an ad probandam conſtitutionis ignorantiam ſolum ſufficiat iuramentum, an uerò aliæ etiam coniecturæ requirantur, exiſtimat ipſe id iuſdicentis arbitrio relinqui, inſpecta quantitate præiudicij, & qualitate perſonę ignorantiam allegantis,necnon & qualitate ignorantiæ & facti in quo ignorantia prætenditur, cuius opinio non placet Fely. ibi col. antep. ſed nos non recedimus ab ea,modo tamen quo ſupra,intellecta,per regulam l. pri. in fi. D. de iu. delibe. quæ etiam quoquomodo uidetur eſſe de mente eiuſdem Fely. alibi, ſcilicet in d. cap. quoſdam, col.fina.verſ. utrùm ignorantia,de præſumptio. dum inquit,utrùm iuris ignorantia iureiurando probetur,multùm inter Doctores controuerti, ſed communiter teneri eſſe in arbitrio ſuperioris utrùm admittendum ſit iuramentum uel non, diuerſis reſpectibus conſideratis.

191 ℭ QVARTA ſit concluſio, ex qua xlv. deſcendit quæſtio,iuris ignorantiam & bonam fidem probari,ubi quis peritiores conſuluit,qui reſponderunt contractum ipſum ſic celebratum ualere,ipſumque poſſeſſorem fructus lucrari, ſecundùm nota. per Ang. in l. ſed & ſi lege .§. ſcire, in princi. D. de peti. hæredita. ubi rem (inquit) alienam contra ius inuadentem in mala non eſſe fide, immò excuſari,ſuosque fructus facere,iuxta illius. §. diſpoſitionem, ſi peritiores qui in loco eſſent,conſuluit, an ſibi licitum eſſet inuadere, qui conſuluerint quòd ſic, quem referunt & ſequuntur Alex. in conſ.73. uiſo themate,col.fina.verſ. & poſito quòd error, lib.2. repe. quibuſdam tantùm mutatis,in conſ.119. col.fina verſ. & ſaltem, lib.4. Andre. Barba. in conſ.80. illud referam, col.9.verſ. ſed iſtis non obſtantibus, lib. 3. Fely. in cap. de quarta,col.9.verſ. dicitur autem probabilis,de præſcrip. Caro. Rui. in conſ.41. de duobus, col.11. num.31. lib. pri. & eſt etiam de mente Bal.in l. uenditioni,cir.med.C. de uſucapio.pro empto.quem retulimus ſupra hac eadem glo. nu.170. incipi. prima ſit concluſio: Et non eſt

ſuper hoc dubitandum,cùm generaliter excuſetur qui peritiores conſuluit, l. in bonorum, & ibi glo. fina. & Bar. D. de bono. poſſeſſio. l. regula, in fi. princi. D. de iur. & fac. igno. l. 2. §. fina. D. quis ordo in bono. poſſeſ. ſerue. & tradunt Docto. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & Andre. Tiraq. in tracta. de pœnis, cau. 11. col. fina. verſi. intellige decimò,& in tracta. retrac. titu. 2. §. 4. glo. 7. num. 18. & 19. ubi concor. citat.

192 ¶ Et quòd hoc procedat etiam ſi Doctor ille malè conſuluerit, ultra Ang. & ſequaces in locis præallegatis,uoluerunt etiam Bar. in d. l. in bonorum,cir. fin. D. de bon. poſſeſ. Bal. in d. l. iuris Ignorantia,cir. medi. verſ. ſed quæro quid ſi habuit, & ibi Saly. in fina. ver. Fulgo. ante medi. verſi. quid autem ſi mulier, Caſtren. poſt prin. verſ. non ergo, Roma. col. pri. verſ. quid autem ſi mulier, Alex. col. pri. verſ. & ſecundùm prædicta, Iaſo. col. fina. verſ. vltimò circa iſtam glo. Deci. in ſecun. lectu. col. pen. verſ. & ſubijcit Bal. hîc. C. qui admit. Rapha. Cuma. conciuis noſter, in l. ſi duo, ante med. verſ. in glo. pen. ibi,ſi iuris,& ibi Roma. poſt princi. verſ. in glo. ſuper ver. potuit,& iterum col. fina. verſ. ſecundò quia. D. de acqui. hæredi. & idem Rapha. Cuma. in l. ſi fur. §. pri. paulò ante fin. D. de uſuca. pro quo etiam facit,quòd licet ſuccumbens in cauſa, in expenſis condemnetur. l. eum quem temere,in prin. D. de indi. cum ſimili. fallit tamen ſi conſilium habuit à peritis, ſecundùm Alex. in l. properandum. §. ſiue autem alterutra,col. 2. verſ. & ideo ſi quis,& ibi Iaſ. col. 4. verſ. ſecunda concluſio. C. de iudi. cum concordan. Nam ex quo quis per ſententiam ſuccubuit, præſumitur iniuſtam cauſam fouiſſe, & conſequenter conſultorem malè conſuluiſſe,cùm pro ſententia præſumatur, ſecundùm glo. fina. in fi. in l. Hærennius. §. Gaia,& ibi Bar. in fina. ver. D. de euictio. quod ſaltem procedit quando tranſiuit in rem iudicatam nulla ſuſpenſa appellatione: Alex. in l. ſeruum. § ſi ſtatuliberum,cir. med. D. de leg. pri. & in l. 4. §. condemnatum, col. 4. verſi. & ratio diuerſitatis. D. de re iudi. Franci. Rip. in l. pri. col. 2. verſi. amplia ultimò. D. eod. titu. de quo etiam latiſſimè per Fely. in cap. quoniã contra,col. 12. verſ. tertia concluſio,& mult. ſeq. extra de probatio.

193 ¶ DECLARA tamen primò,& hoc ſit loco xlvi. quęſtionis, prædicta non procedere ſi Doctorem quis ignarum aut iniquæ conſcientiæ uirũ cõſuluerit,ſecundùm Fulg. in d. l. iuris ignorantia,circ. med. verſ. modo addo,& ibi Alex. col. pri. verſ. & intellige quòd excuſatur, & verſ. dicit etiã ſin gu. Ang. & ibi Io. Mar. Riminal. col. 3. verſ. aliquando uerò & tertiò, Iaſ. cir. fin. & Dec. in ſecun. lectu. col. pen. verſ. & ſubijcit Bal. C. qui admit. Fely. in c. de quarta,col. 9. verſ. & ſi habuit à perito, de præſcrip. facit quod not. Ang. in l. ſi ſeruum, cir. medi. princi. verſi. idem dicas ſi curauit. D. de verbo. obliga. vbi paria inquit eſſe nullum medicum vel imperitum adhiberi.

194 ¶ DECLARA ſecundò pro declaratione præcedentis etiã declarationis, & quæ tibi declaratio ſit loco xlvij. quæſtionis,ut non ſufficiat conſulere Doctorem ſimpliciter peritum,ſed conſulendus ſit peritior,ſecundũ Bal. in l. ſeptimo menſe, in tertia lectu. D. de ſta. homi. ubi ex illo tex. notat peritiſſimos aſſumendos, quod poſt Cyn. ibi. inquit facere contra aſſeſſores, qui ad perhibendum de cicatrice iudicium aſſumunt imperitos, & Ang. in l. qui luminibus, in princi. D. de ſerui. urba. prædio. ubi cir. prin. ſi tractetur (inquit) de eligendo arbitro, architecto, medico, uel alio perito,

eligendos eſſe duos ſi haberi poſſunt, & idoneiores (vt eius uerbis utar, licèt rectiùs dixiſſet magis idoneos) & quorũ fama ſit clarior: iterum eundem Ang. in l. hac edictali .§. his illud, col. pri. C. de ſecun. nup. & in l. utique. §. culpa, per illum tex. D. de rei uendica. Iaſ. in d. l. iuris ignorantia, col. fina. in ſecunda & tertia limita. & Deci. in vtraque lectu. in fina. ver. C. qui admit. Pro qua opinione facit gloſ. in cap. cùm beatiſſimus. xxiiij. quæſt. pri. quæ dicit non eſſe audiendum magiſtrum niſi qui bene ſciat, ſic enim illa gloſ. loquitur.

195 ℭ Veruntamen ueriùs puto ſufficere ſi conſilium habeatur à mediocriter perito, ſeu peritis, ſecundùm ea quæ in ſequen. declara. dicemus, & hoc per bonum tex. in l. ſciendum. §. illud. D. de ædili. edic. & facit etiam tex. legis præcedentis ibi, & ita uoluit Lancel. Deci. in d. l. iuris igorantia, poſt princi. verſi. aliàs eſſet. C. qui. admit. quam etiam opinionem ſenſerunt hi qui aſſeruerunt excuſari qui peritiorem conſuluit, modò non conſuluerit ignarum aut iniquæ conſcientiæ Doctorem, quos retulimus in præce. declara. necnon & hi qui dicunt, licèt conſulendi ſint duo, ſufficere tamen unum, ſi ſit peritiſſimus, quos etiam referemus infra, num. 202. incipi. ſi tamen unus.

196 ℭ Non obſtat tex. in d. l. utique. §. culpa. D. de rei uendica. quia loquitur in imperito, uti illum intelligit gloſ. etiam fina. ibi, illum expreſsè trahens ad eligentem medicum, aut aduocatum imperitum, quam etiam puto fuiſſe Ang. mentem, ibi, dum nota (inquit) imputari illi qui eligit magiſtrum imperitum, uel medicum, quod eſt utile contra aſſeſſores qui eligunt magiſtros chirurgiæ imperitos, ut ferant iudiciũ, an ex vulnere ſit manſura cicatrix, & iudicant quòd non, quia ſi poſtea remanet, conueniri poſſunt tempore ſyndicatus, eò quòd elegerint medicos imperitos, cùm poſſent habere copiam peritorum, ad illos enim recurrendum eſt quorum fama celebris eſt & ampla: hæc ille eo in loco: quod etiam ſentire uidetur in d. §. his illud, dum æſtimatores (inquit) à iudice eligendos, eligi debere inſignes, non autem malè peritos. Non negamus tamen quin meliùs ſit peritiores ſeu peritiſſimos conſulere, ſed id neceſſarium non arbitramur, aliàs ſi diceremus in uno quoque articulo conſulendos ſemper peritiſſimos, ſequeretur quòd ob maximas rerum occupationes non poſſent de iure reſpondendo omnibus ſatisfacere.

197 ℭ Et prædicta opinio præſertim procedit quo ad caſum nóſtrum, ſcilicet acquiſitionis fructuũ, de quo principaliter tractamus, quia qui peritiorem non conſuluit, non dicitur eſſe in dolo ſed in culpa tantùm, & ita uerè tenet Ang. in l. plagij, col. pri. verſ. ſed qualiter. C. ad l. Faui. de plagia. dum inquit, ſi ſtatutum puniat certa pœna dolosè rem rapientem, & aliquis rem alterius rapiat, excuſari eum à pœna, ſi iuret credere id ſibi licere, quia interrogauit quendam aduocatum, qui ſibi dixit hoc de iure fieri poſſe, excuſabitur enim propter authoritatem aduocati tametſi ignorantis, per nota. per Inno. in cap. ne innitaris de conſtitutio. licèt ei imputari poſſit quare non conſuluerit peritiorem, ſed iſtud, ſubdit Ang. non inducit dolum ſed temeritatem quandam, quem ſic referunt & ſequuntur Alex. in d. l. iuris ignorantia, col. pri. verſ. dicit etiam ſing. Ang. & ibi Deci. in pri. & ſecun. lectu. in fi. C. qui admit & idem Deci. in cap. propoſuiſti, col. 6. verſ. unde

in

in culpa,extra de probatio. quanuis eum aliter referat Iaſ.in d.l. iuris igno rantia. cir. fin. conſtat autem culpam etiam latam in mala quempiam fide non conſtituere, & conſequenter fructuum acquiſitionem non impedire, ſecundùm Bar. in l. quod Nerua, col. 8. verſ. quintò fallit.D.depo. & dictum eſt ſupra hac eadem glos. num.167. incipi.ſed prædictis.

198 ℂ DECLARA tertiò,loco xlviij. quæſtionis,ut ſi haberi poſſit conſilium à duobus, habeatur, ſin minùs ab uno, ſecundùm Bal. in d. l. iuris ignorantia, poſt medi.verſ. tu dic quòd debet, & ibi ſequuntur Fulgo. cir. medi. verſ. & hoc uerum, Roma. ſimiliter cir. medi. verſ. poteſt tamen dici concordando, Alex. col. pri. verſ. quod Bal. putat eſſe uerum, Lancel. Deci. poſt princi. verſ. an autem ut quis, Iaſ. col.fina. verſ.ſecundò limita, & Philip. Deci. in pri.lectu. col. fina. verſ. ſecundò prædicta concluſio, & iterum in ſecun.col.etiam fina. eodem quoque uerſi.C. qui admit.Ang. in d.l. utique.§. culpa.D. de rei uendica. iterum idem Alexan.in l. properandum.§. ſiue autem alterutra, col.2. verſi. intellige tamen, & ibi etiam Iaſ. col.4. verſ. ſecundò intellige.C. de iudi. Fely.in cap. de quarta,col.9. verſ. & ſi habuit à perito, de præſcriptio. iterum quoque Philip. Deci. in cap. propoſuiſti,col.5. verſ. & ſecundùm opi. communem,de probatio. Quorum opinio. & nos ſequimur,quanuis ſolus Io.Mari.Rimi. reclamet in d.l. iuris ignorantia, col.4.verſ. quartus & ultimus, ſubdubius tamen, uolens ſufficere ſi conſiliũ ab uno tantùm habeatur: ſed quid hic poterit aduerſus tot alios, cùm ne Hercules quidẽ contra duos, præſertim cùm fundamentis per eum adductis Philip. Deci. ibi in d.l. iuris ignorantia, reſpondeat, & cùm ipſe quoque Rimi. fateatur contra eum communem extare opinionem, & cùm præterea ipſe quoque Rimi. alibi in hac noſtra fuerit ſententia, ſcilicet in l. 2. cir. fin.D.quod quisque iur.

199 ℂ Nam & hoc generale eſt, ut quoties de eligendis in arte peritis tractatur, non ſufficiat unus,ſed opus ſit duobus, ſi haberi poſſunt, ſecundùm Bar. in l. 2. in fina.ver.C. de ponde. & au. illa. libr.11. in l. pri. col.2.verſ. ſed quæro debet ne duobus.D. de uen. inſpi. in l.pri.§. fina. col.pri. verſi. ſed tũc procedit dubiũ,& ibi Pau. Caſtren. in fina.ver. Roma.col.pri.verſ. inducitur autem tex. iſte, & col.ſeq. in prin. Alex.col.pri.verſi. ſecundò ex eodem tex. & col. ſeq. Iaſ. col.3. verſi. ſecunda concluſio Bart. & col. ſeq. Clau. Aquen. col. pri. poſt prin. verſi. ex gloſ. inquantum Bar. & Andre. Alcia. in repe.col.4.verſ. & pro hac parte,& verſ. limita iſtam,quicquid in lectu.dixerit.D. de verbo.obliga. ubi limitant id non procedere,ſi quis electus eſſet de communi partium conſenſu, aut per uniuerſitatem,ad aliquod officium deſtinatus. Ex quo defendi poteſt practica iudicum recentiorum, qui hodie in faciendo iudicio an vulnus ſit mortale,uel non,vel ex eo ſit remanſura cicatrix,nec ne,unum tantũ chirurgũ ſiue phiſicum adhibent,nam ſi id faciunt de conſenſu partium, ſuſtineri poteſt, licèt plurimi,ſed malè id obſeruent etiam ſine partium conſenſu: Eandem etiam concluſionem repetijt idem Bar. in l.fina. cir.fin. & ibi Hippo.Marſi. col. pen.verſ. ulteriùs inquantum Bar. D. ad l. Corn. de Sica. & idem Bar. in procem.Digeſto. cir. finem prin. & ibi Bal.col.2.verſi. ſed an credatur uni,& Hiero. Cagno. col.11. verſi. concludit tertiò Bar. & iterum idem etiam Bar. in l. comparationes, in ſecun. lectu. cir. fin. verſi.ſecundò no. & ibi Bald. col. pen. verſi.uenio ad ſextam quæſ.& Saly.col.pen. verſi. uenio ad ſextã quæſt.C.

de fid.inſtru. iterum etiam Bal. in conſ. 136. proponitur quòd Titius, col. pri. verſ. & ſi dicitur quod ubi, lib. 2. in l. directas. C. de teſta. manu. ubi id intelligit modò ille unus honeſta ſit perſona, in cap. cauſam matrimonij, col. pri. verſ. item no. quòd cuilibet, extra de proba. ubi eodem modo id dicit procedere modò quis ſit fidedignus, ſubdens etiam, non eſſe conſtituendam inter mecanicas & alias artes differentiam, Ang. in §. quod autem, in aut. de non alie. aut permu. reb. eccle. & in aut. ut præpo. nom. Imper. cir. fin. in l. hac edictali. §. his illud, col. pri. num. 4. C. de ſecun. nupti. & in l. qui luminibus, cir. prin. D. de ſerui. urba. prædio. Roma. in conſ. 20. uiſo puncto, poſt medi. verſ. non ob. ſecundum, Anc. & Butri. in cap. propoſuiſti, & ibi Franci. Areti. col. 2. verſ. circa primum, qui hanc communem opinionem aſſerit, Fely. col. 3. verſ. ſecunda concluſio, & Dec. col. 4. verſ. expeditis notabilibus, extra de probatio. Ang. Areti. in tracta. male. in ver. una alia percuſſione, in princi. iterum Alex. in conſ. 35. uiſa ſcriptura, col. fina. in ſecun. dub. lib. pri. repe. in conſ. 179. lib. 2. ubi dicit communem eſſe contra Ang. opinionem, id procedere etiam ſi de litterarum Græcarum aut Hebræarum interpretatione tractetur, ſuper quo uidebis ipſum etiam Alex. in d. l. pri. §. fina. col. pri. & ſecun. & ibi Aret. col. 3. verſ. & ad materiam, & Clau. Aquen. col. pri. D. de verbo. obligat. & Fely. in d. cap. propoſuiſti, col. 4. verſ. fallit tertiò, & ibi Deci. col. 5. verſ. ex qua communi opinione, extra de proba. ita tamen ut animaduertas lector, quòd dum Deci. ibi pro opinione Ang. contra Alex. citat Bal. in d. l. directas. C. de teſta. manu. Bal. ibi loquitur quando eo in loco non niſi unus interpres reperitur, uti & eum ſupra retulimus: & principalem hanc concluſionem ſequitur iterum idem Alex. in conſ. 148. excellentiſſime domine, col. 2. verſ. & in ſpecie, lib. 2. Paris de Pute. in tracta. ſyndi. in ver. negligentia infra quantum, col. fina. ver. dic ad hoc ut excuſetur, iterum etiam Iaſ. in l. admonendi, in repe. col. 83. verſ. bene facit quod in ſimili tenet Bar. ſub num. 196. in antiquis impreſſio. & col. 72. num. 179. in nouis. D. de iureiu. Soci. iuni. in conſ. 61. in præſenti, col. fina. verſ. ad hoc maximè, lib. pri. dum allegat Bar. in d. proœ. Dige. Guid. Pap. in conſ. 177. nobilis, col. 2. verſ. & licèt, & deciſio. 394. de medicis Doctoribus, cir. fin. & uidetur ſequi etiam Andre. Tiraq. in rep. l. ſi unquam, in ver. ſuſceperit liberos, nu. 239. C. de reuo. donatio. dum ſe remittit ad nonnullos ex præallegatis.

200 ℭ Quid autem ſi ſimus in actu à mera unius uoluntate dependente, ut in hæreditatis aditione, an tunc unus ſufficiat interpres, uidebis Bar. ſufficere ſentientem, in l. mutum, cir. med. verſ. ſi uerò per ſe non intelligit, & ibi clariùs Alex. idem quoque aſſerentem, col. 2. verſ. item inquantum Bar. ſecundo membro, & Iaſ. cir. fin. verſ. in ſecundo membro, de quo etiam per Franci. Areti. ibi col. 2. in fi. verſ. ſecundò adde, & col. ſeq. D. de acqui. hæredi. Et hæc opinio, quam ſupra ex communi omnium calculo recenſuimus, ſequenda eſt.

201 ℭ Quanquam etiam ſunt qui hac in re aliter voluerunt, vt per Tiraq. vbi ſupra, & qui latiùs diſtinxerunt, vt per Abb. in d. cap. propoſuiſti, col. 2. verſi. nunc diſcutiamus, & ſeq. de proba. ſuper cuius diſtinctionis veritate videbis Areti. ibi col. 2. verſi. circa primum, & Fely. col. 4. verſi. ad hanc fallentiam, & Dec. col. etiam 4. verſi. quod autem dictum eſt, & Alex. in d. l. pri. §. fin. col. 2. in prin. verſ. licèt in hoc ſolus D. Abb. & ibi etiam

Aret.

Aret.col. pri. in fi. verſ. extra glos. & col.ſeq. Andre. Alcia. in lectu. col.2. in ver. interpretem, in prin. D. de verbo. obliga. Io. Mari. Rimi. in d.l. iuris ignorantia, col.4. in fi. & ibi Philip. Deci. in pri. lectu. ante fin. verſ. & quod dictum eſt, & iterum in ſecun. lectu. col. fin. verſ. limitatur ſecundùm Abb. C. qui admit. eundem Fely. in cap. ſignificaſti, col.2. verſ. ſecunda concluſio, iuncto verſi. fallit tertiò, & iterum verſi. ſed hanc fallentiam, extra de homici.

202 ℭ Si tamen unus eſſet peritiſſimus, generaliter ſufficeret, ut probat tex. in l. ſeptimo menſe. D. de ſta. homi. & faciunt nota. per Io. Andre. in cap. pri. de conſtitu. in 6. per Abb. in cap. calumniam, cir. fin. extra de pœnis, & per Andre. Alcia. in d.l. pri. §. fin. in ver. interpretem, in prin. D. de verbo. obliga. & expreſſiùs in conſultore, id uoluerunt Io. Mari. Rimi. in d. l. iuris ignorantia, col.2. verſ. aliquando uerò & tertiò, & ibi uterque Deci. ſcilicet Lancel. poſt prin. verſ. an autem ut quis, & Philip. eius frater, in pri. lectu. col. fin. verſi. ſi tamen eſſet, & iterum in ſecun. lectu. col. etiam fin. verſ. ſimiliter ſi eſſet unus, C. qui admit. Franci. Areti. in d. cap. propoſuiſti, col.3. verſ. ſi uerò locus, & ibi etiam Philip. Deci. col.5. verſ. & ſecundùm opinionem communem, extra de proba. Fely. in d. cap. ſignificaſti, pri. col.3. in prin. extra de homi.

203 ℭ DECLARA quartò, quod tibi ſit loco xlviiij. quæſtionis, ut ſi in loco habitationis non adſit peritorum copia, teneatur quis adire peritos loci uicinioris, ſecundùm Andre. Tiraq. in tracta. de pœn. cau.11. col. fin. verſ. & hoc quoque intellige, & in tracta. retrac. titu.2. §.4. in glo.7. in fi. ubi alios citat concordan. ita tamen ut illi addere poſſis idem etiam uoluiſſe Fulgo. in d.l. iuris ignorantia, poſt princi. verſ. ſed ſi ſit in loco proximo. C. qui admit. Alex. in l. ſi ab hoſtibus, col.3. verſ. ſed iuxta hoc quæro. D. ſolu. matri. & Franci. Areti. in l. continuus. §. item qui inſulam, cir. prin. D. de verbo. obliga. ubi Areti. hoc confirmat per tex. in cap. ſi fortè, quod eſt vlti. 65. diſtinc. ubi quando in prouincia deſunt epiſcopi, quos alterius epiſcopi conſecrationi intereſſe oportet, de alia ſunt prouincia aſſumendi, & per tex. in cap. Pontifices. 7. q. pri. ubi dicitur loco epiſcopi infirmi aliorum uicinorum epiſcoporum auxilium eſſe à ſacerdotibus implorandum.

204 ℭ Sed & his præterea addere poteris quod not. Bar. in d.l. continuus. §. item qui inſulam, in fin. ver. D. de verbo. obliga. ubi inquit, eum qui alteri ſe inſulam ædificaturum promiſſit, ſi in ipſo loco non adſint fabri & operarij, quorum opera & auxilio ad ipſam inſulam ædificandam uti poſſit, teneri illos extra locum requirere, quem ſequitur ibi Areti. in pri. nota. ubi etiam declarat, ſi extra locum eſſent peritiores & meliores, & in ipſo loco minùs periti, non teneri quem peritiores extra locum exiſtentes conducere, & ipſum Bar. ubi ſupra ſequitur etiam Alex. in d. l. ſi ab hoſtibus, quo loco eum in præceden. verſi. citauimus.

205 ℭ AT in contrarium extat alia eiuſdem etiam Bar. doctrina, in l. idemque erit. D. pro Soci. ubi maritum (inquit) licèt teneatur vxori infirmæ medicum adhibere, aliàs ſit in culpa, non teneri tamen mittere extra ciuitatem pro eo requirendo, ſi in ea non adſit copia, trahens etiam hoc ad ad-

uocatos

uocatos & ſimiles, quod & uoluit Ang. in l. hac edictali. §. his illud, col. pri. num.5.C. de ſecun. nupt. & in l.qui luminibus, cir.princi.D. de ſerui. vrba. prædio. vbi iudicem (inquit) non teneri mittere extra ciuitatem, ſi in ea non adſit peritorum copia pro æſtimatione rei facienda.

205 ¶ Ideo pro concordia diſtinguendum eſt, vt prior opinio procedat, ſi locus uicinior non ſit ualde remotus, ſed facilis ſit ad eum acceſſus, & ad quem ſoleant homines loci habitationis frequenter accedere, aliàs autem contrariæ ſit opinioni locus: ita diſtingunt Roma. & Alex. uterque poſt prin. in d.l.iuris ignorantia, & ibi Io.Mari.Rimi.col.2.verſi. ſubdit tamen Bald. Iaſ. col.2. verſi. & dato quòd non adeſſent, & Deci. in ſecun. lectu. col.pen.verſi. & quod dictum eſt.C. qui admit. idem Alex. in l. ſi ſeruum, in fin. prin.D. de verbo.obliga. Aret. in cap. propoſuiſti,col.2.verſi.ſecundò adde, de probatio. Fely. in cap. de quarta, col.9. verſi. dicitur autem probabilis, de præſcript. quod & ante eos ſenſerunt Butr. in cap.2.col.3. & ibi Imo. col.fin. verſ. item quia dictum eſt,de conſtitu. Rapha.Cuma. in l. ſi duo,ante medi.verſ. ibi,l. nepos Proculo,& ibi Roma.col.pri.verſ.no. hanc glo. qui idem dicit, ſi ad locum uicinum prohiberetur acceſſus propter bellum, quia perinde eſſet ac ſi remotus foret, quod & rationem habet.D. de acqui. hæredi. & eſt de mente etiam Bal. in d.l. iuris ignorantia, ibi nam hoc non eſt multùm difficile,& ibi etiam Saly.ante fin. in illis uerbis,ad quem de facili potuit accedere. Ex quibus lector ſatis colligere potes, ſi in loco adſint periti, quos quis conſulere poſſit, & extra locum adſint peritiores,non teneri quem extra ciuitatem uel locum habitationis exire ut illos conſulat, & econtra ſi in ipſo habitationis loco adſint periti ſed infirmi qui conſulere alijs non poſſint, perinde eſſe ac ſi nulli extarent, per nota. per Areti. in d.l. continuus.§. item qui inſulam, in prin. in pri. nota.D. de verbo. obliga. dum allegat d. cap. Pontifices, vij. q. pri.

207 ¶ SED HIC 50. dubitari poteſt, cui onus probandi incumbat copiam uel inopiam peritorum in loco adfuiſſe qui conſuli poſſent nec ne, & certè Andre. Tiraq. in d. tracta retrac. titu.2.§.4. gloſ. 7. in fi. inquit incumbere ei qui dicit copiam adfuiſſe,poſt Saly. & Corn.in d.l. iuris ignorantia.C.qui admit. cuius tamen contrarium ſentit Bar. in proœ. Digeſto. in fi. prin. ubi uelle uidetur, ſi quis unum tantùm medicum adhibuit ad faciendum ſuper uulnere iudicium, ſi poſtea opponatur plures fuiſſe adibendos, teneri illum qui unum adhibuit probare alios non affuiſſe qui adhiberi poſſent,quem refert et ſequitur Alex. in conſ.35. uiſa ſcriptura,cir.fin. lib. pri. rep. in conſ. 179. lib. 2.

208 ¶ Ideo hæ quoque opiniones fœdere ſunt diſtinctionis concordandæ, ut ſi ſimus in ciuitate alioue inſigni loco forum iudiciorum ac merum mixtumque imperium habente, & tunc eo ipſo præſumatur in eo fuiſſe copia, & ſic contrarium alleganti incumbat onus probandi, in alio autem loco uera ſit Tiraq. opinio: ita uidetur probare tex. in cap. ſtatutum,verſ. ſancimus igitur,cum glo. in ver. locis inſignibus, & ibi Docto. de reſcrip. in 6. & ita diſtinguit idem Bar. in l. in bonorum, poſt prin. verſ. dicitur hic.D. de bono. poſſeſ. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir uxorem, quem .§. legit ſimul cum l. ſi mora, cir.medi. verſ. quærit glo. quid ſi maritus, & ibi Alex. qui illum .§. legit ſimul cum princi. d.l. ab hoſtibus, col.3.verſ. & inquantum

Bar. hic.D.ſolut. matri. idem Bar. in l.ſi ſeruum, in fi. prin. & ibi Ang. cir. medi.verſi. idem dicas,& ipſe quoque Alex. ante fin. verſi. & in quantum Bar.D. de verbo. obliga. idem etiam Bar. ſi is eſt. in tracta.de teſti. in ver. lata culpa, col.fina. verſi. dicet aliquis,non ſufficit,iterum idem Bar. in d.l. idemq. erit.D. pro ſoci. vbi tamen id quod dictum eſt de ciuitatibus locisq. inſignioribus, in quibus præſumitur adeſſe copia peritorum, intelligit procedere in procuratoribus, medicis, & aduocatis, ſecus inſtitoribus, quia illi poſſunt ſimul & ſemel uarias hominum vel cauſarum curas habere,hi autem nõ niſi uni negotio intereſſe, & Bar. in locis præallegatis ſequuntur Bal. in d.l. iuris ignorantia, poſt prin. Roma.etiam poſt princi. & Iaſ. col.2.verſi. & quando mulier, & Dec. in ſecun. lectu.col.pen. verſi. & quod dictum eſt.C. qui admit. Parpa. in procem.Digeſto.cir.fin.princi. & ibi Hiero. Cagno. col.11. verſi. vltimò concludit, ſub num.97. Quam etiam Bar. opinionem Raph.Fulgo. in d.l. iuris ignorantia, cir.prin.verſi. in glo. manifeſtum, & ibi Io.Mari. Rimi. col.3. dicunt de iure ueram eſſe, licèt aſſerant attenta conſuetudine multa caſtra merum & mixtum imperium habentia peritorum tamen copiam non habere.

209 ℂ SED ET ALIA non inutilis, & in ordine li. quæſtio, ſuboritur dubitatio, quis locus dicatur uicinus aut multum remotus, vt proinde ſciri poſsit an ad illum facilis ſit acceſſus nec ne, & cùm non reperiam expreſsè hoc in iure determinatum, putem uideri iudicis arbitrio relictum, per regulam l.pri. in fin.D. de iu. deli. & ita iudicis eſſe arbitrarium, quis locus dicatur vicinus aut remotus, tradit Andre.Tiraq.in rep.l.ſi vnquam, in ver.omnia, num.31. incipi. quin & aliàs, col.illius, num.4. verſi. ſimiliterq. cùm tractatur de locorum interuallo.C. de reuo. donatio. vbi plures citat concordan. qui dum allegat gloſ. in cap.filius, voluit allegare in cap.fœlicis.§.præſenti,in ver.vicinarum,vbi etiã Gemi.de pœn. in 6. & dum citat Bal. in cap. cùm inter, cir.med. verſi.quæro à quo loco, abſque titu. mentione, voluit citare in cap. cùm inter, 2.de electio. cui præterea addere potes idem quoque voluiſſe gloſ.in cap.pen. in ver. remotis,de tempo. ordina. in 6. quæ etiam ponit differentiam inter locum ſimpliciter remotum & valde remotum, quam gloſ. poſt antiquos ſequuntur ibi Philip. Franc. col. pen. verſi. in gloſ. in ver.remotis, & Gemi. qui illam legit ſub §.epiſcopo, ante fin. Alex. in l.4.§. ſi tam uicinum.D.de dam.infec. Corn. in conſ.29. in præſenti, col.2. verſi. his tamen non ob. lib.3. & ita in caſu dictarum gloſſarum, quando epiſcopus dicatur eſſe in remotis, à Reuerendo P. Inquiſitore Comi conſulti de iure aliquando reſpondimus.

210 ℂ DECLARA quintò & ultimò principaliter, quæ tibi declaratio loco lij. quæſtionis habeatur, ut conſulere ſufficiat Iuriſperitum tametſi non Doctoratũ, quod probatur ex eo quòd tex. in d.l. regula,in fi.princi. D.de iur. & fac. igno. loquitur de Iuriſperitis conſulendis, & d.l. in bonorum, de bon. poſſeſ. & d.l.2.§.fin.D.quis ordo in bon. poſ.ſer. loquuntur de Iuriſprudentibus, & ita in ſimili conſuluit Alex. in conſ.15. viſo proceſſu inquiſitionis, ante fin. lib. pri. vbi medicos (inquit) ad iudicandum an vulnus ſit mortale nec ne, electos, ſufficere in ea eſſe ante peritos, licèt non Doctoratos, quem ſequitur Iaſ. in l.2. cir. fin.D. quod quiſque iur. & generaliter medici appellatione eum quoque comprehendi qui nõ ſit Doctoratus, voluit Bar. in l.ſciendum, in verſi.dictum.D.de ædili. edic.

vbi

vbi ex hoc infert conſtitutionem epiſcopi prohibentem aliquem monaſteria monialium ſub excommnicationis pœna ingredi præter medicos, comprehendere etiam medicos non Doctoratos,ut ſcilicet & hi ingredien tes pœnam excommunicationis non incurrant, & ibi etiã Ang.in fi.princi. inferens ad officialẽ Reip. promittentem Iuriſtam ſecum ducturũ,ut ſatisfacere dicatur,ſi talẽ conducat quem vulgò Iuriſtã appellant,licèt non ſit Doctoratus,& ſequuntur Io.de Ana.in rub.de magi.col.2.Fely.in cap.propoſuiſti,in fin.ver.de probatio.& Iaſ. in d.l.2.in fin. ver. D. quod quiſq; iur.

211 ℭ Et ſi dicatur in coutrarium uideri facere dictum Saly. in l.fina. col. 2. ver. quintò an Poteſtas.C. de pœn.iud. qui mal.iudi. ubi inquit quòd licet Prætor (quem ipſe Poteſtatem appellat) ignarus in iure errans non excuſetur, quanuis id de conſilio aſſeſſoris fecerit, excuſatur tamen ſi aſſeſſor ille inſtrumentum Doctoratus in generali ſtudio confectum habebat, quẽ ſequitur Deci. in l. iuris ignorantia, in ſecun. lectu. col. 2. verſ. & ſubijcit Bal. hic. C. qui admit. & in conſ. 8. uiſo puncto,col.2. ver. nam licèt regulariter, & iterum col.pen. verſ. non ob. huic concluſioni, ubi id declarat, reſpondebo id tamen in caſu noſtro non obſtare, quia nos loquimur in eo qui uerè peritus ſit, & artem laudabiliter exerceat,quo caſu & Saly. ubi ſupra nobiſcum conuenit, cùm ſubdat, idem ſi fuerat priùs publicè exercitatus in ſimilibus officijs, in quibus ſe peritũ docuit, & eum ſequuntur Alex. in conſ.65. habita ſuper contentis, col.2.ver. & fortiùs dixit, lib. pri. rep. in conſ.41. lib.2. & in l.2. col.fina. ver. ſubdebat Saly. & ibi Iaſ.col. etiam fin.ver. ſecundò & ſingulariùs, & Deci. ante fin. D. quod quiſque iur. fatemur tamen in publicè Doctorato maiorem ſcientiæ præſumptionem inſurgere, ut & Deci. dicit in loco proximè allegato,unde ei ſimpliciter crederetur, alteri uerò non utique niſi modo quo ſupra diximus, & ita tenendum eſt, quanquam ſciamus in utroque Saly. dicto reclamare Io. Mari. Rimi. ſubdubium tamen,in d.l.2. cir.fin. quoniam cuilibet credendum eſt in arte ſua,ut inquit Deci. ubi ſupra proximè & nos quoque dicemus infra num. ab hinc 5. incipi. ſed licet. Quæ Rimi. opinio ex dictis Deci. ubi ſupra, ſaluari poteſt in Doctorato cum parua cauſæ cognitione, in quo conſideranda eſſet eius fama, quam etiam famam in non Doctorato & multò magis ſpectandam opinamur.

212 ℭ QVINTA ſit principalis concluſio uicina præcedenti,quæ nobis liij. cõſtituit quæſtionem,iuris ignorantiam & bonam fidem probari, cùm quis actum publicè fecit, à quo poſtea deſtitit, cùm à perito notitiam habuit iure fieri non poſſe, ſecundùm Bar. in l.2. col.fina. verſ. quæro qualiter.D. de confeſ. per tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu.§. pri. & eſt in fi. d. §. iuncta tamen gloſ. in ver. ſi error. D. ad l. Iuli. de adul. ſequitur Imo. in cap.2.col.pen. in fi.ver. & qualiter poſſit,& iterum ver. qualiter autem, de conſtitu. & ſentit etiam Caro. Rui. in conſ. 91. circa ea, col.2. verſ. & ubi etiam, lib.5. dum inquit, licèt iuris errorem probari oporteat, ſatis tamen probari ex eo quòd quis actum publicè & prætore authore celebrauit, per nota. per Bar. in l. frater à fratre,char. ulti. verſ. tertiò quæro.D.de condi. inde. ſuper quo uidebis quæ dicemus infra in gloſ. decima, in ver. cum ipſo marito, num.10. incipi. non omitto etiam.

213 ℭ SEXTA & vltima firmari poſſe concluſio uidetur, ex qua liiij. oritur

tur quæſtio, bonam quoque fidem ex iuris ignorantia cauſatam probari, quando quis à fidedignis perſonis audiuiſſet actum quem nulliter fecit, ſic fieri potuiſſe, per nota. per Andre. Tiraq. in tracta. de pœn. cau. 51. num. 27. cum mult. ſequen. Ad quod præterea facit, quòd licèt realē uolens ſeruitutē præſcribere, in dubio in mala eſſe fide præſumatur, cùm quælibet res libera cenſeatur, per tex. in l. altius, & in l. ſi tibi, & ibi Docto. C. de ſerui. & aqua, fallit tamen ſi à fidedignis audiuit illam rem ſibi ſeruitutem debere, ſecundùm Cyn. in l. pri. in iiij. quæſtio. & ibi Bal. col. 4. verſ. quæro ulteriùs, & Saly. cir. fin. C. eo. titu. de ſerui. & aqua. Anto. Butri. in cap. ſi diligenti, col. 3. verſ. ſed ſecundùm eum, & ibi Imo. col. etiam 3. verſ. ſi autē agatur de præſcriptione ſeruitutis, extra de præſcrip. Abb. in cap. cura, col. fina. cir. medi. extra de iu. patro. in conſ. 102. in cauſa quæ uertitur, col. pri. verſ. & in caſu noſtro, lib. pri. iterum Imo. in cap. fina. col. 4. verſi. & hæc uera quando agitur, extra de præſcrip. Alex. in conſ. 69. circa primum dubium, col. 2. in princi. verſ. & ipſa bona fides, lib. 5. Fran. Areti. in conſ. 102. in cauſa & quæſtione, col. pen. verſ. ad prædicta facit, & in conſ. 154. conſultatio prædicta, col. 2. verſ. præterea conſuetudo, de quo etiā uidebis Bar. in l. pri. §. pri. col. 2. verſ. dico ergo quòd aliter. D. de iti. actuq; priua.

214 ℂ Ad idem facit, quòd licèt emens rem ab aliquo eam alterius nomine uendente, in mala eſſe fide dicatur, niſi faciat ſibi mandatum oſtendi. l. fin. & ibi Bar. D. pro empto. idem Bar. in l. cum uir, col. fin. verſ. præterea hic. D. de uſuca. Alex. in l. qui in aliena, col. 3. verſ. plus dicit etiam Bar. D. de acqui. hæredi. Soci. in conſ. 254. uiſis & conſideratis, col. 2. verſ. ad hoc enim ut ſolenniter, lib. 2. in conſ. 80. in quæſtione quæ uertitur, col. 2. verſ. præterea uenditio, lib. 3. ſuper quo tamen uidebis Ang. in d. l. cùm uir, col. pri. cir. fin. verſ. quartum & ultimum, & ibi Imo. col. fin. verſ. item adde. D. de uſuca. ubi intereſſe putant, an quiſpiam emat ab aliquo tanquam alterius negotiorum geſtore, an uerò tanquam procuratore, ut priore caſu tanquam malæ fidei poſſeſſor non præſcribat, poſteriore ſecus, quos ſequitur Balb. in tracta. præſcrip. parte ſecun. tertiæ partis principalis, quæſtio. pri. num. 4. & 5. quod etiam de procuratore tetigit Soci. in conſ. 11. in cauſa, col. fina. verſ. & ad hoc optimè, lib. 3.

215 ℂ Tamen fallit ſi à perſona fidedigna, & cui credere debebat, dici audiuit ipſum uenditorem à domino ad uendendum mandatum habuiſſe, ſecundum etiam Bar. in l. qui fundum. §. procurator. D. pro empto. & in d. l. fina. D. eod. ubi & alij ſequi uidentur, quod & uoluere Bal. in l. pri. col. pri. verſ. ſed pone aliquis, & ibi Saly. in fi. C. de reb. alie. non alie. Alex. in conſ. pri. ponderatis his, col. pen. verſ. circa ſecundum, lib. 4. in conſ. 191. perſpecto inſtrumento, col. 2. verſ. nec obſtat longitudo, lib. 6. dum allegat Bar. & Bal. ubi ſupra, & iterum idem Alex. in conſ. 97. uiſo proceſſu, in fi. lib. 7. dum etiam allegat Bal. ubi ſupra, Fely. in cap. de quarta, col. 8. verſ. unde dicit Bar. extra de præſcrip. in cap. ſi diligenti, col. 3. verſ. modos autem probandi, eod. titu. de præſcrip. in cap. ſicut, col. 17. verſ. ſextò aduerte, de re iudi. Corn. in conſ. 275. quanquam, col. 2. verſ. tamen his non ob. lib. 3. Dec. in conſ. 36. & pro tenui, col. 4. verſ. non ob. quòd mandatum, Goza. in conſ. 11. in hac cauſa, col. 3. verſ. quinto adduco, dum allegat Bal. ubi ſupra, Marſi. in l. ſi quis ne quæſtio, col. 19. verſ. ulteriùs, ſub num. 103. D. de quæſtio. Curti. iun. in tracta. feudo. quæſtio. pri. col. 3. Nico. Boe. deci. 281. uenditio, col. pen. verſ. non obſtat. quòd mandatum.

216 ℂ Sed licèt iſta aures demulcere uideantur, ex his tamen ad caſum noſtrum non rectè inferri poſſe arbitramur, quoniam præallegata loquuntur quando tractatur de his quæ ſunt facti, ſed ſecus opinamur ubi agitur de his quæ ſunt iuris, quia cuique in arte ſua creditur non etiam extra artem; ut latè per Specu. in titu. de probatio. §. fina. col. antep. verſi. hoc quoq; notandum eſt, ubi dum allegat l. ſi pactum. D. de ſolutio. uoluit allegare in l. ſi pater. D. eod. titu. & ultra per eum adducta, hoc idem probat tex. in l. ſeptimo menſe. D. de ſta. homi. in l. antiqui. D. ſi pars hæredi. peta. in l. pri. cir. fin. D. de ven. inſpi. in l. Cicero. D. de pœn. in l. Fulcinius. §. quid ſit. D. ex qui. cau. in poſſeſ. ea. in l. pri. D. de contra. emptio. in. §. item pretium, inſti. eod. titu. de empti. & uendi. & not. Abb. in cap. propoſuiſti, col. pri. verſ. ultimò iſte tex. & ibi alij etiam Docto. extra de proba. Bar. & alij in l. Gallus, in prin. ubi Iaſ. in pri. lectu. col. 15. verſ. quarta & ultima eſt opi. & in ſecun. cir. fin. qui hanc Bar. opinionem communiorem eſſe aſſerit, & Aquen. in fin. D. de lib. & poſthu. Andre. Alcia. in l. qui mortui. D. de verbo. ſignifi.

217 ℂ Quæ noſtra ſententia ſatis confirmatur ex nota. per Inno. in cap. cura, ſtatim poſt prin. de iu. patro. ubi dum quærit rationem illius tex. quare ibi clerici errantes præſcribant, reſpondet quia non errabant in iure ſed in facto, credentes epiſcopi conſenſum interceſſiſſe, quoniam fortè ita à fidedignis perſonis audiuerant, quaſi uelit dicere Inno. ſecus eſſe, ſi clerici in iure erraſſent, tametſi à fidedignis id perſonis audiuiſſent, & ipſum Inno. ibi ſequuntur Anto. Butri. col. 3. verſ. aliam ſolutionem, & Abb. col. fin. verſ. quarta ſolutio, extra glo. de iu. patro. Et ex his quæ ſupra in fortioribus terminis diximus ſub num. 193. incipi. declara tamen primò, non excuſari ſcilicet eum qui Doctorem quidem ſed ignarum conſuluerit.

218 ℂ RESTAT etiam ſuper hac fructuum acquiſitione utilis & quotidiana quæſtio in ordine lv. diſcutienda, an eo caſu quo quis in bona eſſe fide dicitur, & proinde ſuos facit fructus, ſecundùm ea quæ ſupra diximus, an nihilominus ad eorum reſtitutionem teneatur quatenus factus fuerit locupletior, qui articulus an bonæ fidei poſſeſſor teneatur reſtituere fructus quatenus locupletatus fuit, adeò inter Doctores controuerſus eſt, ut tempore Bar. communis fuerit opinio non teneri quantũ ſcilicet ad induſtriales, ipſo ſic Bar. atteſtante in l. ex diuerſo, in princi. col. pen. verſ. Petrus reſpondit. D. de rei uendica. poſtea autem adeò hincinde fuerunt opiniones; ut Imo. in cap. grauis, col. pri. verſ. in ead. glo. ibi & non conſumptos, & iterum col. 2. num. 12. extra de reſtitu. ſpolia. Alex. in l. 3. col. fina. num. 3. C. de his quæ ui met. ue cau. geſ. ſunt, in l. Neſennius. §. fundum, col. etiam fina. verſ. in ea. gloſ. ibi, quia poſt lit. conte. D. de re iudi. & Curti. iuni. in conſ. 71. Princeps defunctus, col. 11. verſ. quia ad iſta omnia, aſſeruerint contra Bar. communem eſſe opinionem, qui contra glo. & antiquos exiſtimauit immò teneri reſtituere.

219 ℂ Sed huius rei diuerſum, immò ſcilicet Bart. opinionem eſſe communem, atteſtati ſunt Alex. ſibiipſi inconſtans in l. in inſulam. §. fructus, cir. fin. D. ſolu. matri. in l. mulier. §. cùm proponeretur, cir. fin. D. ad S. C. Trebellia. Rui. in conſ. 24. ſuper his, in fi. lib. pri. in conſ. 204. pulchra eſt, col. fin. verſi. nec obſt. quod no. Bar. eod. lib. pri. ubi tamen hoc in poſte-

riori

riori loco in id citat Bald. in l.2.C. de fruc. & lit. expen. qui id non dicit, idem Rui. in conſ.29. quia teſtator, col. fin. verſ. circa aliud, lib.2. Andre. Alcia. in l. ſi me & Titium, col.pri. cir. fi. ſub num.6.D. ſi cer. peta. Soci. iuni. in conſ. vlti. pro reſolutione, col. 3. verſ. & iſta concluſio, lib. pri. unde Corn. in conſ.301. circa primum, col. pen. verſ. bonæ fidei autem, lib. pri. neutram audet opinionem firmare, quanuis Soci. iuni. ubi ſupra, aſſerat eum in posteriorẽ partem inclinare, eò quia dicat maximã eſſe Bart. authoritatem: ſed in hoc nos à Soci. iuni. diſſentimus, tum quia expreſsè dicit Corn. pro nunc ſe id non firmare, unde in claris opus non eſt coniecturis.l. continuus.§.cùm ita.D. de verbo. obliga. tum quia ubi dici poſſet eum in aliquam partem inclinare, nobis tamen potiùs uideretur in contraria eſſe ſententia, ex quo ſtatim plures alios citat contra Bar. tenentes, cùm in dubio poſteriorem quis opinionem ſequi præſumatur, ſecundùm doctri. Iaſo. & Clau. Aquen. in l. ſi idem cum eodem. §. fin.D. de iuris. omni. iudi. Sed nos in tanta Doctorum controuerſia infraſcriptos caſus diſtinguimus.

220 ℂ PRIMVS eſt caſus, qui nobis lvj. affert quæſtionem, quando elapſo quis triennio ipſos fructus poſſedit, & tunc dicimus illum ad eorum reſtitutionem non teneri, etiam ſi factus ſit lucupletior, eò quia fructus, ſiue naturales ſiue induſtriales ſint, tali tempore præſcribuntur exẽplo aliarum quoque rerum mobilium, glo. eſt in l. ſequitur.§. fructus, in ver. non fuerint, cir.fin. & ibi Bar. etiam cir.fin.verſ.uel dic & no. & poſt eum Ang. Caſtr. Imo. & Roma.D. de vſuca. Iterum Roma. in conſ.149. concluſionem primam, col. pri. verſ. ſecundam uerò, cum infini. concordan. per Andre. Tiraq. adductis in tracta.retrac.titu.pri.§.15.glo.2.num.17. incipi. ſed & illud, ubi dum allegat Barb. in conſ.80. col. 8. verſ. & ſi quiſpiam, eſt in col.11. eod. verſ. lib.3. & ultra per eum allegata addo idem quoque uoluiſſe Bal. in l. fin. col. 7. verſ. 12. opp. C. de edic. Diui Adri. tol. dum citat d.§. fructus, Saly. in l. eos, in fin.ver. & ibi Caſtren.cir.fin. C. de uſur. eundem Saly. in l. certum, col.pri. verſ. ſed unum attende.C. de rei uendi. Ang. Areti. in .§. ſi quis à non domino, col.3.verſ. vnum attende & no. inſti. de rer.diui. in.§.pri. col.2. verſ.in ea. ibi qui ſunt conſumpti, inſti. de offi. iudi. Soci. in conſ.82. in cauſa uertente, col.10. verſ.quintò uenit, lib. 4. Fely. in cap. de quarta, col. 10. verſ. & ſcias quòd ſi quis, de præſcrip. Iaſo. in conſ.82. puto, col.2. verſ. prima eſt, lib.2. Rui. in conſ.204. pulchra eſt, col.fin. verſ. nec obſt. quod no. Bar. lib. pri. Soci. iun. in d. conſ. vlti. col.2. num.9. ubi communem hanc dicit opinionem, lib. pri. Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opini.3. regu.25. limita.6.

221 ℂ DECLARA tamen primò, quod tibi ſit loco lvij. quæſtionis, hanc concluſionem procedere interueniente bona fide, titulo, & poſſeſſione, ſecundùm Soci. in conſ. 251. quoniam in præſenti, col. fin. verſi. ad quod reſpondetur, lib.2. in d. conſ.82. col.11. verſ. tertiò reſpondeo, lib. 4. Curti. ſeni. in d. conſ.71. col. pen. verſ. & poſito, Soci. iun. in d. conſ. ulti. col.3. verſ. demum non ob. lib. pri. & uidetur ſequi etiam Andre. Tiraq. quo loco eum ſupra in præce. verſ. citauimus, dum allegat Soci. in d. conſ.251. & de bona fide uoluerunt etiam ſum. Ang. in ver. præſcriptio, col.5. in prin. verſ. dico tamen, Barb. in d. conſ.80. loco prealle. lib. 3. & de bona fide & titulo, Fely. in cap. de quarta, col. 10. verſi. & ſcias

quòd ſi quis, de præſcrip. & ſentit etiam Abb. in cap. ſi diligenti, col.5. in fi.verſ. & intellige de acquiſitione fructuum,eo.titu. de præſcrip. Quorum & nos opinionem ſequimur, quanquam contrarium, quantùm ad bonam fidem, uoluiſſe uideatur Aymo Crauet. in quæſtione incipi. diuino ſubſidio ex corde poſtulato in auditorio conſilij, poſita poſt tracta.de anti.tem po. ſub num. 52. dum loquens de hoc ſtaturo, quod nos inrerpretamur, inquit, contrahenrem cum muliere quæ ſtatuti ſolennitatem adhibuir quidem ſed minùs legirimè,non eſſe in mala fide,maximè quo ad præſcribendos fructus, quia in fructibus iuris error non nocet, allegando glo. in l. ſi fur.§.pri.D. de uſuca. Sed fallitur Crauet. (quod pace tanti uiri præceptoris noſtri dixerimus) quatenus loquitur de præſcribendis fructibus, quia illa glo. in d. §. pri. loquitur de fructuum acquiſitione, at ſecus eſt in præſcriptione: eſt enim uera & communis concluſio, errorem iuris, licèt non impediar fructuum acquiſitionem, ut diximus ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. xxxvij. num. 120. incipi. ſed nos uideamus ſcilicet eam quæ fit ratione culturæ & curæ, ſecundùm ea quæ aſſeremus infra hac eadem glo. num. 234.incip. uerùm cõtrariam, impedire tamen præſcriptionem, ut dicemus infra hac etiam glo.quæſtio.lxxv.nũ.274.incipi.quarta & ultima ſit concluſio, & ideo cùm Doctores in locis ſupra allegatis, in uolente uſucapere fructus triennio,requirant bonam fidem,conſequens eſt,ut errans in iure non poſſit præſcribere, cùm error iuris, ut diximus, præſcriptionem impediat, quoniam errans in iure, quo ad uſucapionem, cenſetur malam fidem habere, ſeu ſaltem non dicitur eſſe in bona fide, quæ eſt neceſſaria ad præſcriprionem, vt tradunt Bart. & alij in l.ſed & ſi lege.§. ſcire D. de peti. hæredi. vbi differentiæ rationem aſsignant inter vſucapionem ſiue preſcriptionem & fructuum acquiſitionem: & quòd hoc procedat etiam in fructibus, vt licèt errans in iure eos ſaciat ſuos, vt iam dictum eſt, non poſſit tamen eos præſcribere, expreſsiùs dicemus infra hac eadem gloſ. nu.226. incipi. declara tertiò: more tamen Caſsij arbitramur, Crauet. vbi ſupra, nõ de præſcriptione fructuum ſed de eorum acquiſitione loqui voluiſſe, dum allegat gloſ. in d. l. ſi fur.§. pri. quæ ſic loquirur per doctri. Bart. in l. non ſolùm.§. ſi liberationis, col.2.D. de libe.lega.

222 ℭ QVID autem, & lviij. ſi titulus ſit generalis pro ſuo, an ſufficiat? ſuper quo videbis Bald. in l.pri. cir. fin.verſi. & not. quòd eſt priuilegium. C. de vſur. & fructi. lega. Roma. in d.conſ.149. poſt prin. Soci. in d.conſ. 251. col.fin. verſi.nec obſtat ſi dicatur,lib.2. Firmia.in ſuo vbetri.reperto. in ver. præſcriptio quomodo cauſatur, verſi. 19. Curt. ſeni. in d. conſ.71. quo loco eum in præce. verſi. citauimus, Balb. in tracta. præſcript. parte quarta quartæ partis principalis, quæſtio.xxxv.num.4. Soci. iun. in d.conſ. vltimo, col.2. verſi. nec videtur obſtare, iuncta col.4. verſi. nec ob. doctri. Bald. lib.pri.

223 ℭ QVID item, & lix. ſi titulus ad non titulum reducatur? comperies apud Roma. in conſ.254. in re præſenti, col.fin. verſi. ad quod reſpondetur, lib.2. Curt.ſen. in d. conſ.71. col.10. cir.fin. verſi.& ex his etiam manifeſtè, Fely.in cap. de quarta, col.10. verſi. item quando titulus, extra de præſcript. & Anto.Nat. in conſ.535. quoniam adhuc, col.pen.lib.3.

224 ℭ DECLARA ſecundò principaliter, quæ declaratio ſit loco lx.

quæſtionis, concluſionem procedere in fructibus extantibus non etiam in conſumptis, vt in primis ſenſit Imo. in d.l. ſequitur. §. fructus, in verſi. & not. etiam. D. de vſuca. dum inquit fructus præſcribi quando quis eos per triennium tenuit, & Ang. Aret. in §. ſi quis à non domino, col.2. verſi. ſi autem ſunt induſtriales, inſti. de rer. diuiſi. dum dicit illam glo. in d.§. fructus, procedere in extantibus, & clariùs Soci. in d. conſ.251. in fin. lib. 2. & in d.conſ.82. col.11. verſi. tertiò reſpondeo, lib.4. Curt. ſeni. in d.conſ. 71. col.5. verſi. ſexta concluſio, Philip. Deci. in l. ſi me & Titium, col. pri. cir. med. D. ſi cer. peta. Ruin. in conſ.204. pulchra eſt, col. fina. verſi. nec obſt. quod no. Bar. lib. pri. vbi inquit, aſſerentem ſe triennio fructus præſcripſiſſe, probare debere ſe tanto tempore eos retinuiſſe, ex quo ſe in tẽpore fundat, per doctrinam Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori. D. de no. oper. nuntia. ad quod etiam vide quæ in ſimili dicemus infra hac eadem gloſ. num. 243. incipi. ex his vides: eandem opinionẽ tenuit Andr. Tiraq. in d. trac. retrac. titu. pri. §. 15. in glo.2. num.17. inci. ſed & illud.

225 ℭ Et licèt reclamet Caſtren. in d. l. ſequitur. §. fructus. D. de vſuca. & in l. eos, cir. fin. C. de vſur. vbi in id allegat Bart. in d. §. fructus, qui tamen hoc non dicit, quia loquitur in extantibus, dum formaliter cir. fin. inquit, & no. omnes leges quæ dicunt quòd bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus exiſtentes, intelliguntur niſi per triennium eos poſſederit: in qua etiam Caſtren. ſententia fuit Alcia. in d. l. ſi me & Titium, col. pri. cir. fin. verſi. pone lapſum eſſe. D. ſi cer. peta. vbi inquit eandem quoque opinionem pleroſq. ibi recen. ſequi, de quo etiam per Balb. in tracta. præſcript. parte quarta quartæ partis principalis, quæſtio. xxxv. col.2. & 3. & Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opini. 3. reg. 25. in 6. limita. nos tamen priorem opinionem veriorem arbitramur, quoniam certum eſt ſine poſſeſsione vſucapionem non procedere l. ſine poſſeſsione. D. de vſuca. cap. ſine poſſeſsione, de reg. iur. in 6. vnde ſi quis fructus ſaltem iam per triennium non poſſedit, non videmus quomodo eos præſcribere poſsit, vti etiam nouiſſimè ponderamus fuiſſe de mente Bart. in d. §. fructus, cir. fin. dum loquitur eo modo quo ſupra proximè retulimus: Ad argumentum autem, quo Caſtren. vtitur, reſponde vt per Deci. in d. l. ſi me & Titium.

226 ℭ DECLARA tertiò, loco lxi. quæſtionis, eandem concluſionem non procedere in errante in iure, vti eſt in caſu noſtro, de quo principaliter tractamus, quoniã palàm eſt in iure errantem non uſucapere aut præſcribere, vt dicemus infra hac eadem gloſ. queſtio. lxxv. num. 274. incipi. quarta & ultima, & ita hanc concluſionem expreſſim limitauit Soci. iun. in d. conſ. vlti. col. 3. verſi. demum non ob. quod de vſucapione, lib. pri. quod & ante eum voluit Abb. ab eo non commemoratus, in cap. ſi diligenti, col. 5. in fin. verſi. & intellige de acquiſitione fructuum, de præſcript.

227 ℭ DECLARA quartò pro lxij. quæſtione, concluſioni locum eſſe non ſolùm ſi lapſum ſit trienniũ, ſed etiã ſi nundum lapſum ſit, finita tamen fuerit præſcriptio eius rei ex qua fructus percepti ſunt, tex. eſt in l. eos, in in prin. & ibi not. Bal. Saly. & Caſtren. C. de vſur. & ita declarando gloſ. in d. §. fructus, tradunt idem Saly. in l. pri. col. pri. verſi. & attende. C. de fruc. & lit. expen. Caſtr. in d. §. fructus, col. pri. verſi. adde etiam quòd ſi non tanto, & ibi Roma. poſt med. verſi. ſed poteſt dubitari, qui id intelligit

in fructibus à ſolo non ſeparatis, in ſeparatis autem velle videtur ſeparatim quoque eſſe præſcribendos, Franc. Balb. in tracta. præſcrip. in quarta parte quartæ partis principalis, quæſtio.xxxv. num.2.

228 ¶ SECVNDVS eſt caſus principalis lxiij. formans quæſtionem, quando in iudicio vniuerſali ſumus, vt in petitione hæreditatis, & tunc omnes concordant poſſeſſorem teneri ad ipſorum fructuum reſtitutionem, quatenus effectus ſit locupletior, eò quia fructus augent hæreditatem l.2. C.de peti.hæredi. l.item ueniunt.§.fructus,& ibi gloſ.& Docto.D.eo.titu. l. ſed ſi lege.§. conſuluit.D. eo. etiam titu.l.illud, in fin. principij.D. eod. quoque titu.l. non eſt ambiguum, & ibi glo. in ver.augeri, in fin. & Cyn. Bal. in pri.ver. Saly. cir. fin. & Caſtr. cir.medi.C.fami.herci. & tradit Bar. poſt Petr. de Bellaperti. in l. ex diuerſo, in prin. col.pen. verſi. Petrus reſpondit, & ibi Bald. cir. med. verſi. ſed quæro an bonæ fidei, & Ang. col. 2.cir.prin.D.de rei vendica. idem Bar. in l. quod Nerua, col.7.verſi. quinimò fallit.D. depo. iterum Bald. in l. fructus, in pri. lectu. poſt med. verſi. in ea. gloſ. ibi non tenetur.D.de rei vendi. vbi tamen lector ne erres moneo, illam gloſ. quam ibi Bal.declarat, eſſe in l.ſeq. ſcilicet in d.l. ex diuerſo, idem Bal. in l.pri. col.pri. verſi. de conſumptis bona fide.C. de uſu. & fruc. lega. in l.2. col.pri. ſub num.4.C. de fruc.& lit.expen. in cap.grauis, col.2.verſi. & no. quòd lucrum fructuum,& ibi Butri, col.4. verſi.ſi autem quæritur, & Abb. col.3. verſi. ſi uerò ſunt conſumpti, de reſti. ſpolia. iterum Bal. in conſ.213. non video, cir.fin. lib.pri. Ang.in l.ſi fur.§.pri. in fi. C.de uſuca. in l.ſi me & Titium, cir.fin.D.ſi cer. peta. in l.Neſennius.§.pri. in fin.vbi idem dicit in omni alia actione,in qua nemo conueniatur niſi in quantũ factus ſit locupletior,vt in cõdictione indebiti,& ibi per omnia ſequitur Imo. col.fin. verſi. item in induſtrialibus limitat Ang.D. de re iudi. idẽ Imo. ꝑ omnia in d.l. ſequitur.§.fructus,ante fin.& ibi Roma.cir.fin.D. de vſuca. idem quoque Imo.in l. ſi fur.§.pri. cir.med.D. eo.titu. de vſuca. iterũ etiã Roma.in conſ.149. concluſionẽ primã,col.pri. verſi.eoſdẽ autẽ, Cepol. conſ.cau.ciui.25. ex quæſtione prædicta,col.4.verſi. nec obſtat dictum, Curt.ſeni. in d.conſ.71. col.11. verſi. quia ad iſta omnia, Ruin. in conſ.24. ſuper his, cir.fin. lib.pri. Soci.iuni. in d.conſ. vlti. pro reſolutione, col.3. verſi. eſt enim in iure clarum, libr.pri. Balb. in tracta. præſcrip. parte quarta quartæ partis principalis, quæſtio.xxxv. col.pen.& fina. Iaco. Philip.Porti. lib.commu. opini.3. reg.25. limita.pri.& 4.

229 ¶ TERTIVS eſt caſus, ex quo lxiiij. quæſtio oritur, quando in ſingulari quidem iudicio ſumus, ſed de naturalibus fructibus loquimur, in quo etiam articulo Doctores conueniunt, vt licèt eos nec vxor lucretur, quos ex re ſibi à viro dono data percepit, etiam ſi in iure erret, nec quiuis alius bonæ fidei poſſeſſor, vt eſt tex. in l.fructus percipiendo.D.de vſur. & no. Azo in ſum.C. de rei vendi. col.3. verſi. ſciendum eſt igitur, gloſ.in l. bonæ fidei,in ver. ſed omnes,& in ver. penè.D. de acqui.rer.domi. in cap. grauis, in ver. fructus, in fi. & ibi Bal.col.2. verſ. & no. quòd lucrum, qui etiam dicit modicorum tamen fructuum naturalium, puta pomorum in menſa conſumptorum, uel ſtarij unius grandium, habendam non eſſe rationem, & ibi Butri. col.3.verſ. uenio ad tertium,Abb. col.2. & 3. & Imo. col.pri. num.4. extra de reſti. ſpolia.glo. & Docto. in .§. ſi quis à non domino, inſti. de rer.diui. in l.certum.C. de rei vendi. in l. Neſennius.§. fun-

dum.

dum.D. de re iudi. in l. ſequitur.§. fructus. D. de vſuca. Inno. in cap. conſultationibus, poſt prin. & ibi Butri. col.2. verſ. ſecundo caſu, extra de iu. patro. Caſtr. in l. quod uxor, cir.fin. verſ. aut quæritur utrum lucretur fructus .D. de acqui. rer. domi. in l. non eſt ambiguum, in fi. C. fami. herci. Guid. Pap. quæſtio. 468. de fructibus, cir. med. verſ. aut ſunt naturales, Alex. in conſ.20. incipi. repetito, in fi. lib.4. Goza. in conſ.19. dubitatur, in fin.ver. Anto. Nata in conſ. 536. memor ſum, nu.16. lib.3. Iaco.Philip. Porti. lib. commu. opi. 3. regu.25. limita.2.

230 ℭ Tamen id intelligitur ſi extant, ſed ſi non extant non tenetur reſtituere, niſi eos dolo deſierit poſſidere, uel niſi eos in eam rem conſumpſerit, in quam tantundem de ſuo conſumpſiſſet, ita gloſ. in d. l. ex diuerſo, in prin. in gloſ. mag. poſt prin. & ibi Bar. col.3. verſ. in fructibus induſtrialibus. D. de rei uendi. glo. in d. §. ſi quis à non domino, in ver. fructus, & ibi Io. Fab. num.3. Io. de Plat. in pri.ver. & Ang.Areti. num. 3. inſtitu. de rer. diui.glo. in §.pri. in ver. cum fructibus,& ibi etiam Areti.num.3. inſti. de offi.iudi. Inno. in cap. in literis, col.pri. verſ. ſed & ſi electio, extra de reſti.ſpolia. Spe. in titu. de fruc. & inter. §. pri. in prin. Docto. in d. l. Neſennius.§. fundum, ubi Alex.cir.fin. & Iaſ. col.pri. verſ. in fructibus autem naturalibus. D. de re iudi. Saly. in l. certum, col.pri. verſ. quæro igitur. C. de rei uendi. Ang. in l. ſi apes. §. item conſtat, ante fin. verſ. naturales autem.D. de fur. Butri. in d. cap. grauis, col.4. verſ. ſi autem quæritur, & ibi Abb. col.2. in fi. verſ. ſed antequam, & col.ſeq. & Imo. col.2. num.12. de reſtitu. ſpolia. idem Abb. in d. cap. conſultationibus, col.2.verſ. & ſi diceres, de iu. patro. Soci. in conſ.251. quoniam in præſenti, col.fin. verſ. prima concluſio, lib.2. Alcia. in l. ſi me & Titium, col.pri. cir.fin.verſ. bonæ fidei poſſeſſor. D. ſi cer. peta. Quod & ante eos omnes ab eis tamen non commemoratus uoluit Azo quo loco eum ſupra in præceden. verſ. citauimus, ubi etiam eo caſu, quando quis ipſos fructus conſumpſit in eam rem in quam tantundem de ſuo conſumpſiſſet, intereſſe putat inter rei uendicationem & condictionem ſine cauſa.

231 ℭ AN AVTEM prædicta procedant, quod tibi ſit loco lxv. quæſtionis, ſiue quis titulum habeat ſiue non, uidebis Azo.ubi ſupra, gloſ.in d.l.ex diuerſo, in prin. & ibi Bar. col.3. & alios quoque Docto. D. de rei uendi. glo. in l. fructus percipiendo, in ver. bonæ fidei. D. de uſur. & in d. §. ſi quis à non domino, in ver. fructus, & Chriſto. Porti. col. 2. verſ. in ea. glo. in fi. & ibi Iaſ. in illius additio. & Ang. Areti. col.2. inſti. de rer. diui. Saly. in l. certum, col. pri. verſ. quæro igitur. C. de rei uendi. Butri. in d. cap. grauis, col.3. verſ. uenio ad tertium, & ibi Abb. col.2. verſ. poſſeſſor bonæ fidei, qui dicit communem hodie eſſe opinionem, bonæ fidei poſſeſſorem ipſos naturales fructus lucrari, ſi titulum habeat, Imo. in d.l. Neſennius. §.pri. col.2. verſ. aduerte tamen, & ibi Iaſ. cir. med. ſub num.5. in fi.D. de re iudi. iterum Ang. Are. in .§.pri. nu.3. inſti. de offi. iudi. Curti. ſeni. in d. conſ. 71. Princeps, col. 5. verſ. quinta concluſio, Iaco. Philip. Porti.lib.commu.opi.3.reg.25.limita.quinta: qui autē dicantur fructus naturales, dicemus infra hac eadē glo.in lxx.quæſtio.ſub nu.249. & mult.ſeq.

232 ℭ QVARTVS & ultimus eſt caſus principalis, qui lxvi. affert quæſtionem, quando in iudicio quidem ſingulari ſumus, ſed de fructibus agitur

induſtrialibus,& tunc inprimis allegatur Inno.in cap.in literis,col.pri. poſt prin. de reſtitu.ſpolia. uelle poſſeſſorem illos teneri reſtituere condictione ſine cauſa, quatenus factus eſt locupletior, ex æquitate. l. ſi me & Titium. D. ſi cer. peta. qui tamen aliter loquitur, ut infra dicemus: ſed ueriùs hoc uoluerunt Bar. in d. l. ex diuerſo, in prin. col. pen. verſ. ſi uerò ſunt conſumpti, ubi tamen inquit ſe id dicere gratia collationis & inueſtigandæ ueritatis, & ibi ſequitur Ang. col. pri. cir. fin. verſ. ego ſemper fui iſtius opinionis. D. de rei uendi. Cyn. in l. certum, & ibi Caſtren.cir.fin. C.eo.titu. de rei uendi. Bal. in l. ancillæ, col. pen. verſ. item dubitatur cùm bonæ fidei poſſeſſor.C. de fur. Albe. in l. fructus. D. de rei uendi. iterum Ang. in conſ. 133. ſuper primo puncto dico, col. 2. verſ. ſi autem non fuiſſet, in conſ. 160. cuius caſus incip. D. Catharina, conſ. autem pro deciſione, cir.fin. in l. item ueniunt. §. fructus, poſt prin. verſ. ſequitur in gloſ. D. de peti. hæredi. in l. illud. §. predo, in fi. D. eod. titu. in l. ſed & ſi lege. §. quod autem, cir. prin. D. eod. etiam titu. in l. ſi me & Titium, cir.fin. D. ſi cer. peta. ſi rectè inſpiciatur, maximè cùm ſe referat ad dicta per eum in d. l. ex diuerſo, licèt enim limitare uideatur dictum Inno. in d. cap. in literis, ut ſolùm procedat in conuento petitione hæreditatis & ſimilibus actionibus, aliàs ſecus, quoniam bonæ fidei poſſeſſor ipſos fructus lucratur ratione culturæ, tamen ſtatim ſubdit, ſaltem quantùm patitur ratio culturæ, ut dicit eſſe de mente gloſ. mag. in d. l. ex diuerſo, & ſe ibi dixiſſe, nam ex his verbis ſentire uidetur ſecus, quatenus quis fuerit locupletatus, uti clariùs uoluit in d. l. ex diuerſo,& ibi in d. l. ſi me & Titium, ſequi uidetur Alex. in fi. & clariùs Iaſ. poſt prin. & Alcia. col.pri. cir.fin. verſ. bonæ fidei poſſeſſor. D. ſi cer. peta. Caſtr. in l. eos, cir.fin.C. de uſur. in l. ſequitur. §. fructus, poſt prin. verſ. & ſi defunctus. D. de uſuca. in l. domos, aliàs domus hæreditarias, col.pri. cir.fin. verſ. ſed opp. quòd etiam. D. de leg. pri. in l. ſi fundum, cir.med. verſ. in tex. ibi mala fide. C. de rei uendica. in l. inſulam. §. fructus, cir.med. & ibi Alex. cir.fin. verſ. ſed Bar. hic. D. ſolu.matri. Imo. ſubdubius tamen, in l. Neſennius. §. pri. ante fin. verſ. item in induſtrialibus. D. de re iudi. dum inquit Bar. opinionem magnum in ſe colorem habere, ſubdens tamen ſe pro nunc id non firmare, Abb. in cap. grauis, col. 3. verſ. ſi uerò ſunt conſumpti, de reſti. ſpolia. iterum Alex. in l. 3. col. fin. num. 8. C. de his quæ ui metuſue cau. ges. ſunt, in l. mulier. §. cùm proponeretur, cir.fin. D. ad S.C. Trebel. in conſ. 73. uiſo themate ſuprascripto, col. 2. verſ. præterea non ſequitur, lib. 2. in conſ. 20. incipi. repetito, col.fin. ante fin. verſ. præterea & fortiùs, ubi tamen ſubdubitare uidetur, lib. 4. Corn. in conſ. 301. circa primum, col. fina. verſ. bonæ fidei autem, lib. pri. uti in hanc partem inclinare allegatur à Soci. iuni. in d. conſ. vlt. col. 3. lib. pri. ſed qui nobis aliter ſentire uidetur, ut diximus ſupra nu. 219. incipi. ſed huius rei diuerſum, Iaſ. in conſ. 84. puto quòd quemadmodum, col. 2. verſ. & licèt bonæ fidei poſſeſſor, lib. pri. Soci. in conſ. 251. quoniam in præſenti, col. fina. verſ. ſecunda concluſio, lib. 2. Rui. in conſ. 24. ſuper his, in fi. lib. pri. in conſ. 29. quia teſtator, col. fin. verſ. circa aliud de quo quæritur, lib. 2. ubi id intelligit procedere quando contra poſſeſſorem reali actione agi poteſt, ita inquiens loqui Bar. & alios, Anto. Nata in conſ. 536. memor ſum, ſub nu. 16. vol. 3. Chaſſa in conſ. 21. nu. 13. & 14.

233 ¶ Et ſpecialiùs in errante in iure, de quo nos principaliter loquimur, uoluiſſe uidetur glo. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire, in ver. non puto, in ſecun. ſolu-

ſolutio. ſi rectè inſpiciatur, licèt loqui uideatur in petitione hæreditatis, & ita ſimpliciter eam intelligere uidentur & ſequuntur Bar. ibi in pri. & ſecun. oppo. & Bal. in illis uerbis, item ueniunt reſtituendi, & Fulgo. qui illam legem legit ſimul cum l. at ubi, cir. med. d. §. ſcire, verſ. ibi locupletior, & Caſt. qui illum. §. ſcire, legit ſimul cum. §. quod autem, cir. fin. D. de peti. hæredi. iterum idem Bar. in. §. præcenden. d. §. ſcire, incipi. de eo autem, in ſecun. oppo. dum ſe remittit ad dicta per eum in d. §. ſcire, iterum Bar. in l. ſi ſur. §. pri. cir. fin. D. de uſuca. Alex. in d. conſ. 20. in fin. ver. lib. 4. in conſ. 119. uiſo themate, cir. fin. eod. lib. 4. Rui. in conſ. 204. pulchra eſt, col. fina. verſ. ſupereſt nunc, iuncto verſ. præterea licèt eſſent, lib. pri. Soci. iuni. in conſ. 81. in cauſa, col. 2. verſ. addidi tamen, lib. pri. ubi inquit, quòd licet in ſimplici bonæ fidei poſſeſſore res dubitationem habeat propter authoritatem antiquorum tenentium contra Bar. tamen in errante in iure non eſt dubitandum, allegat nota in d. §. ſcire, & Bal. in l. pro oneribus. C. de iu. doti. & Fely. in cap. de quarta, col. 11. ſed uerius eſt col. 10. verſ. ſecunda reſtrictio, de præſcrip. quæ tamen diſtinctio inter ſimplicem bonæ fidei poſſeſſorem & errantem in iure uera non eſt, quoniam errans in iure quantùm ad fructus nihil differt à bonæ fidei poſſeſſore, ut not. Docto. in d. §. ſcire, & diximus ſupra num. 221. incipi. declara tamen primò: & ideo Fely. ubi ſupra, quem citat Soci. expreſsè dicit quæſtionem hanc, an errans in iure teneatur ad reſtitutionem fructuum, quatenus locuplex factus eſt, dependere ex eo dubio, an bonæ fidei poſſeſſor teneatur reſtituere fructus ſi ex eis locupletatus eſt, quo in articulo Fely. ipſe diſtinguere uidetur, prout referemus infra num. 239. incipi. aliter etiam. Eandem concluſionem, errantem in iure debere reſtituere fructus quatenus fuit locupletior factus, tenet idem Soci. iuni. in d. conſ. vlti. col. 3. verſ. ueruntamen, & ſeq. lib. pri.

234 ¶ Verùm contrariam opinionem, bonæ ſcilicet fidei poſſeſſorem ſingulari iudicio conuentum, non teneri fructus induſtriales, etiam quatenus factus fuerit locupletior, reſtituere, in primis ſenſit Azo. in ſum. C. de rei vendi. col. antep. verſi. de conſumptis, dum inquit nullo eum modo teneri fortè nec ad prætium, & glo. quæ ab ipſo id Azo accepit in. §. ſi quis à non domino, in ver. fructus, & in ver. non poteſt, & ibi expreſsiùs Io. Fab. col. pri. verſ. in glo. 5. induſtriales, & iterum col. fin. cir. fin. inſti. de ver. diui. & alia iuris canonici glo. in cap. grauis, in ver. fructus, & ibi clariùs Imo. qui ſic illam gloſ. intelligit, col. pri. verſ. in ead. gloſ. ibi, & non conſumptos, & iterum col. 3. verſ. in ea. glo. ibi, non facit, ubi hanc communem dicit opinionem, extra de reſti. ſpolia. & alia clarior iuris etiã ciuilis glo. in l. ex diuerſo, in prin. in glo. mag. cir. med. verſ. in induſtrialibus dic, ibi, fortè nec ad prætium, quæ loquitur ſiue quis titulum habeat ſiue non, & ibi Bal. cir. med. verſ. ſed quæro an bonæ fidei poſſeſſor, ubi etiam ſequi uidetur Fulg. col. pen. verſ. ibi. §. ſi quis à non domino, & col. ſeq. dum poſteaquam articulum latè tractauit, & reſpondit omnibus ferè argumentis Bar. ſubdit tutiùs eſſe tenere communem gloſ. & Docto. ſententiam, donec ſecunda quæ eſt Bar. efficiatur in futurum communior. D. de rei uendica. hæc enim contra Bar. ſententia hodie quoque communior eſt, ut poſtea dicemus, Specu. in titu. de fructi. & inter. §. pri. col. pri. cir. fin. licèt lectura in codicibus qui communiter circunferuntur corrupta ſit, dum legitur ſic, forte niſi ad prætium, ex quo uideretur contrarium tenere,

ſed, ut diximus, hæc nobis lectura non placet, tum quia ſubſequitur, quia lucri facit pro cultura & cura, quæ ratio ſic eſſet contraria dicto, & contrarietas quæ reſultat ex uerbis incontinenti appoſitis, ſemper eſt euitanda. l. non ad ea, ubi glo. & Docto. D. de condi. & demon. tum quia illa Specu. doctrina de verbo ad uerbum ſumpta eſt ex Azo. in d. ſum. C. de rei uendi. & ex glo. mag. in d. l. ex diuerſo. D. eod. titu. qui ſic loquuntur, fortè nec ad prætium, uti & in Specu. legendum eſt. Eandem opinionem tenuerunt Cyn. in l. non eſt ambiguum, & ibi Bal. in pri. ver. Saly. cir. fin. ubi etiam ſequi uidetur Caſtr. per totum. C. fami. herci. idem Bal. in conſ. 313. non uideo, ante fin. lib. pri, in l. fructus, cir. med. verſ. in ea. glo. ibi non tenetur. D. de rei uendi. in l. pri. col. pri. verſ. de conſumptis bonæ fidei. C. de uſur. & fruc. lega. in l. 2. num. 4. & 5. C. de fructi. & liti. expen. Ang. in l. Neſennius. §. pri. in fi. dum dicit bonæ fidei poſſeſſorem nullo iure teneri reſtituere fructus conſumptos ante litem conteſtatam, ſi ſint induſtriales, & hoc niſi ſit locupletior factus, & agatur petitione hæreditatis, uel alia ſimili actione, qua quis conueniri non poſſit niſi quatenus locupletatus eſt, & ibi Alex. col. fina. verſ. in ea. glo. ibi poſt lit. conte. ubi etiam ſequi uidetur Iaſ. col. pri. verſ. & inquantum tenet glo. D. de re iudi. Saly. in d. l. 2. col. pri. verſ. opp. quòd fructus. C. de fruc. & lit. expen. quamuis Saly. ibi ſit corruptus, dum enim dicit, & conſumptos reſtituere non facit tenetur, abundat illud uerbum, facit, ut ſit ſenſus, bonæ fidei poſſeſſorem non teneri reſtituere fructus conſumptos, quod præſertim uerũ eſt, quia Saly. ibi uult conſtituere differentiam inter conſumptos & extantes, & quoad extantes inquit, quòd licèt quis ſuos fecerit, illos tamen iudicis officio reſtituere tenetur, unde ut illa dictio, autem, qua Saly. utitur, aduerſetur præcedentibus ſecundùm glo. in l. quid ergo. §. de his autem. D. de dam. infec. de quo tamen latiùs per Bar. & alios ibi cum ſimili. ita intelligendus eſt Saly. & idem præterea Saly. in l. certum, col pri. verſ. ſed ſi ſine titulo poſſidet. C. de rei uendi. in l. in fideicommiſſi, in prin. col. 2. verſ. attende tamen. D. de uſur. in l. neque, cir. fin. D. eo. titu. in l. uaccæ. D. de euictio. Imo. in l. ſequitur. §. fructus, & ibi Roma. uterq; in fi. D. de uſuca. idem Imo. in l. ſi fur. §. pri. cir. med. verſ. ſed concorda. D. eod. titu. iterum etiã Roma. in l. ſi me & Titium, in fi. (dum relatis opinio. gloſ. iuris ciuilis, & Inno. tandem ſe remittit ad Bal. in d. l. pri. C. de uſur. & fruc. lega.) & ibi clariùs Deci. col. pri. ante fin. D. ſi cer. peta. idem Rom. in conſ. 149. concluſionem primam, col. pri. verſ. eoſdem autem, ſi rectè inſpiciatur, quanuis à pleriſq; in diuerſam ſententiã aduocetur, quia licèt in caſu ſuper quo conſuluit, teneat contrarium, tamen loquitur in petitione hæreditatis, dum inquit Franciſcam & Matthæam hæreditatis petitione conuentas non teneri fructus conſumptos reſtituere, niſi quatenus effectæ ſunt locupletiores, quia licèt, ſubdit Roma. in alijs caſibus expreſſum non reperiatur, bonæ fidei poſſeſſorem id in quo effectus eſt locupletior ex fructibus, teneri reſtituere, tamen in tribus hoc caſibus deciſum reperitur, ſcilicet in petitio. hæredita. fami. herci. & condictio. inde. per iura quæ allegat, & nos etiam ſupra diximus, & ita Rom. rectiùs hanc in ſententiam citatur à Balb. loco infra allegando, quam etiam opinionem nobis tenere uidetur Butri. in d. cap. grauis, col. 3. in fi. verſ. ſi autem quæritur an teneatur ad reſtitutionem, & col. ſeq. de reſtitu. ſpolia. dum poſteaquam retulit opinio. gloſ. & item opinio. Bar. in d. l. ex diuerſo. D. de rei uendi. necnon & opinionem aliorum qui differentiam conſtituerunt inter uniuerſale & ſingulare

indi-

iudicium, tandem inquit primam opinionem communem eſſe, & quòd aliàs non eſſet effectualis differentia, niſi in diuerſitate actionis inter induſtriales & naturales fructus, & ita & rectè intelligitur à Curti. ſeni. loco infra commemorando, quanuis Abb. ibi in d. cap. grauis, & Soci. alibi. eum aliter & malè intellexerint. Hanc eandem opinionem tenent Io. de Plate. in d. §. ſi quis à non domino, cir. med. dum inquit bonæ fidei poſſeſſorem naturales fructus conſumptos teneri reſtituere tantùm quatenus factus ſit locupletior, ex æquitate d. l. ſi me & Titium. D. ſi cer. peta. induſtriales autē lucrari propter induſtriam & culturam, ita ut non poſſint ab eo uendicari, nec ad eorum prætium teneatur, qui loquitur etiam ſi quis titulum non habeat, & ibi Ang. Areti. col. 2. verſ. ſi autem ſunt induſtriales, quia licèt dicat quòd fructus induſtriales facit quidem ſuos bonæ fidei poſſeſſor, ſed tamen eos tenetur reſtituere officio iudicis, tamen loquitur de extantibus, quò autem ad conſumptos, inquit eos lucrari, niſi in duobus, de quibus ibi per eum inſtitu. de rer. diuiſio. Cepol. conſ. cau. ciuili. 25. ex quæſtione prædicta, col. 3. verſ. ſed dubium, & col. ſeq. qui communem hanc dicit opinionem, Curti. ſen. in conſ. 71. Princeps defunctus, col. 11. verſ. ſecunda difficultas, qui tamen poſtea in addi. col. fina. uidetur opinionem mutaſſe, Rui. in conſ. 91. circa ea, col. 2. verſ. & ſimiliter non tenetur, lib. 5. & uidetur ſequi etiam Fran. Balb. in tracta. præſcrip. parte quarta quartæ partis principalis, quæſtio. xxxv. cir. fin.

235 ¶ Et expreſſiùs in errante in iure uoluerunt Dyn. in cap. poſſeſſor, col. antep. verſi. item quæri poteſt ſi errat in iure, de reg. iur. in 6. ipſe Bar. in l. quod Nerua, col. 7. verſi. quintò fallit. D. depo. ubi uidetur reuocaſſe opinionē quā alibi tenuit, dū inquit nō obſtare quod dicitur in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. D. de peti. hæredi. quòd ſcilicet malæ fidei poſſeſſor teneatur reſtituere fructus quatenus factus eſt locupletior, quia id intelligitur in conuento uniuerſali non etiam ſingulari iudicio, Abb. in conſ. 34. attingam, col. pri. verſi. item non tenet, lib. pri. Caſtr. in l. quod uxor, cir. fin. D. de acqui. poſſeſ. in l. uenditioni, poſt med. C. de uſuca. pro empto. Iaſ. in conſ. 84. omiſſa longa, col. 5. cir. prin. lib. pri. dum inquit in iure errantem non teneri reſtituere fructus perceptos, ubi tamen in id citat Bar. d. §. ſcire, qui in diuerſa eſt ſententia, quatenus ſcilicet quis eſt locupletatus, ut ſupra eum retulimus.

236 ¶ Ex quibus apparet cōmuniorem hanc poſteriorem eſſe opinionem, & deceptos fuiſſe qui contrarium atteſtati ſunt, præſertim Soci. iun. & profectò ſi hi, qui faciliores ſunt in cōmunium opinionum aſſertionibus, ſcirent cui ſe periculo ſubijciunt, fortaſſe abſtinerent, quoniam difficile eſt hodie coram iudicibus contra communem opinionem obtinere, etiam ſi aliquando, dinumeratis authoritatibus, probare uolueris, ipſam opinionem, quam quiſpiam Doctor communem atteſtatur, communem non eſſe, ſicuti nobis aliquando accidit, quod tamen non probamus, quoniam Doctori de communi opinione, ſicuti & de conſuetudine atteſtanti, præſumptiuè tantùm creditur, donec contrarium probetur, ut plenè dicemus infra in glo. 11. in ver. agnati, nu. 9. cum mult. ſequen. & certum eſt ſolere communes in dies opiniones mutari, ut per Iaſ. in l. ſciendum, col. 12. verſ. ſecundò iuramentum non porrigitur, ſub nu. 33. D. de ver. obli. quē refert, ſed corruptè, & ſequitur Neuiza, in Syl. nupti. parte quinta, col. 2. num. 4.

237 ℭ Igitur & nos hanc ſequimur opinionem, pro qua etiam facere uidetur tex. in l. quæſitum, in fin. & ibi glo. in uer. conſumptos. D. de acqui. rer. domi. & melior tex. in l. in pecudum, ponderando verba illa pleno iure. D. de uſur. & ſi dicatur illa verba pleno iure prolata eſſe reſpectu vſufructuarij tantùm, reſpondeo me rationem non videre, quare nō debeant referri ad bonæ fidei poſſeſſorem, cum præſertim illi ſint uiciniora, quod etiam oſtenditur ex. §. in pecudum, inſti. de rer. diui. & in l. vetus fuit quæſtio. D. de vſufruc. vbi ſimilis eſt tex. de vſufructuario tantùm loquens, & tamen non leguntur illa verba pleno iure. Et hanc, inquam, ſequimur opinionem, quanquam Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opinio. 3. regu. 25. limita. 3. diſtinguat, an agatur coram iudice ſecundùm æquitatem iudicante, & tunc prior procedit opinio, ſecus ſi coram alio iudice lis verſetur, allegando Abb. in d. cap. grauis, de reſti. ſpolia. Soci. in d. conſ. 251. libr. 2. Curti. ſeni. in d. conſ. 71. col. fin. qui tamen non ſic loquuntur, ſed generaliter, ſcilicet dictam priorem opinionem procedere ex æquitate l. ſi me & Titium. D. ſi cer. peta. & ideò vbi hæc opinio uera eſſet, quam etiam tenuerunt alij ſupra allegati, ſeruanda eſſet coram quocunque iudice, quia æquitas ſcripta præfertur rigori l. ſi tibi, in fi. & ibi glo. fin. & Docto. D. ſi cer. peta. in l. placuit, vbi Iaſ. poſt alios. C. de iudi. l. 2. & ibi Bal. in pri. nota. C. de rei uendi. in l. In omnibus quidem. D. de reg. iur. in cap. fin. & ibi glo. & Docto. extra de tranſac. ſed quoniam uera non eſt, & magis communiter à Doctoribus reprobatur, vt ſupra oſtendimus, ideò à poſteriori ſententia indiſtinctè intellecta non recedimus.

238 ℭ Nec obſtat tex. in d. l. ſi me & Titium. D. ſi cer. peta. ſuper quo contraria ſe fundat opinio, quia reſpondet Bal. in d. l. ex diuerſo, in prin. D. rei vendi. debitum ibi fuiſſe in genere, quod perire non poteſt, ad quod nihil allegat, ſed vulgaris eſt tex. in l. incendium, vbi Docto. C. de reb. credi. poteſt etiam dici illam legem loqui in fructibus naturalibus, non etiam induſtrialibus, uti ſenſerunt gloſ. in d. l. ex diuerſo, in glo. mag. ante med. D. de rei uendi. in §. pri. in ver. fructus, in fi. inſtl. de offi. iud. & Specu. in titu. de fruc. & inter. §. pri. col. pri. Inno. in cap. in literis, col. pri. verſi. ſed & ſi electio, de reſti. ſpolia. Ang. in l. ſi apes. §. pri. ante fin. D. de fur. dum illam legem ſic ad fructus naturales citant. Et reſpondet etiam Bal. in d. l. ex diuerſo, ad tex. in l. ſi eum ſeruum. D. ſi cer. peta. qui etiam obſtare videbatur, quòd cauſam ibi quis lucratiuam habebat, ſed in fructibus induſtrialibus cauſam quis lucratiuam habere non videtur ſed oneroſam propter culturam et curam.

239 ℭ Aliter etiam poteſt reſponderi, in contrarium allegata procedere in eo qui ad extantes tenetur, nam ſicut tenetur ad extantes, ita tenebitur ad conſumptos, quatenus factus fuerit locupletior, quia eo caſu perinde eſt ac ſi extarent, ita Deci. in d. l. ſi me & Titium, col. pri. circ. med. qui licet nihil alleget, tu tamen allegare poteris Ang. in l. ſed & ſi lege. §. quod autem. D. de peti. hæredi. dum illum ſic tex. ſummat, quicquid de hæreditate poſſeſſor hæreditatis ſuos in uſus conuertit, extare dicitur, & eatenus locupletior factus conuenitur: & dicit Deci. vbi ſupra, ita loqui Inno. in d. cap. in literis, de reſti. ſpolia. vel uerè loqui uidetur, dum formaliter inquit, eligentem, ſi eſt bonæ fidei, facere fructus ſuos, quia eligere, fructus eſt induſtrialis, quia ex induſtria & opera prouenit, ideo hæc electio erit

ius

ius poſſeſsionis eligendi, quanuis dicendum ſit, quòd ſi quid de fructu remanſerit penès ipſum, poſtque conſtiterit quòd proprietas ad alium pertinet, iudicis officio id reſtituendum ſit: ſed & ſi electio diceretur fructus naturalis, tamen bonæ fidei poſſeſſor non tenetur de fructibus ex quo cõſumpti ſunt, niſi in quantum factus eſt locupletior, l. ſi me & Titium. D. ſi cer. peta. hæc ille: ex quibus verbis colligi videtur, eum loqui in fructibus naturalibus, quos verum eſt extantes bonæ fidei poſſeſſorem ſuos nõ facere, vt diximus ſupra in lxiiij. quæſtio. Et quanquam hæc Deci. diſtinctio videatur eſſe contra mentem Butri. in cap. grauis, col. 3. verſi. ſi autem quæritur, de reſti. ſpolia. eam tamen ſequendo, quo ad errantem in iure, de quo nos principaliter loquimur, dicendum eſt, quòd aut ius aſsiſtit, & tunc non tenebitur reſtituere fructus quatenus factus eſt locupletior, aut reſiſtit, & tunc tenebitur, cùm priore caſu tanquam bonæ fidei poſſeſſor extantes quis fructus ſuos faciat, poſteriore non faciat, ſecundùm ea quæ diximus ſupra hac eadem gloſ. num. 121. incipi. ad dictum autem, & ita diſtinctionem hanc ſpectandam, an ius non aſsiſtat an uerò reſiſtat, etiã quando tractatur de fructibus conſumptis, de quibus factus quis ſit locupletior, voluiſſe videtur Fely. in cap. de quarta, col. 10. verſi. ſecunda reſtrictio errans in iure, de præſcript. & clariùs Curti. iun. in conſ. 6. circa has, col. fin. cir. prin. verſi. iſtud etiam optimè probatur, qui ita in id allegat Fely. vbi ſupra, quod & ante hos omnes fuit de mente Bal. in l. pro oneribus, ante medi. verſi. ſed hic formatur. C. de iu. doti. & ſentire videtur etiam Abb. in cap. pen. cir. fin. de reb. eccle. non alie. An autem noſtrũ hoc ſtatutũ non aſsiſtat, an uerò reſiſtat, diximus ſupra num. 122. incipi. quod autem noſtrum hoc ſtatutum, & mult. ſequen. vbi etiam videbis an in faciente contra legem reſiſtentem requiratur ſcientia ipſius legis reſiſtẽtis. Hic tamen nonnullæ oriuntur dubitationes.

240 ℂ SEXAGESIMOSEPTIMO igitur quæro, an eo caſu quo quis in iure errans ſuos facit fructus, nec eos tenetur reſtituere etiam quatenus locupletatus eſt, locum habeat etiam vbi quis in crimen incideret, & dicendum eſt non habere, ita voluere Bal. in l. pri. col. fin. verſi. ulteriùs quæro, & ibi Saly. cir. fin. Corn. col. fin. verſi. inſuper licèt hæres. C. de his qui. vt indi. Alex. in conſ. 73. viſo themate, in fin. lib. 2. repe. quibuſdam tantùm mutatis, in conſ. 119. libr. 4. apud quos etiam exempla uidebis.

241 ℂ SEXAGESIMOOCTAVO quæro, an in dubio ex fructibus quis præſumatur locupletior factus, an uerò eos malam in partem cõſumpſiſſe, & locupletiorem factum præſumi, ſenſit glo. in l. vtrum, in prin. in gloſ. pri. quam ibi ad hoc annotat & commendat Ang. cir. med. verſi. in gloſ. pri. ibi aliàs uidetur, qui dicit aſſerentẽ contrarium teneri id probare. D. de peti. hæredi. idem Ang. in l. ſed & ſi lege. §. quod autem, cir. med. & ibi ſequitur Fulg. poſt prin. D. eod. titu. iterum idem Ang. in l. illud. §. prædo, in fin. D. eod. etiam titu. in l. ſi nauis, cir. fin. (dum ſe remittit ad dicta per eum in d. §. quod autem). D. de rei vendi. Ancha. in conſ. 5. pro parte nobilis, col. pri. verſi. & ſi ceſsio, Rom. in conſ. 149. concluſionem primam, ante med. verſi. tertius in conditione, dum citat glo. in d. l. vtrum, Alex. in conſ. 63. ſuper primo dubio, col. 2. verſi. venio ad ſecundum, lib. 2. Maria. Soci. ſeni. in conſ. 24. viſis & diligenter, col. antep.

verſi.

verſi. item & ſi diceret, Bartho.Soci. eius filius, in conſ.159. in præſenti, col.5. verſi. cùm ergo, lib.2. in conſ.82. in cauſa uertente, col.4. verſi. & ideo dicendũ eſt, & iterum col.antep. verſi. & conſequenter, lib.4. Corn. in conſ.72. pro deciſione, col.antep. verſi. & ad hoc accedat, lib.3. Ruy. in conſ.24. ſuper his de quibus, in fin. ver. lib. pri. in conſ.29. quia teſtator, col.fina. verſi. ſed circa hoc cadit, uſque in fin. lib.2. in conſ.113. quia proponitur, col.2. verſi. ſed præmiſsis, lib.5. Goza. in conſ.94. an Illuſtriſsima D.Argentina, col.pri. verſi. ſextò ſi in generali, ſub num.7. in fi. Io.Lup. in rep. rub.de donatio. inter virum & vxo. ſub fol.94.col.3. Soc. iun. in conſ.vlti. pro reſolutione, col.5. verſi. & circa hoc eſt aduertendum, lib. pri.

242 ℂ Verùm non deſunt qui in diuerſa fuerunt ſententia, inter quos ipſe quoque Ange. ſibiipſi contrarius in l. inſulam.§. pri. circ. med.D. ſolut. matri. & clariùs in conſ.133. ſuper primo puncto dico, col.2. verſi. ſi autem non fuiſſet, & iterum in conſ.160. D. Catharina, in fin. ver. vbi plus inquit non ſufficere probare quempiam fructus ipſos ſuos in uſus conuertiſſe, niſi etiam probetur ipſum locupletiorem factum, cum pòtuerit illos in proprios uſus conuertiſſe ſplendidiùs viuendo, Fulg.ſubdubius tamen, in l.pri.C.ſi aduer.credi. Caſtr.in conſ.247. in cauſa quæ uertitur Sauonæ, col.pen. verſi. quantùm verò ad perceptos, lib.pri. Curti.ſen. in conſ.71. Princeps defunctus, col.5. verſi. ſeptima concluſio, Fely. in cap. de quarta, col.10. verſi. ſecunda reſtrictio, de præſcript. Iaſ. in l.Neſennins.§.pri. col.pri. num.5.D. de re iudi. Franc. Balb. in tracta. præſcrip. parte quarta quartæ partis principalis, quæſtio.xxxv. in ver. bona fide, Curt. iuni. in conſ.6. circa has, col. fin. num.26. in fin. & iterum in conſ.28. in cauſa, in fin. Ruy. in conſ.204. pulchra eſt, col.fin. verſi. eſt bene uerum quòd in dubio, lib.pri. in conſ.91. circa ea quæ proponuntur, col.fin. verſi. quinimmò ubi etiam, lib.5. & videtur ſequi etiam Deci. in l. in pœnalib.col.2. D.de reg. iur. dum relatis ambabus opinionibus tandem dicit videndum eſſe Curt.ſen. vbi ſupra, & ita illum citat & ſequitur Cagno. ibi circ. med. verſi. & dicitur tunc locupletior, & iterum idem Deci. in l. certi condictio.§. quoniam, col. pri. in fin. ver. & notandum eſt.D.ſi cert. peta. dum hanc opinionem vltimo loco refert, iuxta doctrinam Iaſ. & Clau. Aquen. in l.ſi idem cum eoſdem.§. fin.D.de iuris. omni. iudi. Eandem etiam opinionem tenet Aldroban. in.§. at ex contrario, & ibi Hippo.Rimi. ſub nu. 58. cum mult. ſeq. inſti. qui. alie. lic. vel non, & videtur nouiſsimè quoque ſequi Iaco.Philip.Porti. lib.comu. opinio.3.reg.xij. dum & ipſe hanc opinionem poſteriori loco recenſet, iuxta præallegatam Iaſo. & Claud. Aquen. doctrinam, vbi tamen Porti. refert Curt. iuni. in d.conſ.28. atteſtari hanc opinionem communem eſſe, qui id non dicit, ſed tantùm inquit, ſe hanc ſententiam ratione comprobare, quia ſcilicet bonæ fidei poſſeſſor regulam pro ſe habet, quòd fructus lucretur, conſequenterque fundatam dicitur intentionem habere, atque ideo qui vult fallentiam adducere, eum ſcilicet locupletiorem factum, id probare debet per doctrinam Bart. quam dicit communiter approbari, in l. ex quacunque, quæ eſt.2.D. ſi quis in ius uoca.non ierit, quod argumentum à Curt.ſeni. quo loco eum ſupra proximè citauimus, mutuauit.

243 ℂ Ex his vides lector candide quæſtionem hanc adeò eſſe dubiam, ut

Doctores

Doctores non tantùm alijs ſed & ſibiipſis contradicant, ita ut Alex. in l. mulier quæ. §. cùm proponeretur, in fi. D. ad S. C. Trebel. auſus non fuerit decidere, utra ſibi opinio uerior uideretur, quo fit ut temerariũ quibuſdam fortè uideatur, ſi in tanta Doctorum controuerſia noſtrum & nos iudicium interponamus. verùntamen controuerſiam hanc componi ſic poſſe ſumus opinati, ut diſtinguamus, quòd aut agens ad fructuum reſtitutionem narrat reum conuentum rem ſuam poſſediſſe, & tot ex ea fructus percepiſſe, & inde locupletatum fuiſſe, ideoque ad eorum reſtitutionem teneri, & tunc in ea ſumus ſententia, ipſum actorem teneri hoc probare, ſi reus negatiuè reſpondeat, quoniam actor probare debet quod ſuæ eſt intentionis fundamentum. l. actor quod aſſeuerat. C. de probatio. cum ſimili. ſed ſi actor reum ſimpliciter conueniat ad reſtitutionem fructuum per eum perceptorum, reus autem excipiat ſe non eſſe locupletiorem factum, ideoque non teneri, & tunc arbitramur ipſi reo onus id probandi incumbere, quoniam reus tenetur ſuam exceptionem probare, ut ſtatim dicemus. Pro qua diſtinctione adducimus gloſ. nota. in l. ſi uerò. §. qui pro rei qualitate, in ver. dubitetur. D. qui ſatis. cogan. quæ inquit, allegantem ſe uelle ad aliquid admitti tanquam locupletem uel tanquam pauperem, debere id probare, ſiue ſit actor ſiue reus: per quam gloſ. ita in terminis noſtris fuiſſe uidetur de mente Soci. in l. in pupillo. D. de exceptio. dum poſteaquam diſputauit de ueritate gloſ. in d. l. utrum, & nihil expreſsè firmauit, ſed reliquit cogitandum, tandem addit uidendam d. gloſ. in d. §. qui pro rei qualitate, quam etiam gloſ. addo ſecutos fuiſſe Docto. ibi, cum alijs multis concordan. à Tiraq. adductis in tracta. retrac. titu. pri. §. 32. in glo. uni. nu. 94. inci. nam & uidemus, & præterea Alex. in conſ. 141. uiſo themate, col. 2. cir. prin. verſ. ita etiam conſulendo, lib. 5. & uoluit etiam, licèt illam glo. non alleget, Soci. ipſe in conſ. 79. ſi eſſemus, in fi. ver. lib. 4. & Fabia. Pep. in rep. aut. præterea, num. 75. C. unde uir & uxor: & pro qua etiam diſtinctione faciunt quæ dicemus infra in gloſ. 24. in ver. nec in caſu quo realiter & uerè, num. 18. cum 2. ſeq.

244 ¶ Nec noſtræ huic diſtinctioni obſtant quæ adducunt Curti. ſen. in d. conſ. 71. & Iuni. in d. conſ. 28. excipientem ſuam teneri exceptionem probare, quia habens regulam pro ſe fundatam habet intentionem, ſecundùm gloſ. in rub. de reg. iur. in 6. ante fin. cum ſimili. per eos adductis, & præterea Deci. in reg. pri. num. 5. & ſeq. & ibi Hiero. Cagno. nu. 21. qui alios citat concordan. D. de reg. iur. quia concedimus nos ipſum reum teneri hoc probare, ſi ipſe hoc excipiat, ſecus ſi actor in hoc ſe fundet, per d. regulam l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. ut ſupra diximus.

245 ¶ Non obſtat etiam quod pro priori opinione adducit Rui. in d. conſ. 29. lib. 2. ſuum iactare præſumi neminem. l. cùm de indebito. D. de proba. immò præſumi locupletiorem factum. l. ſi defunctus. C. arbi. tute. quia illa iura quantùm ad caſum noſtrũ non probant, maximè quia conceſſo quòd quis fructus aut aliam rem non iactauerit, ſed ſuos in uſus conuerterit, non tamen neceſſariò ſequitur eum locupletiorem factum, cùm potuerit ſplendidiùs uixiſſe, uti etiam dicit Ang. in d. conſ. 160. & Cagno. in d. l. in pœnalibus. D. de reg. iur. præterea iſta nobis præſumptio multùm remota uidetur, ſicuti etiam eſt illa, quòd quis in dubio pauper præſumatur, cùm paupertas ſit naturalis, aduentitiæ autem ſint diuitiæ, quæ ideo præſumptio

non attenditur, ſed ab allegante ipſam paupertatem, & in ea ſe fundante, probari debet, ut inquit Tiraq. quo loco eũ ſupra nu. ab hinc 2. citauimus.

246 ℂ Non obſtat etiam ſi dicatur, ſi probatur rem aliquam ad te perueniſſe, præſumi adhuc extare, ut de re minoris ad tutorem peruenta dicemus infra in gloſ. 24. in ver. nec in caſu quo realiter & uerè, in fin. quia hic loquimur de fructibus conſumptis, & ſic pręſupponimus probatam eſſe conſumptionem, quę conſumptio non arguit locupletationem, etiam ſi in ſuos uſus facta ſit, ut iam diximus: Quanquam etiam ſciendum eſt, elapſo triennio, opus non eſſe fructuum conſumptionem probare, quia à ſeipſis tanto tempore conſumpti præſumuntur, ſecundùm glo. vni. & ibi Docto. in l. vni. C. ſi aduer. vſuca. cum ſimili. Et ita intelligendus eſt Soci. in d. l. de pupillo. D. de exceptio. dum inquit, dubitatiuè tamen, contra gloſ. in d. l. utrum. D. de peti. hæredi. ubi uera ſit, dici poſſe locum non habere in pecunia, tanquam de rebus quę ſeruando ſeruari non poſſunt, ſecundùm glo. & Docto. in l. pri. §. fuit quæſitum. D. ad S. C. Trebel. de quo & nos dicemus infra in fine num. 222. incip. ſeptuageſimoſecundò quæro: Et de hac materia, à quo & quomodo probandum ſit rem aliquam fuiſſe amiſſam, aut caſu perijſſe, videbis tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fina. & ibi gloſ. in ver. longinquo, Bar. & alios, præſertim Iaſo. col. antep. verſi. in ea. gloſ. ad fin. & col. ſeq. D. de eden. glo. in l. cùm ita legatur. §. ſpecies; in ver. nec dolo, & ibi Bal. & Imo. D. de lega. 2. glo. in l. creditor, in glo. pen. & fina. C. de pigno. actio. apud quem etiam Iaſo. vbi ſupra comperies quid in re immobili, an & illa extare præſumatur nec ne.

247 ℂ Illud autem hic, quod tibi ſit loco lxix. quæſtionis, non pætereundũ duximus, quòd ſi pecunia aliaue res ad te peruenerit, quam in aliam mutaueris quæ perierit, te tamen locupletiorem factum videri, per tex. in l. ſi ipſa res. D. quod met. cau. quem tex. didici à Roma. in conſ. 149. concluſionem primam, col. pri, verſi. tertius.

248 ℂ Sed illi tex. alius eſt tex. de directo contrarius in l. ſi mulier ex pecunia, in princ. D. de dona. inter vir. & vxo. dum ibi dicitur, ſi pereat ſeruus à muliere ſubrogatus, loco alterius empti ex pecunia ſibi à viro donata, mariti periculo perire, nam ex quo mulier de interitu non tenetur, apparet eam non eſſe locupletiorem factam, quia ſi eſſet facta teneretur, per tex. in l. ſed ſi vir. §. quod legaturus, & §. ſeq. D. eod. titu. De qua contrarietate gloſ. in d. l. ſi ipſa res, & in d. l. ſi mulier ex pecunia, opponit & non ſoluit: Quapropter diù hac in re ancipites fuimus, ſed tãdem reperimus Rapha. Fulgo. in d. l. ſi mulier ex pecunia, dicentem, immò ſi diligenter inſpiciatur d. l. ſi ipſa, concordare cum d. l. ſi mulier ex pecunia; quia licèt in d. l. ſi ipſa, res metu ablata perempta ſit, pretium tamen ſupererat apud bonæ fidei poſſeſſorem, & ſic ſentit Fulgo. d. l. ſi ipſa, loqui de interitu rei metu ablatæ, non rei aut pretij loco illius ſubrogati, qui intellectus licèt ſit contra mentem gloſ. & Bart. ibi, ſatis tamen ſuſtineri poteſt, ut iura iuribus concordentur, iuxta l. vni. C. de inoffi. doti. cùm tex. clarè non aperiat de interitu cuius rei loquatur: & hic Fulgo. intellectus ſuadetur, vt & ipſe inquit, ex ſimilitudine petitionis hæreditatis (quicquid ibi dicat glo. mag. quæ arroganter reprehendit Iuriſconſultum, quòd non omnino bonam ſimilitudinem adduxerit) quoniam & in ea ſi quis hæreditariam rem vendiderit,

diderit, uel in aliam mutauerit, tenetur poſſeſſor, ſi res ſubrogata vel pretium rei venditæ ſupereſt, vel ex eo locupletior factus ſit, licèt res hæreditaria perierit, l. item videndum, in princi. l. item veniunt. §. item placere, l. ſi poſſeſſor. §. fina. l. vtrum, in princ. & l. ſed & ſi lege. §. pri. D. de peti. hæredi.

249 ℂ SEPTVAGESIMO quæro, quoniam diximus ſupra, intereſſe inter fructus extantes & conſumptos, ſaltem quo ad vſucapionem, ideo quæro, inquam, ſi conſumpti non ſint, ſed tantum alijs admixti, ita tamen vt diſcerni non poſſint, an dici poſſint conſumpti, quod colliges ex tex. in §. quòd ſi frumentum, & ibi ex glo. & Docto. Inſti. de rer. diui. ex l. item Pomponius ſcribit ſi frumentum, in princ. vbi etiam traditur per gloſ. & Docto. D. de rei vendi. ex gloſ. in l. ſi alieni numi, in ver. accepit, & ibi ex Rapha. Cuma. D. de ſolutio. ex glo. in l. ſingularia, in glo. mag. poſt prin. ibi, eſt & tertium, & ibi ex Bart. Ang. Saly. Rapha. Fulgo. Roma. Caſtren. Chriſto. Caſtel. Alex. col. 2. verſi. in ea. ibi, l. ſi alieni, Franci. Areti. col. 3. verſi. in ea. gloſ. ibi facilius, Io. Mari. Rimi. col. pri. in fin. verſi. in eadem, l. ſi alieni, Soci. col. 3. verſi. circa tertium membrum, Iaſ. col. 5. verſi. ſecundò aduerte, & col. ſeq. Deci. col. 3. verſi. in ea. glo. ibi, ſi alieni, Curt. iuni. col. 10. verſi. circa alia ſpecialia, Andre. Alcia. col. 3. verſi. rurſus commiſtione, & Hiero. Cagno. col. 32. verſi. primum ſpeciale, ſub num. 134. D. ſi cer. peta. ex Bal. in l. 2. col. etiam 2. verſi. ſed quid ſi extent. C. de fruc. & lit. expen. & de materia vide etiam quod notat idem Bal. in l. vbi adhuc, col. fina. verſi. primo caſu. C. de iu. doti. Quo autem tempore præſumantur fructus durare, diximus ſupra num. ab hinc 3. incipi.

250 ℂ SEPTVAGESIMOPRIMO quæro, quia ſupra conſtituimus differentiam inter fructus naturales induſtrialeſque, ideo quæro, inquam, qui naturales, & qui induſtriales dicantur, & ſanè naturales ſunt qui ſine hominis induſtria in eſſe producuntur, & in quibus magis natura quàm induſtria operatur, ut poma & ſimilia: induſtriales è contra in quibus magis poteſt induſtria quàm natura, vt ſegetes, ſecundùm Azo. in in ſum. C. de rei uendi. col. 3. verſi. fructuum igitur, Bart. in l. ex diuerſo, cir. prin. & ibi Fulgo. qui illam legem legit ſimul cum l. fructus, col. 2. verſi. ibi vt ſegetes D. de rei vendi. Docto. in. §. ſi quis à non domino, inſti. de rer. diui. Bal. in cap. grauis, col. 2. num. 9. & ibi Butri. col. etiam 2. Abba. col. item 2. verſi. & iſtorum, & Imo. col. pariter 2. verſi. no. bene ex gloſ. extra de reſti. ſpolia. Ang. in l. ſi apes. §. pri. ante fin. D. de fur. ubi expreſſiùs omnibus inquit, non ſufficere fructum abſque hominis induſtria & facto naſci, niſi eo ipſo quòd à natura producitur, in finalem uſum deſtinetur, ad hoc vt naturalis dicatur, Franc. Areti. in conſ. 160. longa eſt, paulò poſt princ. cum ſimili.

251 ℂ Sed vt ſpecialiter aliqua enumeremus, ſciendum eſt, lac, pilum, & lanam, fructum eſſe induſtrialem, ſecundùm Azo. in d. rub. C. de rei vendi. col. 3. verſi. alij induſtriales, à quo accepit & gloſ. quæ nullam tamen ipſius Azo. mentionem facit, in d. §. ſi quis à non domino, in ver. & cura, & ibi ſequitur Io. de Plate. ante medi. inſti. de rer. diui. Bart. in d. l. ex diuerſo, in prin. verſ. item quid de lana & lacte, & ibi Fulgo. qui illam legem legit ſimul cum l. fructus, col. 2. verſ. ibi ut ſegetes, D. de rei uendi. Bal in cap.

 gra-

grauis, col. 2. verſ. item lac & lanam, & ibi But. col. quoque 2. verſ. ſed dubitatur, Abba. col. item 2. verſ. dubitatur enim, & Imo. num. 11. extra de reſti. ſpolia. Ang. in d. l. ſi apes. §. pri. ante fin. D. de fur. Et probatur in l. in pecudum. D. de uſur. in l. ſequitur. §. lana. D. de uſuca. dum in his legibus dicitur huiuſmodi fructus fieri bonæ fidei poſſeſſoris, cùm aliàs eius non efficerentur, ut de oliua dicemus infra num. ab hinc 2.

252 ℭ Sic & oliua ſeu oleum ex ea confectum fructus dicitur induſtrialis, ſecundùm Bar. in d. l. ex diuerſo, in prin. col. pri. verſ. ſed dubitatur de quibuſdam, & ibi Fulgo. qui illam legem legit cum l. fructus, col. 2. verſ. ibi ut ſegetes. D. de rei uendi. idem Bar. in l. maritus, quæ eſt pen. in fi. prin. ubi ſequuntur Caſtr. Imo. & Alex. in fi. D. ad l. Falci. & idem Bar. in conſ. 125. quæſtio talis eſt, Titius habens uxorem, cir. med. verſ. fructus autem induſtriales, par. pri. Bal. in l. pro oneribus, ante fin. C. de iu. dot. in l. ancillæ, col. 4. verſ. ſed contra hoc. C. de fur. in d. l. pri. col. fin. verſ. oliua autem. C. de uſur. & fruc. lega. in d. cap. grauis, col. 2. verſ. item fructus naturales, & ibi Butri. col. etiam 2. verſ. ſed dubitatur, Abb. col. quoque 2. verſ. dubitatur enim, Imo. col. item 2. verſ. no. bene ex gloſ. de reſti. ſpolia. Ang. in l. ſi apes. §. pri. cir. fin. verſ. ſunt autem fructus. D. de fur. Ang. Areti. in. §. ſi quis à non domino, col. 2. in fi. verſ. in glo. fructus, inſti. de rer. diuiſi. & in. §. pri. col. pri. verſ. quid de oliua, inſti. de offi. iudi. Franc. Areti. in conſ. 160. longa eſt, paulò poſt prin. Corn. in conſ. 139. ad euidentiam, col. pri. verſ. de oleo autem, lib. 4.

253 ℭ Et licèt in oliua contrarium ſenſerit Caſtr. in l. eos, in fi. C. de uſur. nos tamen priorem ſequimur opinionem, quæ probatur in l. ſi eius, quę eſt antep. D. de rei uendi. dum ibi dicitur eam bonæ fidei poſſeſſoris effici; nam ſi fructus non eſſet induſtrialis ſed naturalis, eius non efficeretur, ſecundùm ea quæ diximus ſupra num. 229. incip. tertius eſt caſus, & ita illum tex. ad hoc ponderauit ibi Bar. & poſt eum Bal. uterq; in fi. ver. & Ang. cir. med. verſ. ſequitur in tex.

254 ℭ Videretur tamen Caſtr. ſententia ſaluari poſſe in illis oliuis craſſis, quas oliuottos vulgo nuncupamus, ex quibus non fit oleum ſed ad uſum comedendi deſtinantur, niſi contra rectiùs exiſtimes, eò quòd & in eis, antequam ad uſum hominis deſtinentur, induſtria & impenſa requiratur, ſuper quo recurrendum eſt ad ea quæ dicemus infra num. 261. incip. quo autem, & quia dictarum quoque oliuarum plantæ ſtercorantur & fodiuntur, ut fit noſtro ſuper Lario.

255 ℭ Quid autem in oleo ex nucibus confecto? Quod tangit Ang. in l. ſi apes. §. pri. in fin. ver. D. de fur. in hæc uerba. quid dicemus de nucibus Bononiæ & alibi, ubi non eſt oleum, ſed fit de nucibus? hæc ille, qui indeciſam ſic quæſtionem reliquit: ſed idem dicendum uidetur in huiuſmodi oleo ex nucibus confecto, quod & in oleo ex oliuis confecto, quod tamen fortè eſſet intelligendum ſecundùm ea quæ dicemus infra num. 261.

256 ℭ Eodem modo vua & uinum induſtrialibus fructibus annumerãtur, ut probat tex. in d. l. ſi eius, & ibi not. Bal. in fin. ver. D. de rei uendi. gloſ. in cap. grauis, in ver. fructus, & ibi quoque Bal. col. 2. verſ. item fructus in-

du-

duſtriales, & Imo.col.2. verſ. in ea. glo. ibi frumento, de reſti. ſpolia. Bar. in d. conſ. 125. quæſtio talis eſt, Titius habens, cir. med. verſ. fructus autem induſtriales, par. pri. iterum Bal. in l. pro oneribus, cir. fin. C. de iu. doti. in l. ancillæ, col. 4. verſ. ſed contra hoc. C. de fur. Ang. in l. ſi apes. §. pri. cir. fin. D. de fur. Rapha. Fulgo. in l. ex diuerſo, ſiue, ut ipſe legit, in l. fructus, col. 2. verſ. ibi ut ſegetes. D. de rei uendi. Caſtr. in l. ſequitur. §. fructus, in fi. D. de uſuca. Ang. Areti. in §. pri. col. pri. verſ. quid de oliua & de vua, inſti. de offi. iudi. Cepol. conſ. cau. ciui. 25. ex quæſtione prædicta, col. 3. verſ. ſed dubium, Fran. Areti. in d. conſ. 160. poſt prin. Corn. in d. conſ. 139. paulò poſt prin. lib. 4.

257 ℭ Et idem in malis granatis, quæ ad finem conficiendi uini producuntur, ſecundùm Ang. in d. l. ſi apes. §. pri. in fi. D. de fur. Et in mulſo & ceruiſia, ſecundùm Bal. in l. pri. col. fina. verſ. quæro utrum ceraſa. C. de uſur. & fruc. lega. in l. pro oneribus, cir. fin. C. de iu. doti. in cap. grauis, col. 2. verſ. item ſi ex pomis, de reſti. ſpolia. ubi etiam idem generaliter inquit in omnibus fructibus qui ſeminantur, quod & repetijt in d. l. pri. col. fina. verſ. unum autem ſcias, & iterum in l. 2. cir. fin. C. de ſerui. & aqua.

258 ℭ Quid autem de fœtu pecorum & partu ancillarum, uidebis apud glo. ſi eam diligenter intuearis, in l. ſequitur. §. fructus, in glo. mag. ante fin. & ibi Bar. cir. med. verſ. eſt & alia lectu. & ibi Caſt. in fi. D. de uſuca. ſed ita ut prætermittendum omnino non exiſtimes tex. in l. in pecudum. D. de uſur. probantem agnos, hædos, & uitulos, & huiuſmodi fœtus, inter induſtriales fructus eſſe, ſicuti lac & lanam, ideoque bonæ fidei ſtatim poſſeſſoris effici, & ſecus eſſe in partu ancillarum, qui ad dominum pertinet, & ibi ratio differentiæ inter partum & fœtum adducitur: de quo etiam eſt nõ omnino diſſimilis tex. in. §. in pecudum, inſti. de rer. diui. & in l. uetus fuit quæſtio. D. de uſufruc. & facit etiam tex. in l. bonæ fidei, in fi. D. de acqui. rer. domi. & in l. ſi ego. §. partus. D. de publi. in rem actio. & aliquid etiã habetur per Ang. in l. ſi apes. §. pri. cir. fin. D. de fur. ubi & ipſe dicit agnos induſtrialibus fructibus annumerari.

259 ℭ Hic etiam dubitari poteſt, quid de præſentatione patroni: Et Inno. in cap. conſultationibus, poſt prin. de iu. patro. inter induſtriales inquit fructus computari, & ibi ſequuntur Butri. col. 2. verſ. ſecundo caſu, & Abb. col. etiam 2. verſi. & ſi diceres: Et idem in electione uoluit ipſe etiã Inno. ſubdubius tamen, in cap. in literis, col. pri. poſt prin. verſi. cum autem eligere, de reſti. ſpolia. & eum utroque in loco refert & ſequitur Bal. in l. certum, cir. med. verſi. ſed iuxta hæc. C. de rei uendi. ubi idem dicit in iuriſdictione & alijs incorporalibus iuribus, & iterum idem Bal. in l. 2. col. 14. verſi. nunc de ſeptimo. C. de ſerui. & aqua.

260 ℭ Quid autem de penſionibus, uidebis apud Bar. in d. l. ex diuerſo, in prin. col. 3. D. de rei uendi. apud Butri. in d. cap. grauis, col. 3. verſi. uenio ad tertium, & ibi Abba. col. 2. verſi. de acceſſionibus, & Imo. in fin. ver. de reſti. ſpolia. Areti. in d. conſ. 160. col. pri. poſt med. Corn. in conſ. 301. circa primum, col. pen. verſi. bonæ fidei autem, lib. pri. Soci. in d. conſ. 251. col. pen. verſi. ſupereſt poſtremò, lib. 2. & omnino Alex. in conſ. 181. in cauſa & lite, ante fin. lib. 2.

261 ¶ Quò autem ad fœnum & ligna, ſpectandum eſt an in eis magna an parua opera & impenſa exigatur, quibus perpenſis, iudex arbitrabitur utrùm naturalibus potiùs quàm induſtrialibus fructibus annumerentur, habita ad id ratione quod præponderabit, ut, ſcilicet, ſi natura operæ & impenſæ præponderet, ſint naturales, ſi uerò opera & impenſa naturæ, ſint induſtriales, ut uoluerunt Bar. in d.l. ex diuerſo, in prin. col. pri. verſ. in quibuſdam fateor. D. de rei uendi. ubi idem dicit in ſimilibus, Bal. in d. cap. grauis, col. 2. verſ. item puto quòd fœnum, ubi idem dicit in palea, ex hoc etiam ſecus dicens in paſcuis quæ falce non ſecantur, nec in horreis reconduntur, quia fructus ſunt naturales, cùm opera & impenſa in eis non ſit neceſſaria, & ibi Butri. col. 2. verſ. de quibusdam, ubi etiàm ſequi uidetur Abb. col. 2. verſ. & iſtorum, & Imo. col. etiam 2. verſ. no. bene ex glo. de reſti. ſpolia. Soci. in d. conſ. 251. col. pen. verſ. ſupereſt poſtremò, ubi communem hanc dicit opinionem, lib. 2. Quam & nos ſententiam ſequimur; quanquam Cepol. conſ. cau. ciuili. 25. ex quæſtione prædicta, col. 4. verſ. item quod eſt ſimpliciter, teneat fœnum fructum eſſe induſtrialem: & quanquam etiam Fulgo. in d.l. ex diuerſo, quam legit cum.l. fructus, col. 2. verſ. ibi ut ſegetes, aſſerat ligna inter naturales fructus connumerari, per tex. in l. fructus. D. de uſur. qui ſatis probare uidetur: ſed tamen inconueniens non uidetur illum tex. intelligere, modo in eis cedendis non poſſit plus opera & induſtria hominis quàm natura, ſecundum præalle. Bar. doctrinã.

262 ¶ Sed iam ſatis de fructibus uerba feciſſe uidemur, qua in quæſtione dies noctesque libenter inſudauimus, futurum aliquando ſperantes, ut & ij, ad quorum manus noſter hic fructuum tractatus peruenerit, aliquem ex eo fructum percipiant: Igitur tempus eſt ut ad uſucapionis & præſcriptionis effectum deueniamus.

263 ¶ SEPTVAGESIMOSECVNDO itaque quæro, quid de vſucapione & præſcriptione? an ita ſcilicet per contractum nullum per mulierem ſine ſtatuti ſolennitate celebratum poſſeſſio transferatur, ut vſucapioni & præſcriptioni locus ſit: & certè ſi teneremus Roma. & ſequacium opinionem, ex tali contractu nullo ciuilem non transferri poſſeſſionem, indubitatum eſſet præſcriptioni locum non eſſe, quoniam ciuili ex poſſeſſione conſtat præſcriptionem cauſari, ut per Bar. in l. pri. in prin. col. 4. verſ. ideo primò quæro, & ibi per alios quoque Docto. D. de acqui. poſſeſ. & per eundem Bar. in l. 3. §. ex contrario, vbi cæteri cõmuniter ſequuntur, uti de communi opinione atteſtatur ibi Areti. col. 2. verſ. in ea. glo. ibi omnes uſucapiunt, qui etiam declarant quomodo id intelligatur. D. eod. titu. cum concordan. per Andr. Tiraq. adductis in tracta. de iur. conſti. par. pri. nu. 18. quibus omnino addes tex. in l. qui fundum, in prin. & ibi glo. in ver. procedere, & Bar. qui illum ſic tex. ſummat, & alios etiam Docto. D. de uſuca. pro empto. & glo. idem, ſi rectè inſpiciatur, uolentem in l. pri. in uer. præſcriptionem, cir. fin. ubi eam ita ponderant & ſequuntur, quantum ad hoc, Bar. Bal. Ang. Saly. Fulgo. Caſtr. & Iaſ. qui id multipliciter declarant, præſertim Iaſ. col. pen. & fin. C. de ſer. fugi. glo. in l. malè agitur, in glo. mag. cir. med. quam ibi etiam, quantum ad hoc, ſequuntur Docto, licèt contradicant in eo, quatenus inquit emphiteotã, cui ciuilis quoq. poſſeſſio tradita ſit, directum poſſe dominium præſcribere, ſpecialibus tamen rationibus per eos adductis. C. de præſcrip. 30. vel. 40. anno. glo. in l. ſi

ut

ut certo. §. ſi duobus, in ver. dominium, cir. prin. & ibi Bar. in fin. ver. Bal. col. 2. verſ. in glo. mag. ibi, quæ eſt cauſa, qui id declarat, & Caſtr. col. 3. num. 10. D. commo. glo. in §. ſed aliquando, in ver. uel ſeruum, & ibi Ang. Areti. ante med. verſ. in ea. ibi non currit, inſti. de uſuca. & clariorem glo. in cap. cauſamque, in glo. mag. & ibi Io. And. Bal. ante fin. Butri. in vlti. oppo. Abba. cir. med. verſ. ſecundò colligo, Imo. in fin. ver. & Fely. col. pen. verſ. & quanuis naturalis poſſeſſio, de præſcrip. iterum Bar. in l. Celſus, col. 3. verſ. ſed quæro an habeam probare, & ibi Balb. in repe. num. 80. D. de uſuca. iterum etiam Bal. in l. traditionibus, col. 2. verſ. ſed quando utile. C. de pac. Calda. in conſ. 5. incip. an in præſcriptione feudi, titu. de præſcrip. quanuis & ipſe quantùm ad vaſallum contendat eum poſſe contra dominum præſcribere, licèt ſolam habeat naturalem, Ang. in l. ſi apes. §. item conſtat, col. 2. verſ. in bonæ fidei autem poſſeſſore. D. de fur. ſum. Ang. in ver. præſcriptio, col. 5. verſ. utrum poſſeſſio ciuilis, practi. Papi. in for. reſpon. rei conuen. in ver. præſcriptionis, col. 6. verſ. quæritur ex qua; Ancha. in cap. poſſeſſor, ante fin. verſ. ultimò eſſet hic, de reg. iur. in 6. iterum Fely. in cap. vigilanti, col. antep. verſ. limita ſeptimò, de præſcrip. iterum etiam Balb. in tracta. de præſcrip. parte tertia tertiæ partis principalis, quæſtio. etiam 3. eademque ulti. col. pri. & 2. ubi & ipſe declarat an id in præſcribendo uſufructu aut feudo procedat, & iterum in tertia etiam parte ſextæ & ultimæ partis principalis, quæſtione 3. cir. fin. Pau. Pariſi. in conſ. 27. in præſenti conſultatione, col. 23. verſ. & ſuperius dicta, lib. pri. & ipſum etiam Tiraq. in tracta. præſcrip. in gloſ. 5. col. fin. verſ. ſed parùm abfuit.

264 ℭ Sed tenendo opinionem Alex. quam Aret. communem aſſeruiſſe uidetur, & quam nos quoque ſupra probauimus, poteſt probabiliùs dubitari; itaque ſciendum eſt, Docto. in d. l. pri. §. ſi vir vxori. D. de acqui. poſſeſ. excepto Crot. ibi omnes conuenire, prohibita per ſtatutum alienatione, uſucapionẽ quoq; & præſcriptionẽ prohibitã cenſeri: quod probatur per tex. ab Alex. ubi ſupra in id adductũ in l. alienationis, in prin. D. de verbo. ſigni. in l. ſi fundum. D. de ſun. dota. in l. ubi lex, in prin. ubi glo. & Doct. D. de uſuca. quibus addo ipſum quoque Alex. in conſ. pri. ponderatis, col. fin. verſ. præterea ſtatutum, lib. 4. ubi de communi opinione fidem facit, cum alijs mult. concor. per Andre. Tiraq. adductis in tracta. retrac. titu. pri. §. pri. in glo. 9. num. 247. ita tamen ut illi addere poſſis Azo. in ſum. C. ſi quis igno. rem mino. eſſe, ſi. decre. compa. Calca. in conſ. 16. uiſis, col. 10. verſ. & ideo dicunt Docto. Io. de Plate. inſti. qui. alie. lic. uel non, in prin. col. 2. verſ. item an quando res dotalis, & ibi Hippo. Rimi. num. 126. & 127. iterum Alex. in conſ. 74. circa primum, col. fin. cir. fin. lib. 3. Rui. in conſ. 41. de duobus, col. 9. verſ. ſed tamen præmiſſis, qui id intelligit procedere in præſcriptionem longiſſimi temporis, lib. pri. Balb. in tracta. præſcrip. parte quarta quartæ partis principalis, quæſtio. xviij. nu. 4. Andre. Alcia. in d. l. alienationis, in ver. vſucapionem, de verbo. ſigni.

265 ℭ Sed contrarium, vt diximus, tenet Crot. in d. §. ſi vir vxori, col. 3. quantùm ſcilicet ad caſum noſtrum pertinet, dum aliud eſſe, inquit, in ſtatuto ſimpliciter prohibente bona in forenſem alienari, quo caſu præcedentem dicit concluſionem procedere, & aliud in pupillo qui non ſimpliciter alienare prohibetur, ſed ſecundùm quid, ſcilicet ſine iudicis decreto, quo

ſit ut eius res præſcribi poſſit, ſecundùm Bar. doctri. in l. fina. col. 4. ſed uerius eſt 3. verſ. ſed regula. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. ſecundùm quam Crot. diſtinctionem ex ſupraallegata Bar. doctrina ſumptam, dicendum uideretur in noſtro quoque ſtatuto præſcriptionem prohibitam non cenſeri, cùm & hoc ipſum ſtatutum permittat mulieri rei ſuæ alienationem, ſeruata ipſius ſtatuti forma. Et addo hoc idem quod Bar. ubi ſupra, uoluiſſe etiam Iaco. de Are. & Cyn. in d. l. fin. & ibi Bal. col. pri. verſ. item no. in iſta, qui hanc dicit eſſe ueritatem, & Ang. col. fin. verſ. quarta & ultima doctrina, & iterum ipſum etiam Bar. in l. filiuſfamilias. §. diui, col. fin. verſ. quæro utrùm res prohibita, & ibi Rapha. Cuma. col. pen. verſ. item circa ſecundùm, & clarius Alex. col. antep. verſ. tetigit hic Bar. an res prohibita, & ibi etiam Iaſ. quantùm ad caſum noſtrum, in pri. lectu. col. pen. verſ. duodecimò quærit Bar. & iterum in ſecun. col. etiam pen. verſ. eiuſdem quoque initij, Io. Crot. ſub num. 137. Franci. Rip. num. 113. Ambro. Opizo. in repe. num. 52. & Ferdi. Loaz. etiam in repe. num. 191. D. de leg. pri. Bal. in l. pri. col. 6. num. 19. cir. fin. C. de ſer. fugi. in l. pri. in fi. C. ſi aduer. uſuca. Corn. in conſ. 294. uidetur prima facie, col. fin. cir. prin. ubi communem hanc dicit opinionem, lib. 3. Fely. in cap. cum non liceat, col. 3. verſ. inquantum Abb. melius, de præſcrip. de quo etiam per Imo. in l. Celſus, cir. med. D. de uſuca.

266 ¶ Sed ſupraſcriptam Bar. doctrinã intelligit & declarat Abb. in d. cap. cum non liceat, col. 4. verſ. quandoque res non prohibetur ſimpliciter, de præſcrip. procedere, interueniente bona fide, & excluſo iuris errore, & ſi præſcriptio ſua habeat comitantia, puta ſi quis emerit rem eccleſiæ exiſtimans capituli conſenſum interueniſſe, qui tamen non interuenit, uel ſi putauerit uenditorem maiorem eſſe, qui tamen minor erat: ſecus ſi errauerit in iure, credens minorem ſine decreto, uel prælatum ſine conſenſu capituli alienare poſſe, per tex. in l. 2. §. ſi à pupillo. D. de uſuca. pro empto. & ſequitur ſum. Ang. in ver. præſcriptio, col. 9. verſ. undecimò res.

267 ¶ Verùm Balb. in tracta. præſcrip. parte quinta quintæ partis principalis, quæſtio. iiij. hanc Abb. declarationem reprobat, quatenus, ſecundum eum, uoluit rem minoris aut eccleſiæ præſcribi non poſſe, niſi requiſitis ſolennitatibus concurrentibus, quia ſi requiſita, inquit Balb. interueniant, de præſcriptione tractandũ non eſt, præſuppoſito quòd res ſit minoris aut eccleſiæ, quoniam per contractum ſolennem certum eſt dominium transferri, unde in re ſua cadere nõ poteſt præſcriptio. l. ſequitur. §. lana. D. de uſuca. Si uerò aliena ſit res, & uendita fuerit tanquam pupilli aut eccleſiæ, & tunc non dicitur quis præſcribere contra minorem aut eccleſiam, ſed contra dominum: unde Balb. ipſe, ubi ſupra, col. pen. verſ. idem quando res eſt prohibita, aliter quàm Bar. & Abb. concludit, uidelicet quòd in re ſine certa ſolennitate alienari prohibita, ut pupilli & adulti, non currat præſcriptio abſque illa ſolennitate, ex quo titulus eſt nullus, allegat l. non eſt ignotum. C. in qui. cau. ceſ. lon. temp. præſcrip. ſed uoluit allegare. l. non eſt incognitum. C. qui. non obij. lon. temp. præſcri. præſcribatur tamen ſpacio xxx. annorum res adulti, non etiam pupilli, ut nota. in d. l. non eſt incognitum, & in l. bonæ fidei. D. de acqui. rer. domi. de quo tamen, quando contra adultum aut pupillum currat præſcriptio, latiùs ſe dixiſſe refert in eodem tracta. præſcrip. parte prima ſextæ & ultimæ partis principalis, in

23. caſu, hæc ille eo in loco, quantùm ad id de quo tractamus, ubi tamen infideliter refert Abba. vbi ſupra, velle rem minoris aut eccleſiæ præſcribi non poſſe, niſi concurrentibus requiſitis ſolennitatibus, quia immò, quo ad conſenſum capituli & decretum iudicis, totum contrarium ſentit Abb. dum exemplum ponit, quando quis rem eccleſiæ emit, putans conſenſum capituli interceſſiſſe, qui tamen non interceſſit, vel quando putauit venditorem maiorem eſſe, qui tamen minor erat, quibus caſibus dicit præſcriptionem currere, vti eum ſupra retulimus. Nos autem pro clariori doctrina quatuor conſtituemus concluſiones.

268 ℂ PRIMA ſit, vbi alienatio non fit per ipſum minorem, aut mulierem, aliumue ſine certa ſolennitate contrahere prohibitum, ſed per extraneam perſonam, uel per tutorem aut curatorem, ſed non tutorio aut curatorio nomine, ſed proprio, et tunc alienatio ualet in præiudicium alienantis, & ideo curret præſcriptio, interueniente tamen bona fide, ſed in præiudicium minoris uel alterius prohibiti, cuius res alienatur, non ualet, & ideo contra eum non curret præſcriptio, donec durabit minor ætas, & ſic alienationis prohibitio, per tex. iam allegatum in d.l. non eſt incognitum .C. qui non obij. lon. temp. præſcri. cum quo concordat tex. in l.pri. & in l. fin. C. ſi quis igno. rem mino. eſſe, & ita uoluerunt Cyn. in l. fin. & ibi Saly. col. 2. verſ. quartam uerò examinemus, & Caſtr. col. 2. verſ. nec ob. illa l. ſi fundum. C. in qui. cau. in inte. reſti. non eſt neceſ. & tangit etiam aliquid idem Saly. in l.uni. col. 2. verſ. in contrarium facit. C. ſi aduer. uſuca.

269 ℂ Ad quod facit, quod in ſimili dicimus de bonis fideicommiſſo ſubiectis, ideoque alienari prohibitis, quæ licèt præſcribi non poſſint. l.fina. §. fina. C. commu. de lega. fallit tamen ſi non per prohibitum alienare, ſed per extraneum alienentur, ſecundùm Bal. in l. 2. cir.fin. & ibi Cepol. num. 39. col. illius num. 2. C. de uſuca. pro empto. eundem Bal. in conſ. 4. in cauſa Baſilij, cir.fin. lib.4. Caſtr. in d.l. fin. §. ſed quia, col.3. verſ. aduerte tamen, & ibi Iaſ. col. etiam 3. in 3. item nota. C. commu. de lega. Alua. in cap. pri. §. hoc quoque, col.fin. verſ. & pro confirmatione, & ibi Cardi. Alex. col.3. verſ. ſed utrùm contra, de ſucceſ.feu. Corn. in conſ. 304. rem arduam, col. 12. verſ. & per patronum, & col. ſeq. lib. 3. Crot. in rep. l. filiusfamilias. §. diui, num. 143. & ibi Rip. num. 115. & Ferdi. Loaz. num. 191. cir. med. verſ. ſecundò limitatur, qui communem hanc dicit opinionem. D. de lega. pri.

270 ℂ SECVNDA ſit concluſio lxxiij. quæſtionem afferens: ubi alienatio fit per prohibitum alienare, & emptor ſcit contractum eſſe nullum, & ſine dubio dicendum eſt eum præſcribere non poſſe, cùm in mala ſit fide, cap. poſſeſſor malæ fidei, de reg. iur. in 6. cap. uigilanti, cap. ſi diligenti, & cap.fina. de præſcrip. & facit tex. in l. ſi fur. §. pri. D. de uſuca. ubi qui putat ſibi per leges non licere uſucapere, etiam ſi erret, non uſucapit, quia in mala eſſe fide dicitur, & not. in ſimili Azo. in ſum. C. ſi quis ignorem mino. eſſe, ſine decre. compa. cir.fin. Bar. in conſ. 119. dominus Dominicus, col. pri. verſ. nec ob. ei curſus, par. pri. Abb. in conſ. 34. attingam, col. pri. verſ. prædicta puto, lib.pri. in conſ. 19. ad huius caſus, col. 2. verſ. ſecundum caput, lib. 2. Caſtr. in conſ. 429. in quadam informatione,

col.

col. pri. poſt prin. lib. pri. Rui. in conſ. 204. pulchra eſt, col. pen. verſ. non obſt. etiam illud, lib. pri. cum ſimili. quæ adduci poſſent.

338 ℭ Poſſent etiam quodammodo opiniones concordari, eorum ſententiam qui tenent ius uindictæ ad mulierem non pertinere, intelligi de extraiudiciali uindicta, armis ſcilicet facienda, contrariam autem de iudiciali per accuſationem intentanda, ſecundùm Ang. in conſ.289. viſo facto & ſtatutis, col.pri. poſt prin.de quo conſ. meminit etiam Tiraq. vbi ſupra,& præterea eundem Ang. in addi.Bar. in l.pri. in fi.C. de his qui ſe defe. lib. 10. vbi Lombardam ſic, inquit, legem per gloſ.præallegatam loqui, Aret. in d.l.pro hærede.§. fin.col.2. verſi.extra glo.inducit hic Ang.D.de acqui. hæredi. in d.l. ſi filius qui patri, col. pen. verſi. addit tamen Ang. Fely. in cap.cùm oporteat, col.5.verſi. nunquid autem inimicitia, de accuſa. Deci. in conſ.531. accuratè & diligenter, col.2.in prin. verſi. & ex his comprobatur, in cap.in præſentia,col.33. verſi. in primis attenta, ſub num.57. de proba.Boe. in d. deciſio.121. num.3. Folle. in ſua prac. crimi. in ver. audiantur exceptiones proponendæ per eos, num.23.

339 ℭ Qua diſtinctione retenta, inueſtigandum eſt, vtrum pax & remiſsio quæ fit delinquenti tanquam extraiudicialis, an verò uti iudicialis vindicta ſit conſideranda: quo in dubio Deci. in d.cap. in præſentia, de proba. quo loco cum ſupra citauimus tanquam extraiudicialem aſſerit eſſe conſiderandam, citans Ang. in d.conſ.289. qui tamen id non dicit, ſed illud tantùm quod ſupra retulimus, ideo huic Deci. dicto nos non accedimus, vti nec accedere uidetur Boe. d.deciſio.121. num.3. poſt prin. dum eius opinio. in d. cap. in præſentia, reprobat: Ad quam Deci. opinionem reprobandam nos illud mouet, quòd leges uolentes hæredem mortem defuncti uendicare, de iudiciali vindicta per accuſationem facienda intelliguntur,ſecundùm glo.in l.pri.in glo.pri.& ibi Guili.Cun.Bar.in pri.oppo. Ang.in pri.ver. Saly.in pri.etiã oppo. Caſtr.col.2.verſi.in glo.pri. ibi non ſua, Corn. col.pri. verſi.in glo.pri. ibi accuſando, Iaſ. col.2. verſi. no. ex prima parte.C. de his qui.vt indi. eundem Iaſ.in l.pri. col.5. verſi.tertiò facit.C.de ſer.fugi. Crauet.in conſ.119. quæritur, col.2.verſi. alij autem cõiuncti, lib.pri. Et quia pacem & remiſsionem facientes ſolent communiter promittere etiam de non agendo, ideoq. ſuper huiuſmodi pace à muliere habita per Senatum Mediolani controuerſiã fieri vidimus nunquam: & quam opinionem poſſe fœminam pacem facere de ſtylo curiæ Franciæ in pace pro nece patris & fratris facta ſeruari inquit Boe. in d.deciſio.121. & quæ in hoc quoque Mediolani dominio obſeruatur.

340 ℭ Sed an hæc opinio procedat quando plures eſſent hæredes, inter quos fœmina adeſſet, an ſcilicet eo quoque caſu eius vox ſit requirenda, & quid ſi diſcordent, videbis Bal. in l. cùm inter, cir. fin.C. de fideicom. liber. Floria.in l.per. fundum.D. de ſerui.vrba.prædio. Imo. in d.l. ſi filius qui patri, col. pen. verſi. hoc tamen limitat Ang. iuncto verſi. item quod dixit Ang.& ibi Alex.col.pen.verſi. limitat tamẽ Ang.D.de vulg.& pupil. Ang.Areti. in d.trac. male. quo loco eum ſupra citauimus, & ibi Augu.de Ari. in illius additio.Ang. in d.l.4.§.Cato,paulò ante fin.& ibi Roma.col.

pen

pen. verſi. bene tamen credo, Iaſ. col.antep. verſi. vel niſi in maiori, & ibi Clau. Aquen. col.fin. in prin. verſi. item prædicta etiam intelligit,& verſi. ſubijcit tamen, Bal.Nouel. col.fin. verſi.tertiò limita, & Fran.Rip. cir.fin. D.de verbo.obliga. Deci.in conſ.531. accurate, col.2. verſi.& ex his,dum allegat Bal. vbi ſupra, eundem Deci. in cap. in præſentia, col.33. verſi. & ideo ſi duo, de proba. appo. Fran. Areti.in d.l.pro hærede, col. antep. in ver. pœna.D. de acqui.hæredi. Pari.de Pute. in d.trac. ſyndi. quo loco eũ ſupra citauimus, Care. in prac. crimi.§. circa, ſub num.381. ita tamen vt non omittas tex.in l.fin.D. de fid.inſtru. probantem ſi de tabulis teſtamenti deponendis cõtrouerſia ſit,marem præferri fœminæ: quod & in teſtibus diſcordantibus obſeruatur ſecundùm Fely. in cap.in noſtra,col. pen.verſi. & præferuntur maſculi de teſti. allegantẽ Bal. in l.pri.D. de Senato. qui id non dicit,ſed alia quædã ſimilia,& inter cætera,moriente patrono eccleſiæ relictis filio & filia in præſentatione diſſentientibus, maſculum fœminæ præponendum, quod maximè pertinet ad hanc rem de qua tractamus.

341 ℭ Sic itaque noſtrum ad inſtitutum redeundo dicendum videtur, mulierem poſſe pacem facere omiſſa ſtatuti huius ſolennitate, argumẽto eorum quæ ſcripta reliquit Abb. in conſ.108. illud in effectu, per totum, lib. 2. minorem à ſtatuto ſine decreto iudicis prohibitum contrahere, poſſe tamen ſine eo pacem & remiſsionem facere, quem ſequitur Iaſ. in l. pactũ curatoris,ante fin. verſi. item adde tu fortiùs.C.de pac. Et eorum quæ voluiſſe videtur Rip. in d.l.4.§. Cato,in fin. ver.D. de verbo.obli.prodigum, cui bonis ſit interdictum, poſſe tamen pacem facere.

342 ℭ Ego tamen rectiùs arbitror ſic eſſe diſtinguendum, quòd aut mulier vult pacem facere tanquam tutrix puta filiorum, & facere poterit ſecundùm Gandi.in tract. male.in rub. de tranſac. & pac. in male.facien. in vlti. quæſtio.incipi. ſed pone quòd filij, col.6.verſi.item pone quòd Titius percuſsit, qui loquitur in terminis iuris communis, quod an procedat ſtante hoc quoque ſtatuto,dicemus infra in gloſ.3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio.xj. & xij. vbi tractabimus an hoc ſtatutum cenſeatur etiam prohibere mulierem tutricem eſſe, & ſe tutorio nomine obligare, vbi uidendum eſt, quia ab hoc pendet hic articulus. Illud tamen te lector moneo, licèt Gandi. vbi ſupra, concluſionem, quam ex eo retulimus, procedere intelligat, modò non ſit certum eum cui ſit pax ipſum homicidium commiſiſſe, communiorem tamen eſſe opinionem, in tutore ſolùm inſpiciendum an pax ipſi ſit pupillo vtilis, nec ne, vt paulò poſt dicemus, ſub num. 347. incipi. pro hac autem ſententia.

343 ℭ Aut uerò mulier vult pacem facere nomine proprio, & tunc aut addit iuſiurandum de non contraueniendo, & non eſt dubitandum pacem ſic factam valere, licèt omiſſa ſtatuti ſolennitate, per ea quæ dicemus in fine,quæſtio.ij. & ita etiam in ſimili voluit Abb. in d. conſ. 108. poſt prin. verſi.primò ratione iuramenti, lib.2. quem ſequitur Deci. in d. l. pactum curatoris, ante fin. verſi. & iſta concluſio.C. de pac.

344 ℭ Si verò mulier nullum præſtat iuſiurandum, & tunc aut intermiſcet pœnæ ſtipulationem, & non valet pax quo ad ipſam pœnam, & ita in dicto ſtatuto prohibente minorem ſine decreto iudicis alienare,voluit Abb.

in d. conſ.108. cir.fin. verſi. fateor tamen, lib.2. qui licèt ſubdat, firmam tamen manere pacem, quoniam vtile per inutile in ſeparabilibus non uitiatur, reg.utile, de reg.iur. in 6. cap.dilectus, pri.de præben. cui addimus quæ & nos dicemus infra in glo.5. in ver. aſcendentibus à libris x. Imper. ſupra quæſtio.pri. in hoc tamen tu dic vt infra.

345 ¶ Pro qua etiam opinione facit, quòd licèt tutor de nece patris pupilli pacem facere poſsit quando in illius vtilitatem cedit, vt dicemus infra nu. ab hinc 2. incip. pro hac autem ſententia, non poteſt tamen pœnalem ſuper ea ſtipulationem interponere, ſecundùm Bal. in d.l. pactum curatoris, cir.fin. & ibi Saly. ante fin.verſi. & ex hoc inferunt quidam.C.de pac.eundem Bal. in l.iurisiurandi gratiam, cir. prin.D. de iureiu. quos & nos ſequimur, quanuis reclamet Deci. in d.l. pactum curatoris, cir. fin. per dictum Ang.in l.2. poſt prin. verſi.poteſt etiam aliter.D. de iuris. omni. iudi. vbi inquit habentem à Principe poteſtatem vendendi bona fiſcalia, poſſe omnia quoque pacta pœnalia ſecundùm morem regionis apponere: ad quod reſpondeo verum non eſſe, generalem adeſſe conſuetudinem apponendæ pœnæ in contractu pacis, & ſi adeſt non eſt vniformis, quo caſu nõ procedit illud Ang. dictum, ſicuti ipſum limitauit ipſemet Deci. in l. vt liberis, col.3. verſi.reperio tamen.C. de collatio. vbi tamen illud allegat in titu. de iudi. apud quem etiam Deci. videbis nonnullos ſimpliciter quoque contra Ang. tenuiſſe.

346 ¶ Si autem ſimpliciter mulier pacem facit, & nos exiſtimamus inualidam eſſe huiuſmodi pacem ſine ſtatuti ſolennitate celebratam, non obſtãte Abb. dicto in d.conſ.108. lib.2. quoniam ipſe loquitur quando ſtatutũ prohibet tantùm contractum, ſed pax non videtur contractus, cùm hinc inde non naſcatur obligatio, vt ibi Abb. deducit. At ſecus eſt hoc in ſtatuto, quod non ſolùm contractum mulieri interdicit, ſed etiam generaliter obligationem & alienationem ex quaſi quoque contractu & diſtractu prouenientem, necnon & iurium ſuorum renuntiationem: conſtat enim facientem pacem dici diſtrahere, remittendo ſcilicet inimico id ad quod ei erat obligatus, vt per omnia dicit gloſ. in cap. pri. in prin. in ver. à xviij. annis, poſt prin. de pac.iura. firman. quam ibi ſequuntur Docto. quos referemus infra num. abhinc 2. incipi. illud autem. Et ita in noſtro Comenſi ſtatuto huic admodum ſimili meminimus aliquando conſuluiſſe clariſsimum virum D. Apollonium Lambertengum patruum noſtrum, nihil tamen allegantem, eò quòd res ſibi nullam videretur dubitationem habere, & ita etiam ex facto ſeruari vidimus.

347 ¶ Pro hac autem ſententia adduci poteſt, quod dicitur pupillum quoque & adultum curatorem habentem non poſſe ſine tutoris aut curatoris authoritate id facere, ſecundùm Bald. in d.l.pri. cir.fin.C.de in inte.reſti. mino. ſuper quo tamen, an ſola tutoris aut curatoris authoritas ſufficiat, an uerò & iudicis decretum ſit neceſſariũ, videbis Specu.in titu. de homi. col.2. verſi. illud autem quæritur, & ibi Io.Andr.& Bal. in illius addi. ambos cir.fin. iterum ipſum Bal. in l.pri.col.2.verſi.& de minore.D.de pac.dum ſe remittit ad Specu. vbi ſupra, qui etiam allegat eundem Specu. alibi id tamen non tangentem, & ipſum quoque Bal. in rub. extra de treu. & pace, ante fin. verſi. quæritur vtrum pupillus, in l. iusiurandi gratiam, & ibi

Alex.

Alex. & Iaſ. D. de iureiu. eundem etiam Bal. in l. minoribus xxv. annis, in pri. lectu. cir. med. verſi. per hoc dicunt quidam. D. de mino. Iaco. Butriga. in l. tutoris, & ibi Ang. Saly. Caſtr. qui illam legem legit cum. §. plerunque legis reſcriptum, cir. fin. verſi. Iac. But. inducit. D. de pac. eundem etiam Butrig. in l. pactum curatoris, & ibi Bal. Albe. Saly. poſt med. verſi. ex his dicit Iaco. Butri. Caſtr. in fi. Alex. ante fin. verſi. ultimò facit hæc lex, Fran. Areti. in fin. Io. Mari. Rimi. col. fin. verſi. & ex prædictis etiam inferunt, Iaſ. poſt med. verſi. ultimò ad iſtum tex. Deci. etiam poſt med. num. 7. Clau. Aquen. cir. med. verſi. item inducitur ad aliam quæſtionem. C. eod. titu. de pac. eundem Ang. in l. Imperatores, cir. fin. D. eod. etiam titu. in l. ſi non conuitij, in fin. ver. C. de iniu. in l. in perſonam, cir. fin. principij. D. de pac. Butri. in cap. pri. in fin. ver. extra eod. titu. de pac. Abba. in d. conſ. 108. in fin. lib. 2. Alex. in l. præſes, col. pri. in fi. verſi. pro quo facit concluſio. C. de tranſac. Pari. de Pute. in tracta. ſyndi. in ver. compoſitio. verſi. ultimò circa prædicta, col. 2. verſi. & quando ipſi hæredes, Nel. in trac. Banni. in tertia parte ſecundi temporis, quæſtio. xxxij. Crot. in l. 4. §. Cato, char. fin. col. 2. verſi. primus eſt caſus, & col. ſeq. num. 167. D. de verbo. obliga. quibus in locis Docto. communiter concludunt, poſſe tutorem pacem facere, ſi pupillo expediat aut propter imminens armorum periculum, aut aliter, & ſic intelligere videntur etiam ſine iudicis decreto, vti expreſsiùs inquit Nel. vbi ſupra: Et quam opinionem magis communiter teneri aſſeruit Abb. in d. conſ. 108. in fin. lib. 2. Et faciunt quæ dicemus infra nu. 371. incipi. immò & illud, hac eadem glo.

348 ℭ Illud autem omnino memoriæ mandabis, pacem & concordiam in dubio præſumi expedire, vt voluit Bald. in addi. Specu. in titu. de homi. cir. fin. cui conſonat quod à Cyn. traditum eſt, in l. pri. C. de in inte. reſti. mino. minorem ob pacem factã non reſtitui, eò quòd læſus dici non poſſit: quem ibi ſequitur ipſe etiã Bal. cir. fin. & Albe. in rub. C. eo. titu. Deci. in d. l. pactum curatoris, in fin. ver. C. de pac. Care. in prac. crimi. in d. §. circa, num. 380. Afflic. in conſtitu. Sici. incipi. minorum iura, col. 3. verſi. an autem minor, ſub num. 6. & iterum in cap. pri. §. iniuria punitur, col. fin. verſi. & intantum, de pac. iura. firman. vbi tamen limitat, niſi petatur reſtitutio aduerſus dãna & intereſſe, quod & per omnia ſequitur D. Fran. Craſ. in cõmen. ſuis editis ſuper decreto gratioſo poſito ante nou. cõſtitu. ſtatus Mediolani, in glo. in ver. remiſsionem & pacem, cir. fin. qui in id etiam citat Luc. de Pen. in loco de quo ibi per eum, ſublimitans tamen Craſ. poſt Andre. de Iſer. quem allegat, niſi etiam damna ipſa & intereſſe minor remittat, ſubijciens etiam, tutiorem tamen eſſe viam, quam ipſe dicit ſe practicaſſe, vt ad tollendas difficultates omnes, remiſsiones minorum fiant cum diſpenſatione Senatus, & conſenſu agnatorum proximiorum, quod dictum aliquando vidimus ab aliquibus in practica allegari, pacem & remiſsionem à minore abſque Senatus diſpenſatione factum non valere, quod non dicit Craſ. ſed tantùm tutius eſſe eam adhibere ad tollendam omnem dubitationem, ſed fruſtra per litteras impetratur quod iure communi conceditur; Quæ opinio, minorem damna etiam & expenſas ſpecialiter remittentem non reſtitui, maximè procederet ſi iuramentum interueniret, prout ſolet communiter interuenire, vti & nos practicamus per ea quæ diximus ſupra num. ab hinc 5. incipi. aut verò mulier quod intelligimus procedere non ſolùm in maiore xviij. annis, quam æta

tem in pace iuranda videtur requirere tex.in cap.pri. in prin. de pace iura. firman. ſed etiã in omni pubere,immò & in impubere doli tamen capace, per ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio.ix. Nec refragatur tex. in d. cap. pri. quia ſolùm diſponit qua ætate teneatur quis iurare Imperatori de obſeruanda ei generali pace, & locum non habet in iuramento pacis ſpecialis cum inimico ipſius minoris factæ, vt eſt de mente glo. ibi in ver.à xviij. annis, poſt prin. quam ibi ſequuntur Bal. cir.fin. verſi. quærit ergo gloſ. & Præpo. Medio. col.fin. verſi. quæro cum dicta glo. vbi etiam quantum ad hoc ſequi videtur & Alua. col. pen. verſi. op. cum glo. licèt quantùm ad pœnam illius cap. incurrendam teneat contra, poſt Andr. de Iſer. ibi & rectè. Quæ glo. licèt loquatur in pubere, idem tamen eſt in impubere doli capace, ſecundùm communiorem Doctorum opinionem à nobis firmatam infra in fine, quæſtio.ix. Immò ſi d.cap.pri. aliud diſpoſuiſſet, non ſeruandum ſcilicet pacis iuramentum à minore xviij. annis præſtitum, non eſſet ſeruandum per nota. in cap. cum contingat, de iureiu. cum ſimili. per nos adductis infra in glo.8. in ver.mariti, num.93. incipi. prætereà non omnino, & mult.ſequen. Ex eo autem Bald. dicto in additio. Specu. ſupra allegato, dicendum videretur mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate poſſe pacem facere, cùm vtiliter contrahere ſola non prohibeatur, vt dicemus in fine, quæſtio.50. niſi reſpondeas ex his quæ diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio.viij. & x. vtrobique in fin. ſecundò etiam dicimus illud Bal.dictum procedere quando quis remittit odium & inimicitiam non remiſſis ſpecialiter damnis & expenſis, per ea quæ ſupra diximus,& ita probat tex. per Bal. allegatus in l. de fideicommiſſo, licèt ipſe mendosè alleget hoc initio, ſi fideicommiſ.C. de tranſac. dum loquitur in minore & maiore inuicem remittentibus ius fideicommiſsi reciproci ſub conditione, ſi alter ſine liberis deceſſerit, relicti, per quod minor læſus dici non poteſt.

349 ℭ Ad dictum autem Rip. in d.l.4.§. Cato, in fi.D. de verbo. obliga. reſpondeo, Rip. illud non firmare, cùm ſe remittat ad dicenda per eum in l.is cui bonis, eod.titu. vbi tamen id non tangit: & contrarium immò curatoris ipſius prodigi authoritatem requiri, ſicuti & in pupillo & adulto curatorem habente, voluit Bal.in l.pri. cir.fin.C.de inte. reſti. mino.

350 ℭ Et prædictam opinionem procedere arbitramur etiam ſi, vt diximus, aliud extet ſtatutum delinquenti pacem ab hæredibus offenſi habenti pœnam minuens, rationibus quas in fortioribus terminis adduximus ſupra lxxxvij. quæſtio. de quo non eſt dubitandum quando ſtatutum de pace habenda non loquitur expreſsè ſi à muliere quoque habeatur: ſi autem id exprimit,& adhuc idem dicimus, vbi non addit, non obſtante aliquo alio ſtatuto, per dicta vbi ſupra: ſi aũt id addit, videbis in ſimili ſtatuto Alberi. in tracta.ſtatu.parte 2.quæſtio.xxx. incipi. item dubitatur ſtatuto antiquo.

351 ℭ NONAGESIMO quæro, an ſine huius ſtatuti ſolennitate poſſit mulier ſe ex delicto vel quaſi obligare: Quam quæſtionem latè tetigit Andr. Tiraq. in d.tract. de legi. connubia. gloſ.5. quæſtio.xiij. vbi concludit poſſe, ſed ita vt iuribus mariti (de cuius conſenſu in contractu vxoris tantùm requiſito loquitur) quæ in bonis vxoris habet conſtante matrimonio, non præiudicetur, ſi fortè ſupponamus mulierem tale delictum committere, quod bonorum confiſcationi locum faciat. Quam opinionem

Tiraq.

Tiraq. intelligit procedere non ſolùm ſi ſtatutum loquatur per verbum contrahere, quo caſu exiſtimat quæſtionem non habere dubitationẽ, ſed etiam ſi per verbum obligare, poſt alios quos allegat, vbi dùm allegat Alex. in l. more, col.5. de acqui. hære. voluit allegare col.2. verſi. ſubdit etiam Raph. & dum citat Matthæ. nota.148. nota quòd eſt differentia, veriùs eſt nota. 168. quod etiam, vltra per eum adducta, addimus voluiſſe Curti.iuni. in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, col.12. verſi. quartò limitatur. D.de pac. Nico. Boe. in conſue. Bituri. titu. pri.§.4. in glo. in ver. en cas deſces, in prin. & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§. pri. in gloſ. in ver. contraulz entre les viſz, col.4. verſi. ſextò limita, & Ferro. in cõſue. Burdiga. titu. de ſta. & iu. perſo.§.3. col.6. verſi. in criminalibus ſanè, & in ſimili quoque noſtro Comenſi ſtatuto prohibente minorem ſine conſenſu patris obligari, conſuluit Signo. in conſ.49. in quæſtione vertente, col. fin. verſi. & ſi aliter diceretur, vbi tamen animaduertas quòd dictum noſtrum Comenſe ſtatutum, quod eſt ſub cap.67. in ciuili. generaliter loquitur de filiofamilias, vt non poſsit obligari ſine conſenſu eius in cuius poteſtate eſt, quod & ſtatutum eſt hîc Mediolani cap.416. infra eod. vol.

352 ℂ Verùm hîc quoque latiùs putamus diſtinguẽdum, videlicet quòd aut loquimur quò ad pœnam corporalem, & dicendum eſt poſſe mulierem obligari, quoniam ſtatutum hoc bona tantùm & res mulieris non etiam perſonam concernit, vt diximus ſupra hac etiam gloſ. quæſtio.vij. ſub nu. 12. incipi. accedit prædictis, vbi & ex hoc aſſeruimus poſſe mulierẽ prætermiſſa huius ſtatuti ſolennitate religionem ingredi. Et ita in prodigo, qui licèt prohibeatur ſine authoritate curatoris bona ſua obligare, poſsit tamen ob delictum puniri corporaliter uſque ad mortem, voluit Bal. in l. furioſum, in fi.C. qui teſta.fac.poſ. Ang. in l.Fulcinius.§. adeò, in fi. D. ex qui.cau. in poſſeſ.ea. Alex. in l. is cui bonis, col.4. ſub num. 22. (dum ipſum Bal. allegat) & ibi Iaſ. col.9. verſi. confirmo iſtam concluſionem, & Rip. col.11. ſub num.53. D. de verbo. obliga.

353 ℂ Aut verò loquimur quo ad pœnam pecuniariam, & tunc aut ſumus in delictis in omittendo & negligendo, & arbitramur eam non obligari, quoniam ita conſtitutum eſt in prodigo, (cuius argumento mouentur hi qui ſimpliciter tenent ipſam mulierem in delictis obligari) ita enim voluit Bal. vt ab alijs allegatur, licèt in meo codice id non reperiam dicere, in d. l. is cui bonis, & ibi veriùs Ang. cir. med. verſi. hîc quæro an obligetur prodigus, vbi ex hoc dicit prodigum, tutorem intra annum filio non petentem, illius tamen ſucceſsione non priuari, & ibi per omnia Rapha. noſter Cuma. cir. fin. verſi. ſed quid de delicto commiſſo in negligendo, Roma. col. pen. verſi. vlteriùs inquantùm Bart. hîc Imo. col. pen. verſi. quæro nunquid prodigus, Caſtr. in fin. Alex. col.4. verſi. quærit etiam Bar. qui ex hoc quoque inquit prodigum mortem defuncti non vindicantem excuſari, Areti. col. fin. verſi. in gloſ. vlti. Iaſ. col.9. num.17. & 18. Rip. col.11. num.53. & 54. qui tamen opinatur ſpectandam negligentiæ & perſonæ ipſius prodigi qualitatem, ex hoc inferens ſi donatori alimenta negaret, cum vt ingratum eſſe donatione priuandum, tanquam hoc ſit contra prodigalitatis vitium, iterum Ang. in l. ſi quis in tantam, col. pri. verſi. in tex. ibi non reſtituitur, iuncto verſi. in ea. ibi in prodigo. C. vn.vi. Cagno. in l.furioſi, num.13. D. de reg.iur. dum allegat Areti. & Iaſ. vbi ſu-

pra:

pra : & probatur hoc in l. Fulcinius.§. adeò, iuncto verſi. idemque.D. ex qui.cau. in poſſeſ.ea. vbi prodigus ob latitationem venditionem non patitur, & ibi etiam hoc tradidit idem Ang. in fi. cum alijs iuribus à Caſtr. adductis in d.l. is cui bonis, ita vt illi addas tex. in l. minoribus.C. de his qui vt indi. probantem idem quoque in minore eſſe conſtitutum, vt ſcilicet in delictis in omittendo pecuniariter non puniatur.

354 ℭ Quò verò ad delicta in faciendo dicendum videtur, mulierem pœna non poſſe pecuniaria cohereceri, exemplo quoque prodigi, ſecundùm gloſ. in d.l. ſi quis in tantam, in gloſ. mag. poſt prin. verſi. ſextò de furioſo.C. vn.vi, dum loquitur in caſu illius legis, cuius hi ſunt termini, & clariùs id voluiſſe videtur Bar. in d.l. is cui bonis, col.2. verſi. quæro nunquid prodigus, dum inquit oſcitanter tamen illam gloſ. ſupra allegatam verum dicere in his quæ alienationem reſpiciunt, vbi etiam ſequi videtur Alex. col. 4. verſi. quærit etiam Bart. dum ipſum Bart. refert, nec expreſsè reprobat.

355 ℭ Verùm & in prodigo contraria communior eſt opinio, quam tenuit Bar. ſibiipſi contra morem ſuum contrarius, in d.l. ſi quis in tantam, col.3. verſi. quæro an prodigus, dum illam gloſ. reprobat, inquiens per Cyn. quoque, Iaco. de Are. alioſque communiter reprobari, & ibi Bal. col.3. verſi. quid de prodigo, Ang. col.pri. verſi. in ead. ibi in prodigo, qui etiã dicit illam glo. ab omnibus reprehendi, Saly. col.3. in viij. quæſtio.C. vn. vi, Imo. d.l. is cui bonis, col.pen. verſi. nunquid prodigus, & ibi Iaſ. col.9. verſi. ſecundò quærit Bar. Clau. Aquen. col.pen. verſi. ſed in quantum Bar. qui tamen hoc verum intelligit, quando delictum dolo committitur, ſecus ſi lata culpa, ita glo. contrariam ſaluans, idem Ang. in d.l. Fulcinius. §. adeò, cir.fin.D. ex qui. cau. in poſſeſ. eat. dum illam gloſ. reprobat, & in l. ſi quis pro eo, in fin. prin.D. de fideiuſ. dum idem facit, Imo. in cap. cum contingat, col.94. verſi. nec ob. ſi dicatur, de iureiu. dum & ipſe illam gloſ. reprehendit. Quod & in minore voluerunt Lancel. Deci. in l. fina. & poſt eum eius frater Philip. col.4. verſi. in gloſ. in vér. obſeruari, & ibi Cur.iun. num.13. Purpu. col.15. verſi. etiã habet locum, & Cagno. col.18. verſi. vltimò pro limita.C. de pac. Quam & nos opinionem etiam in caſu huius ſtatuti ſequimur, quoniam huiuſmodi perſonæ hoc caſu non dicuntur voluntariè alienare, ſed ex legis diſpoſitione, vti hanc rationem in prodigo attulit & Saly. quo loco eum ſupra citauimus, quo caſu hoc quoque ſtatutum ceſſat, vt diximus ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. pri. Hinc in propoſito noſtro Caſtr. in conſ.183. (de quo ad aliud tamen propoſitum meminit etiam Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo.5. num.155. incipi. adducunt omnes) in cauſa quæ vertitur coram D. Vicario, col.2. verſi. nec obſtat ſtatutum, lib. pri. voluit ſicut prodigus ex delicto tanquam ex legali alienatione obligatur, ita quoque mulierem ex ſtatuto ſine certa ſolennitate obligari prohibitam, poſſe tamen obligari legali obligatione ex alio ſtatuto puniente fraudantem gabellas deſcendente. Et ita in ſtatuto noſtro Comi prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris ſe obligare iudicari vidimus. Intelligas tamen in muliere nupta iuribus mariti præiudicium non inferri, vti in prin. huius quæſtionis ex Tiraq. retulimus; & vide etiam omnino quæ dicemus infra in fine, quæſtio.xlvij. nu. 158. incipi. verùm animaduertendum.

356 ℂ NONAGESIMOPRIMO quæro, an hæc eadem ſolennitas requiratur quando ob delictum contra mulierem criminaliter proceditur, & requiri opinamur, cùm hoc ipſum ſtatutum in iudicijs quoque locum habeat, vt dicemus infra in glo.3. in ver.ex contractu vel quaſi, quęſtio.xvi. Et quia idem quoque eſt in minore xxv. annis, qui ſi de crimine inquiratur non dato ei curatore, non valet proceſſus contra eum factus, etiam ſi delictum confitcatur: l. clarum, & ibi Bal. & Saly. C. de autho. præſtan. idem Bal. in aut. ſacramenta puberum, col.2. verſi. modo venio ad verbum ſponte, & col.ſeq. C. ſi aduer. vendi. in conſ.310. aut mulier, in prin. lib.pri. Ang. Areti. in tract. male. in ver. comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum, col.3. verſi. necnon ſis bene cautus, & ibi Augu. de Ari. in addi. Marſi. in prac. crimi. §. nunc videndũ eſt, col.3. verſ. teneas etiam menti, vbi concor. citat, quibus in locis comperies de qua id confeſſione intelligatur, an ſcilicet & de ea quæ in tormentis præcedentibus indicijs fiat, quę omnia tu ad mulierem quoque protendere poteris.

357 ℂ NONAGESIMOSECVNDO quæro, an poſſit mulier ſola promittere de vendendo quidpiam, aut ſe obligando: qua in quæſtione dicendum eſt non poſſe, ne id quod directo prohibetur per indirectũ concedatur contra regulam cùm quid vna via, de reg. iur. in 6. & ita poſt Caro. Rui. & Philip. Deci. in eadem facti ſpecie conſulentes, voluit And. Tiraq. in tracta. de legi. connu. glo. 5. quæſtio. 25. num. 220. quam quæſtionem minus dubitationis habere arbitramur in caſu noſtro quàm in caſu Deci. Rui. & Tiraq. cùm hoc noſtrum ſtatutum magis generaliter loquatur quàm facerent ſtatuta de quibus ipſi loquuntur.

358 ℂ NONAGESIMOTERTIO quæro, an poſſit mulier compromittere non ſeruata ſtatuti huius ſolennitate: quam quæſtionem in ſtatuto prohibente mulierem ſine conſenſu propinquorum contrahere, tetigit Lanfran. Oria. in tracta. de arbi. parte quinta, quæſtio. item quinta, vbi inquit, non poſſe, etiam ſi iuſiurandum addat, citans in id Bal. in aut. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi. & in cap. cùm contingat, de iureiu. quibus tamen in locis Bal. meo in libro nihil de ea re dicit: ſed ipſum Oria. nulla iuriſiurandi mentione facta refert & ſequitur Tiraq. in d. trac. de legi. connu. in glo. 5. quæſtio. xix. vbi id per multa quoque alia ſimilia confirmat.

359 ℂ Sed contra obſtare videtur quod not. Bal. in l. fin. cir. fin. verſi. & facit, vbi etiam ſequi videtur Iaſ. in fi. C. commu. de leg. emphiteotam ſcilicet, qui ſine conſenſu domini alienare non poteſt. l. fin. C. de iu. emphi. cap. potuit, de loca. poſſe tamen compromittere.

360 ℂ Verùm dici poteſt hoc Bal. dictum verum non eſſe, quod reprobauit idem Iaſ. in l. fin. col.36. verſi. nonò quæro, ſub num.119. C. de iu. emphi. in l. filiusfamilias. §. diui, in pri. lectu. col.13. verſi. ſecundò adde, & iterum in ſecun. lectu. col.18. verſi. adde etiam illud, dum ſe remittit ad dicta per ipſum vbi ſupra. D. de leg. pri. & Tiraq. in d. glo. 5. num. 204. incipi. ex quo, vbi idem dicit in vaſallo, & concordan. citat: quam etiam opinionem communem eſſe affirmat Soci. inn. in conſ.77. licèt, col.15. verſi. & licèt magna, lib. pri. Aduerte tamen lector quòd Oria. vbi ſupra, loquitur accedente quoque iureiurando, vt ſupra retulimus, pro quo facit quod voluit

Bal.

Bal. in conſ.94. viſo ſtatuto, lib.5. ſed in hoc nos ab Oria. diſſentimus per ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio.2. & illud Bal. dictum in d. conſ.94. nos quoque reprobauimus infra hac eadem glo. quæſtio. ab hinc tertia: ideoque & Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, cautè quæſtionem formauit nulla iuriſiurandi mentione facta.

361 ℭ NONAGESIMOQVARTO quæro, quid in compromiſſo neceſſario, videlicet ſi ſtatutũ extet cogens affines ad compromittendum, prout extant ſtatuta & Decreta in toto Mediolani dominio: an tunc poſſit mulier non ſeruata ſtatuti huius forma compromittere: & poſſe decidit Maran. in practi. iudi. parte ſexta, titu. de compromiſ. num.10. & 11. fol. nobis 428. loquens in ſtatuto prohibente mulierem ſine conſenſu mundualdi contrahere, vbi allegat Bal. in l.fin.§. neceſſitate, col. 3. verſi. ſed pone duo ſunt ſtatuta in ciuitate, ſub num.14. C. de bon. quæ lib. qui loquitur in ſtatuto vetante filiumfamilias ſine paterno conſenſu ſe obligare, volens ſcilicet Bal. vt tamen compromittere poſſit ſtante dicto ſtatuto de compromiſſo inter affines faciendo: & ipſum Bal. ſequitur etiam Roma. in l. ſi quis in graui.§. ſi conditioni, col.pri. verſi. ſecundò facit. D. ad S.C. Sylla. & Alex. in conſ.29. quoniam abundè, col.pri. verſi. & expreſſius, lib. pri. Et idem in ſtatuto interdicente minori certa ſine ſolennitate contrahere, uoluit idem Bal. in conſ.148. in caſu propoſito, in fin. ver. lib. pri. repe. in conſ.144. lib.5.

362 ℭ Sed & vltra prædicta facit, quòd licèt tutor voluntariè compromittere nequeat, poteſt tamen ſtante dicto ſtatuto, ſecundùm eundem etiam Bald. in conſ.96. pupillus ſine tutore, in prin. lib.5. cum alijs concordan. per Andr. Tiraq. adductis in tracta. de legi. connu. glo.8. num.195. incipi. ſuffragatur præcedentibus, & in tracta. retrac. titu. pri.§. pri. glo.13. num. item 13. incipi. quid autem: quod & præter allegata per eum voluit idem quoque Bal. in l. ſi plures, in pri. lectu. & ibi Caſtr. col. pri. verſi. no. etiam ſingulariter, Alex. col. pri. num.4. qui dicit idem etiam tenere Ancha. ibi, & Iaſ. qui illam legem legit cum.§. hodie, legis iuriſgentium, col. pen. verſi. tertiò no. D. de pac. idem Alex. in conſ.65. quoniam omne datum, col.7. verſi. idem tenuit Bal. lib.6. in conſ.254. abundè, per totum, lib.6. Areti. in l. poſſeſsionem pupillum, col. pri. verſi. & ex iſta. D. de acqui. poſſeſſ. Maran. in tracta. ordi. iudi. parte 6. in titu. de compromiſ. num.9. Rui. in conſ.97. circa primum, num.2. vol.5. Blan. in tracta. cõpromiſ. quæſtio. iij. num.39. vbi communem hanc dicit opinionem, & iterum quæſtio. xliiij. Rolan. à Val. in conſ.57. viſis iuribus, col. pri. iuncta col.3. verſi. tertiò in terminis, vol.2. Hippo. Rimi. Inſti. qui. alie. lic. vel non.§. pri. num.82. & 88. Et idem in emphyteota voluit Franc. Rip. in l. filiusfamilias.§. diui, num.94. D. de leg. pri.

363 ℭ Nos tamen his non obſtantibus diuerſa in ſententia ſumus: pro qua illud in medium adduci poteſt, quòd dicimus res alienari prohibitas ſub dicto ſtatuto de compromiſsis inter affines faciendis non comprehendi, per tex. in cap. cùm tempore, cum ibi nota. per Cano. extra de arbi. vbi Abb. col.2. verſi. & ex prædictis, id procedere intelligit etiam in his quæ ſine certa ſolennitate alienari prohibentur, vt ſcilicet ea omiſſa ſuper huiuſmodi rebus compromiſſum fieri nequeat, & not. Deci. in conſ. 39. iu-

ridicam

ridicam,col.2. verſi. ſicut ergo iſta, in conſ.282. viſo puncto, nu.3. in conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo, col.5. verſi. & ideo ille,in conſ.475. in cauſa quæ Mantuæ, col.fin.verſ.accedit,& magis in ſpecie ſtatuti iubẽtis compromiſſum fieri inter affines, idem Deci.in conſ.44. & diligenter, col.pri. & 2. & Fran. Rip. lib. reſpon.2. cap.107. vti allegatur à Blan. in loco ſtatim commemorando, quem tamen nos non reperimus, quoniam hodie vnicus eſt dictorum reſponſorum liber.

364 Et quanuis hæc Deci.ſententia nõ placeat Blan.in tracta.compromiſ. quæſtio.iiij. in ver. res prohibita alienari, num.28. in qua Blan. opinione fuit & Deci. ſibiipſi contrarius in conſ.300. viſa petitione,num.8.in fi. nos tamen priorem ipſam opinionem ſequimur, ſecundùm quam meminimus conſuluiſſe doctiſſimum virum D. Appolonium Lambertengum patruum noſtrum, & ſecundùm illud conſilium ita etiam iudicaſſe Magnificum D. Vincentium Orchium conciuem noſtrum: Quam tamen ſententiam idem D. Appollonius intelligẽdam dicebat quantùm ad compromiſſum faciendum cum extranea perſona, ad quam teſtator rem ipſam deuenire prohibuerit: ſecus ſi fiat cum aliquo de familia in qua quidem familia teſtator iuſſerit debere rem remanere, quia hoc caſu ceſſat prohibitionis ratio,cum inter ipſos de familia alienatio fieri poſſit.l. pater filium.§. quindecim, & ibi Docto.D.de leg.3.l. voluntas, vbi etiam Docto.C. de fideicom. & ita intelligi poteſt Deci. in dicto conſ.300. dum loquitur de ſtatuto prohibente bona in extraneos alienari, & concludit neceſſarium tamen in coniunctos fieri poſſe compromiſſum, & hoc modo opiniones concordari poſſunt.

365 Non obſtat Bal. dictum in d.l.fi.§. neceſſitate.C. de bon.quæ.lib.quia mouetur ex eo quòd ſtatutum de compromiſſis faciendis ſit magis ſpeciale, cui nos non accedimus contrarium verius eſſe arbitrati, hoc ſcilicet ſtatutum ſpecialius eſſe illo de compromiſſis, & hoc per dictum Ang. in cõſ. 160. pro deciſione, in pri. dub. relatum à nobis ſupra hac eadem glo. in lxxxvij. quæſtio. Et quia ſtatutum illud de compromiſſis magis generaliter loqui videtur de litibus omniũ affinium, ſcilicet tam fœminarum quàm maſculorum: hoc autem magis ſpecialiter de contractibus ſcilicet mulierum tantùm: ad quod facit eiuſdem Bal. doctrina in l. executorem, col.7. verſi. pone duo ſunt ſtatuta.C.de execu. rei iudi. vbi inquit ſi duo extent ſtatuta, vnum quòd ſententiæ pupillorum per priores artium tantùm executioni mandentur: alterum quòd ſententiæ à centum lib. ſupra executioni mittantur per poteſtatem tantùm, illud ſtatutum de pupillis loquens eſſe ſpecialius, ideoque alteri derogare, adeò quòd ſententia pro pupillo lata ſummam lib. centum excedens per priores artium executioni mandabitur: quod & repetijt idem Bal. ſubdubius tamen in l.vni.§. vbi autem, col.2. verſi. vidi dubitari.C.de cad. tollen. in l. Gallus.§.ille caſus, col.fin. verſi. item facit ad aliam quæſtionem.D.de lib. & poſt. Et quantum ad id, maiorem in perſona quàm in cauſa ſpecialitatem verſari, voluit idem quoque Bal. in l.pri. col.pri. verſi. tertiò quæritur.D.de offi. conſu. quem Bal. dictis in locis ſequi videtur Deci. in conſ.3. & diligenter, col.2. verſi. vnde in iſta,& clariùs in conſ.147. & pro tenui, col.3. verſi. & hoc idem, in conſ. 222. viſo puncto, col.2. verſi. vlteriùs tamen, in cap. in præſentia, col.29. verſi. ſimiliter potentius videtur priuilegium, de probatio. & quantùm ad prio-

priorem locum ſequitur etiam Alex. in conſ.29. quoniam abundè, col.2. verſi. quòd autem ſit magis ſpecialis, lib.pri.

366 ℭ Et facit præterea quod idem etiam Bal. ſcriptum reliquit in conſ.223. primo ſtatuto, per totum, lib.pri. vbi ſtatutum, inquit, quòd in cauſa depoſiti & mutui, de quibus per confeſſionem publico confectam inſtrumento appareat, ſoluta in communi gabella, ſummariè procedatur, nec apponi poſſint niſi quædam exceptiones, tanquam ſpecialius derogare dicto ſtatuto de compromiſſo inter affines faciendo loquenti.

367 ℭ Et quod idem quoque Bal. annotauit in conſ.187. punctus, duo ſunt, lib.5. vbi ſi duo, inquit, ſtatuta extent, vnum mulierem perſonaliter capi prohibens, aliud obligatum fideiuſſori pro indemnitatis conſeruatione carcerari permittens, illud prius de muliere non carceranda loquens tanquam magis ſpeciale derogare alteri de obligato fideiuſſori carcerando loquenti, cum illud perſonam concernat, hoc cauſam, ſubdens Bal. vbi par etiam eſſet ſpecialitas de re ad perſonam, maiorem tamen eſſe legalem æquitatem, quæ ex ſexus verecundia reſultat, propter quam mulier carceri mancipari prohibetur.

368 ℭ Ideoque & ipſe Bal. in d.l.fin.§. neceſſitate.C. de bon. quæ lib. quo loco eum ſupra citauimus, ſi rectè inſpiciatur, non videtur ea fuiſſe ratione contentus, ex quo aliam quoque ſtatim ſubiunxit in hæc verba, item quia compromiſſum his poteſt verbis fieri, compromittimus in talem nulla intercedente obligatione, ſicut mãdatum & prorogatio iuriſdictionis, quod compromiſſum nudo vocatur pacto, vt ibi per eum.

369 ℭ Non obſtat ẽt quod diximus tutorem & emphyteotã compromittere poſſe ſtante dicto ſtatuto, licèt aliàs voluntariè non poſſint, quia diuerſa ineſſe videtur ratio inter illos caſus & noſtrum, quoniam in eis non præſupponimus aliam adeſſe ſtatuti prohibitionem omnem obligationẽ prohibentem, & licèt legalis adſit prohibitio, aliud tamẽ videtur in ſtatuti prohibitione, quia duobus ſtatutis quodammodo contrarijs concurrentibus, magis ſpeciale derogat generali & minus ſpeciali, vt diximus in d.quæſtio. lxxxvij. ſed hoc noſtrum ſtatutum magis ſpeciale videtur, vt iam (ni fallimur) ſatis probauimus, ideoque derogare debet alteri de compromiſſo verba facienti.

370 ℭ Præterea nõ omnino in rem tranſit iudicatam, tutorem aut pupillum compromittere poſſe, ſtante quoque dicto ſtatuto: ſunt enim qui vario modo diſtingunt, vt videre poteris apud Bar. in conſ.47. nunquid tutor, per totum, vol.pri. in conſ.40. quæritur an ſtatutum, etiam per totum, vol. 2. Ancha. in cap.pri. in xij. quæſtio. cir.fin. verſi. circa iſtos minores, de conſtitu. Roma. in conſ.90. viſo themate, per totum, Alex. in conſ.62. in cauſa & lite, col.pen. verſ. quartò quia tale, lib.7. Blan. in tract. compromiſ. in iij. quæſtio. princi. in ver. minor, num.39. & 40. Andre. Tiraq. in tracta. retrac. titu. pri. in fine, num 54. & 55. vbi inquit ſe tamen reperire non potuiſſe illud Bart. conſ. 40. ſed cauſa fuit quia exiſtimauit illius initium hoc eſſe, ſtatutum de compromiſſo, cum tamen verius hoc ſit, quæritur an ſtatutum de compromiſſis.

371 ℭ Immò & illud quatenus præſuppoſuimus, tutorem compromittere non poſſe, circunſcripto dictoſtatuto affines cogente ad compromittendum, non eſt ſimpliciter verum, quia & hic ſunt qui diſtingunt, inter quos idem etiam Bar. in l. ſi minor. §. minores. D. de minori. Ang. in l. Imperatores. D. de pac. in l. in perſonam, cir. fin. principij. D. eod. titu. in conſ. 66. viſis dictis compromiſſis, col. pri. Pet. Rauen. in ſingu. 721. tutor non poteſt, Caſtr. in l. ſi plures, col. pri. num. 5. & ibi Alex. col. 2. Iaſ. qui illam legem legit cum . §. hodie legis iurisgentium, num. 14. & 15. D. eo. titu. de pac. idem Alex. in l. iuriſiurandi, poſt prin. D. de iureiu. Lanfran. de Oria. in tracta. de arbi. parte quinta, quæſtio. vi. Deci. in conſ. 39. iuridicam, col. 2. verſi. ſicut ergo, in conſ. 297. non patitur, col. 2. verſ. ſed his & ſimilibus, quibus in locis comperies communiter diſtingui, an ius pupilli ſit dubium necne, quod & verius videtur per nota. in l. præſes. C. de tranſac. & in l. Imperatores. D. de pac. & per ea quæ de pace diximus ſupra hac etiã gloſ. num. 347. incipi. pro hac autem ſententia. Quid autem ſi pupilli quoque conſenſus ſimul cum tutore acceſſerit, videbis apud Alex. in conſ. vlt. quoniam abundè, col. 2. verſi. quia reſpondeo quòd illud, lib. 6.

372 ℭ Sic itaque verior videtur opinio, non poſſe mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate compromittere: Nec refragabitur ſi nouiſſimè opponatur hanc neceſſariam eſſe obligationem ex ſtatuto deſcendentem, vt dicunt Docto. quos citauimus ſupra num. 362. incip. ſed & vltra prædicta, ideoq; permiſſam videri, ſecundùm ea quæ diximus ſupra hac eadem glo. in pri. quæſtio. quia ex prædictis patet reſponſio, ex quo diximus ſtatutum de compromiſſis loquens non comprehendere mulierem ſine ſtatuti huius ſolennitate compromittere volentem, tanquam hoc ipſum ſtatutum ſit magis ſpeciale, atque ideo illi deroget, & Docto. allegati d. num. 362. loquuntur in minore in quo diuerſa videtur ratio, vt iam diximus ſupra num. 369. incipi. non obſtat etiam quod diximus. Non omitto etiam verum non videri quod dicit Rom. in d. l. ſi quis in graui. §. ſi conditioni. D. ad S. C. Sylla. maiorem verſari ſpecialitatẽ in ſtatuto de compromiſſo faciendo loquente propter finem dirimendarum litium, quàm in alio ſtatuto, quia mihi videtur immò maiorem ſpecialitatem verſari in hoc noſtro ſaltem ſtatuto, quod introductum eſt propter fragilitatẽ mulieris, vt diximus ſupra in præfatio. in pri. dub. & hoc per ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio. xxxiiij. & xxxv. quicquid dici poſſit in ſtatuto prohibente filiũfamilias ſe obligare ſine conſenſu patris, de quo Rom. loquitur, cuius ſtatuti ratio quænam fuerit, colliges ex his quæ dicemus infra in glo. 7. in ver. conſenſus, num. 14. nam conſtat hoc noſtrum ſtatutum ſpecialius & potentius eſſe illo de filiofamilias loquente, per ea quæ diximus in d. quæſtio. xxxv.

373 ℭ NONAGESIMOQVINTO quæro, quid ſi compromiſſum fiat ſuper diuiſione rei communis, ad quam diuidendam mulier prouocetur: & videtur ſolam tunc poſſe mulierẽ compromittere, ſecundùm Ang. in d. conſ. 66. col. pri. poſt prin. vbi ſubdit non ſtari inſtrumenti aſſertioni, pupillum fuiſſe prouocatum, niſi aliter prouocatio probetur, quem per omnia ſequitur Deci. in d. conſ. 39. col. 2. verſi. ſicut ergo.

374 ℭ Contrariam tamen opinionem veriorem arbitramur, per ea quæ diximus ſupra, quæſtio. xv. huius gloſ. & per nota. per Alex. in d. conſ. vlt.

col. 4. verſi. nec obſt. ſi dicatur quòd Bar. & iterum in fin. ver. lib. 6. vbi nullam inquit eſſe differentiam, an pupillus velit cogere alium ad compromittendum, an verò ipſe ab alio cogi petatur, quia vtroque ſcilicet caſu neceſſaria erit tutoris authoritas: & ita etiam verè Ang. loquitur quando pupillus cum tutoris authoritate ad diuiſionem prouocatur, item loquitur quando intercedit iudicis diuidentis ſententia, quæ loco decreti habetur; ad quod etiam vide quod diximus ſupra hac eadem glo. num. 38. incipi. intellige ſecundò.

375 ℂ NONAGESIMOSEXTO quæro, an poſſit ſaltem mulier compromiſſi tempus prorogare, quam quæſtionem in ſtatuto minorem prohibente ſine conſenſu tutoris generalis & duorum propinquorum ſe obligare, tetigit Bal. in conſ. 94. viſo ſtatuto, per totum, lib. 5. vbi concludit non poſſe, eò quia noua naſcitur obligatio, quæ in ipſum minorem vetante ſtatuto non cadit, plus inquiens Bal. id procedere etiã ſi in ipſa prorogatione minoris iuramentum accederet, cui quantùm ad primum dictũ nos quoque accedimus per nota. per eundem Bal. in conſ. 102. omnis poteſtas, in fi, lib. 3. volentem huius almæ ciuitatis Mediolani ſtatutum, quod eſt ſub num. 334. in pri. volu. duos in rogitu inſtrumentorum contractuum vel quaſi & diſtractuum notarios requirens, in prorogatione quoque termini compromiſſi locum habere, quoniam, inquit Bal. prorogatio eſt pactum, & pactum dicitur contractus. l. pri. D. de actio. & obliga. quę lex hoc non probat, ſed eſt tex. quem fortè voluit allegare in l. pri. §. pen. D. de pac. cum alijs per Bal. adductis. Et per ea quæ cumulauit And. Tiraq. in tracta. retrac. titu. 2. §. pri. glo. 7. num. 24. incip. ſed dubium eſt, vſque ad num. 41. & meliùs noſtrum ad propoſitum in fine eiuſdem tituli, num. 17. & 18. Ex quo intelligere poteris id non tantùm procedere ſi primus iam terminus expiraſſet, quo caſu minorem res dubitationem habet, ſed etiam ſi nondũ lapſus ſit. Sed quantùm ad ſecundum Bal. dictum, dum id dicit procedere iureiurando quoque accedente, nos à Bal. diſſentimus per ea quæ dicemus infra in fine, queſtio. 2.

376 ℂ NONAGESIMOSEPTIMO quæro, an poſſit mulier ſola actionem cedere: in qua etiam quæſtione idem Bal. occurrit, adeò enim frequens & cópioſus eſt, vt nihil intactum reliquiſſe dicatur, is eſt in conſ. 289. quæſtio iſta, in fin. ver. lib. 3. vbi loquens de ſtatuto irritante contractus filiorumfamilias ſine expreſſa patrum licentia celebratos, quærit an tale ſtatutum in ceſsione quoque locum habeat, & decidere non audet, ſed hoc dependere, inquit, ex eo, an ceſsio cõtractus dicatur: tu vero hoc in ſtatuto, quod generaliùs loquitur alienationem & obligationem non tantùm ex contractu ſed etiam ex quaſi contractu & diſtractu deſcendentem, atque etiam iurium renuntiationem prohibens, potes audacter aſſerere ceſsionem quoque prohibitam cenſeri: quando autem aliàs appellatione alienationis aut venditionis ceſsio comprehendatur, videbis Pariſi. in conſ. 83. pro reſolutione, per totum, lib. 3.

377 ℂ NONAGESIMOOCTAVO quæro, an, omiſſa ſtatuti huius ſolennitate, alieno poſsit nomine mulier contrahere: quam latè quæſtionem tractauit And. Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. glo. 5. quæſtio. xv. vbi concludit poſſe, poſt alios quos citat, vbi dum allegat Alex. in l. quan-

uis.D. de acqui. poſſeſ. Alex. ibi hoc non tangit, ſed veriùs hoc ibi tenet Imo. quem fortè Tiraq. voluit allegare: quod & præter allegata per eum voluerunt Bal. in l. quæſitum, in pri. lectu. loquens in filiofamilias alieno nomine agente, & ibi magis ad terminos noſtri ſtatuti mulierem ſine conſenſu propinquorum obligari prohibentis, Io.Mari. Rimi. col.fin. verſi. vltimò in quantum.D.de in ius vocan. Alex. in appo. Bart.in l.apud Iulianum.§.fin. in ver.dicit ſtatutum,cir. med.verſi. ſed an ſtante.D. ex qui.cau. in poſſeſ.ea. Maran. in ſuo tracta. ordi.iudi.parte 4.in 16.diſtinctio.nu.21. & 22. Io.de Arno.in ſolilo.68. incipi. quia ſupra, Curti.iun. in l. ſi vnus.§. pactus, col.11. verſi.ſecundò limitate.D. de pac. Crauet.in conſ.100. Titius, col.pri. verſi.videretur dicendum,vol.pri. Chaſſa.in conſue.Burgun. rub.4. de droictz & appar. à gens mariez.§. pri.in glo. in ver.contraulz entre les uifz. col.3. verſi.limita quartò, & Arnol.Ferro.in conſue. Burdiga. titu.de ſta.& iure perſo.§.3.col.6.in prin.verſi.vel vbi ageret,Hippo.Rimi. inſti. qui.alie. lic. vel non.§.2. num.3. Et facit præterea tex.in l. pater.D. de manu.vindic.

378 ℭ Hanc autem concluſionem multis declarat modis Andre. Tiraq. vbi ſupra, num.180. cum duo.ſeque. cui dum limitat hoc tantùm procedere quo ad obligandum mandantem, non etiam ſeipſam mulierem, addes id etiam vltra per eum adducta ſecutos fuiſſe Imo. in d.l. quanuis,in fin. ver. & ibi Aret. poſt prin. vbi idem etiam eſt de mente Ang. qui huius fuit deciſionis author, dum inquit, licèt mulier non obligetur ſuſcipiendo mandatum, procuratricem tamen exiſtere, Alex. in d.l. quæſitum, poſt med. verſi. extra glo. & ibi Rimi. loco ſupra in præceden.verſi. commemorato, & Iaſ. col.pri. verſi. quintò per iſtum tex. dum Caſtren. citat.D. de in ius vocan. Caccialup. in rep. l. pri. col. 44. verſi. hinc tranſeamus. C. de ſum. trini. Cur.iun. & Chaſſa. quibus locis eos ſupra citauimus: ad quod etiam vide quod dicemus infra in glo.3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xiiij. Item dum limitat Tiraq. locum non habere in mandato legis, uide quæ dicemus infra in d.gloſ.3. quæſtio.xij. & xiij.

379 ℭ NONAGESIMONONO quæro, certum eſt mulierem poſſe eſſe executricem .l. à filio, in prin. & ibi Bar. ita ſummat, & extendit etiam teſtamenti viri, & ita vt nec eſſe deſinat per tranſitum ad ſecunda vota.D. de alimen. & ciba. lega. gloſ. in l.pen.§. matri, in ver. cur ad matrem, ante med.verſi. tu dicas quod hîc,& ibi Bar. cir.med. verſi. tu autem ex hac ſolutione.D.de adimen.lega. Io.And.in addi.Specu. in titu.de inſtru.editio. §. nunc verò aliqua, col.54. verſi. quid de muliere,num. 76. in ver. iure fit, iterum Bar. in l. fœminæ, in fi. & ibi Deci. col.8. verſi. octauò mulier, qui id declarat, ſequens etiam Bar. ampliationem ſupra allegatam.D. de reg. iur. Bal. in l. id quod pauperibus, col.2. verſi. ſecundò quæro.C. de epi. & cleri. in aut. hiſdem penis,in fin. ver.C. de ſecun. nupti. & in margarita, in ver. mulier, Ang. in l. fœminas, aliàs fœminis, qui id etiam declarat.D. de procu. in aut. vt lic. mat. & auiæ, cir. med. principij, verſi. ibi matris iunctæ, Ancha. in conſ.202. circa primum dubium, in prin. Cano. in cap. fin. in prin. vbi Gemi. col. 2. verſi. in glo.fina. & clariùs Philip. Fran. col. fin. verſi. in muliere verò, de teſta. in 6. Deci. in conſ.91. & diligenter, in prin. quam & nos opinionem ſectamur, quanquam reclamet gloſ. dum loquitur de commiſſaria, in l. antep. in ver. ad alium, quam ibi ſequitur Bar.

ſibi contrarius.D.de tute. quam priorem ſententiam conſuetudine approbari,quicquid de iure teneat, magna authoritate affirmauit gloſ. in d. cap. fin. in ver. religioſus , de teſta. num. 6. & Specu. quo loco cum ſupra citauimus .

380 ℭ Quæro inquam,an poſſit mulier,non ſeruata huius ſtatuti forma,executricis officio fungi,& Rapha. Fulg. in conſ.75. ex facto proponitur, per totum , maximè col.fin. loquens in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine paterno conſenſu ſe obligare , decidit eum tamen poſſe executorem eſſe. Et faciunt optimè quæ diximus ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. ij. quam tamen ſententiam intelligas velim quantùm ad obligandum bona eius à quo executrix mulier fuerit conſtituta , non etiam ſua ipſius mulieris propria,ſecundùm ea quæ in præcedenti diximus quæſtione,& ita etiam intelligit Fulgo. vbi ſupra, dum loquitur quo ad hoc,vt rei dominium filiusfamilias transferat, eumque, cum quo contrahit, obliget , atque etiam eum eiusque bona à quo mandatum exequendi habet.

381 ℭ CENTESIMO quæro , an poſsit mulier , ſine conſenſu viri aut agnati,ſuo ſuper fundo ſeruitutem conſtituere, aut iam conſtitutam remittere , & poſſe videtur , nam & emphyteota ſine conſenſu domini emphyteoticam rem alienare prohibetur l.fin.C.de iu. emphy. cap. potuit, extra de loca. & tamen ſuper ea ſeruitutem conſtituere poteſt,ſecundùm Azo.in ſum.C.de ſerui. & aqua, col.4.verſi. conſtituit autem, iuncto verſi. nomen autem domini, & tacito authore gloſ. in l.3. in glo. vni. quam ibi ſequuntur Floria.& Caſtr. in pri. ver.D.de ſerui.titu. generali, Guili.de Cun.in l. 3. & ibi Bal. cir.med. verſi. iuxta hoc quæro , & Saly. cir.prin. verſi. & per hoc habes.C.de ſerui. & aqua , Dyn. in.§.æquè , in v. quæſtio. & ibi Ang. Areti.col.pri. verſi. ſed aduertas, dum loquitur de habente vtile dominiũ, inſti. de actio. Bar. in l.pri.§.fin. dum & ipſe eodem modo loquitur, & ibi clariùs Alex. in eius appo.D.de ſuperficie. deciſi. Tholo.462.incipi. item fuit quæſitum vtrùm emphyteota.

382 ℭ Contrariam tamen opinionem noſtro in caſu ueriorem arbitramur , quoniam ita quoque in minore conſtitutum eſt , qui ſicut non poteſt prædium ſine decreto alienare, toto titu.D.de reb. cor. & C. deprædi. mino. ita nec ei ſeruitutem imponere, aut iam impoſitam tollere.l.3.§.ſimili modo.D.eod. de reb. cor. quod & in fundo dotali ex l. Iulia alienari prohibito ſancitum eſt,vt ibidem dicitur.& in l. Iulianus,& l.ſeq.D.de fun.dota. Et facit etiam tex. in l. non ſolùm.§. ſi quis autem, verſi. ad iura.D.de alie. iudi.mutan.cau.fac. vbi prohibitus rem litigioſam alienare ex edicto illius tituli, prohibetur etiam eidem rei ſeruitutem iniungere , & tex. in l. ſed & ſi quis.§. ſed nec ſeruitutem , & .§.fin.D.de vſufruc. vbi proprietarius non poteſt fundum ſeruitute onerare , & melior omnibus tex. in l.fina.C.de reb.alie. non alie. vbi generaliter dicitur , prohibita ſiue per legem , ſiue per teſtatorem, ſiue per contrahentes , alienatione , prohibitam quoque cenſeri ſeruitutis impoſitionem .

383 ℭ Non obſtat id quod de empyteota dictum eſt , quia diuerſa in eo eſt ratio quàm in caſu noſtro , quoniam ille prohibetur ſine domini conſenſu ob eius præiudicium alienare , quia ipſum tenetur dominum in alienatio-

ne præferre d.l.fin.C. de iu. emphy. ſed hoc noſtrum ſtatutum non prohibet mulierem alienare ob uiri aut agnati intereſſe, ſed ob ſuam ipſius mulieris imbecillitatem, vt affirmauimus ſupra in præfatio. in pri. dub. ideo non mirum ſi & ſeruitutem imponere aut remittere non poteſt, cùm præſertim ſtatutum hoc generaliter loquatur de alienatione & obligatione deſcendẽte ex contractu &c. quo fit vt & id quod diximus emphyteotam poſſe ſeruitutem imponere intelligatur quo ad ipſius non etiam domini præiudicium, quia ſcilicet reuerſa ad dominum re emphyteotica, euaneſcet ſeruitus ipſa, vt in ſeruitute per vaſallum impoſita eſt tex. in cap.pri.verſi. quid ergo, & ibi Bal. col.pri. verſi. & no. quòd cum iſte.§. & Alua.col.pri.verſi. idem quoque dicit Bal. Cardi. Alex. poſt prin. verſi. idem quoque dicit, & Afflic. in fin. ver. qui id etiam ad empyteotam trahunt, de inue. de re alie.fac. Et facit tex. in l.ſi ſponſus.§. ſi donationis.D. de dona. inter vir. & vxo. & ita loquuntur Bar. in d. l. pri.§. fin.D. de ſuperfici. Bal. Saly. & Caſtr. in d.l.3.C. de ſerui. & aqua, & ſentit etiam Deciſi.Tholo. ſupra allegata, & ibi clariùs eius appo. poſt med. & voluerunt præterea Cepol. in trac. de ſerui.vrba.prædio. cap. 14. ſub rub. quis poſſit conſtitu. ſerui. rea. Iaſ. in d.l. fin. col. 36. verſi. octauò quæro. C. de iu.emphy. Afflic. deciſi. Neapo.380. Vincentius, ferè per totam, vbi etiam tangit ſi per ſententiam condemnetur emphyteota ad præſtandam alicui ſeruitutem ſuper re emphyteotica, vtrùm hæc ſententia domino non citato & litis motionem ignoranti noceat.

384 ℭ SED ET ILLVD CENTESIMO PRIMO in quæſtionem venit, an poſſit ſaltem mulier non vtendo ipſam ſeruitutem amittere: quod videtur per tex. in l. poſſeſſionem pupillum.D. de acqui. poſſeſ. vbi licèt non poſſit pupillus poſſeſſionem per traditionem in alium ſine tutoris authoritate transferre, poteſt tamen deſinere poſſidere, de quo & nos latiùs diximus ſupra hac eadem glo. queſtio. xxviij. & mult. ſequen.

385 ℭ Veruntamen contraria nobis ſententia magis placet per tex. in l. ſi communem.D. quemadmo. ſerui. amit. vbi dicitur pupillum non poſſe non vtendo ſeruitutem amittere, & voluit glo. in d.l.3.§. ſimili modo.D. de reb. eor. Et facit etiam tex. in d.l. ſed & ſi quid, cir. fin.D. de vſufruc. vbi ſi vſufructuarius non vtendo ſeruitutem perdit, proprietario tenetur, & tex. in d. l. ſi ſponſus.§. ſi donationis.D. de dona. inter vir. & vxo. vbi ſi donationis cauſa vir aut vxor ſeruitute non vtitur, amittitur quidem ſeruitus, ſed tamen ſecuto poſtea diuortio condici poteſt, & tex.in l.3.cir.fin. & ibi glo. in ver. amittit, & l.ſeq.D. quæ in frau. credi. vbi prohibitus in fraudem creditorum alienare, prohibetur etiam non vtendo ſeruitutem amittere, & tex. in l.2.§.fin. cir.fin.D. de hære. vel acti. vendi. vbi dicitur ſi hæres inſtitutus ſeruitutem per prædium hæreditarium ſuo debitam fundo amittat, adita ex vendito hæreditate, poſſe contra emptorem experiri, vt ei reſtituatur, & melior. tex. in l. alienationis verbum.§. eum quoque. D. de verbo. ſigni. vbi prohibitus alienare, prohibetur & non vtendo ſeruitutem amittere.

386 ℭ CENTESIMO SECVNDO quæro, an poſſit mulier ſine huius ſtatuti ſolennitate ſepulchrum eligere: quod arbitramur per tex. in cap. de vxore, in prin. de ſepul. per quem ſic in terminis noſtris voluit

Ferro. in conſue. Burdiga. titu. de ſta. & iu. perſo.§.3. col. 5. verſi. Sepulturam autem. Et facit etiam quia ſtatutum hoc & noſtrum quoque Comenſe ad vltimam non pertinet voluntatem, vt dicemus infra in gloſ. 22. in ver. nec in vltimis voluntatibus.

GLOSSA SECVNDA IN VER. MVLIERVM.

1 PRIMO QVAERO, an & hermaphroditus comprehendatur: & certè Ancha. in cap.pri. in vlti.quæſtio. in verſi. venio ad quartũ membrum, de conſtitu. loquens in ſtatuto mulierem ſine conſenſu propinquorum contrahere prohibente, inquit, non comprehendi, quod & voluerunt Alex. in l.2. in prin. num.7. & ibi Soci.col.pri.cir.med. Clau. Aquen. col. etiam pri. num. 6.D. de verbo. obliga. idem Alex. in l. ſi ita ſcriptum, num.4.D. de lib. & poſt. Firmia. in ſuo vberrimo repertorio, in ver. ſtatuta de contractibus, verſi.57.col.fin. cir. prin. Io. Crot. in rep.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.22.verſi. octaua concluſio, num.77. dum allegat Bal. in loco de quo infra.D. de lib. & poſt. Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.7. in glo. in ver. par teſtament, num.19. Andre. Tiraq. in ſæpe allegato tracta. de legi.connubia.glo.5. num.70. vbi omnes in id allegant Bal. in l. omnes populi,col.7. in fi.verſi. item ſi ſtatutũ dicat quòd mulier,D. de inſti. & iu. qui tamen in alijs loquitur terminis,vt infra dicemus.

2 ℭ Verùm deciſionem hanc reprehendit Cur.ſeni. ſiue quiſquis is eſt, in appo. Alex. in d.l.2. in prin. col. fin. in ver. mixta.D. de ver. obli. ea innixus ratione, quòd hermaphroditus in iure habeatur pro maſculo aut fœmina ſecundùm ſexum in quo magis incaleſcit.l.quæritur.D. de ſta. homi. quaſi velit dicere, neceſſe eſſe magis in vno ſexu quàm in alio incaleſcere, & ideo eius ſexus exiſtimari,qui in eo præualet,per d.l. quæritur: cui & tu addere poteris alios concordantes quos adducemus infra num. ab hinc 5. incipi. verùm hic occurrit, & ita illam Bal. deciſionem intelligere videtur & Roma. in l. & ſi pepercerit.§. ſi ita teſtatus,cir. med. verſi. iſtud eſt contra Bal. D. de lib. & poſt. Sed reſpondetur præſuppoſitum iſtud verum non videri, cùm aliqui reperiantur hermaphroditi, qui eodem modo in vtroque ſexu vlla abſque differentia operantur, vt patet ex his quæ referunt Hoſti. in ſum. de teſti.§. quis poſſit eſſe teſtis, col.pri. verſi. quid de hermaphrodito,& Bal. in conſ.237. quidam Magnificus, lib.3.

3 ℭ Fortiùs tamen obſtare videtur,quòd regula illa,qua Doctores in locis præallegatis mouentur, mixtum ſub ſimplicibus non contineri, in odioſis non etiam in fauorabilibus procedit,ſecundùm Bar. in d.l.2. in prin. & ibi Ang. in fin. ver. & Iaſo. col. 4. verſi. ſecundo loco. D. de verbo. obliga. Docto. omnes in l. ſi ita ſcriptum, in prin. per illum tex. D. de lib. & poſt. iterum Ang. in l. Clemens.D. de hære. inſti. licèt meo in libro corruptus ſit,quia vbi legitur,item dicit glo. in materia odioſa,vult dicere,ſecus dicit glo. &c. Alex. in conſ.96. viſo proceſſu agitato, col.fin. verſi. vnde ſuccedit, lib.2. in l. Gallus.§. ille caſus,col.4. verſi. puto poſſe.D. de lib. & poſt. D. Io. Cepha. in conſ.69. Sigiſmundus, col.fin.verſi. neque ob. quòd hic lib.pri. quibus in locis comperies lector ex hoc Doctores decidere Comitem

tem Palatinum legitimandi ſpurios & inceſtuoſos poteſtatem habentem, poſſe eum quoque, qui ſimul & ſpurius & inceſtuoſus ſit. legitimare: ſuper quo tamen videbis etiam Cano. in cap. per venerabilem, extra qui fili. ſint legi. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs, vbi latè Fely. col. 4. verſi. an autem cum adultero, & col. ſeq. & Deci. col. 10. verſi. & eſt ſimilis quæſtio, & ibi concordan. in appo. extra de iudi. Sed hoc noſtrum ſtatutum fauorabile eſt, vt diximus ſupra in præfatio. in ſecun. dub.

4 ℭ Quam opinionē lector amantiſſime ſi ſequi malueris, ad Bal. authoritatem, qui primus diuerſę dicitur ſententiæ author fuiſſe in d. l. omnes populi, de iuſti. & iu. reſpondere poteris, non obſtare, quoniam loquitur in ſtatuto prohibente mulierem teſtari ſine conſenſu propinquorum, quod eſt odioſum, cùm liberam mulieri teſtandi facultatem auferat, quod eſt prohibitum, vt nota. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. D. de ver. obli. & ita odioſum eſſe illud ſtatutum ſenſit & Bal. vbi ſupra, & clariùs Corn. in conſ. 241. de duobus quæritur, col. 2. verſi. tertiò pro hoc, lib. 2. quod adeò verum eſt, vt magna ſit inter Doctores controuerſia, an huiuſmodi ſtatutum valeat, vt latè per Andr. Tiraq. in trac. de legi. connu. in glo. 5. num. 94. incipi. immò verò ſunt, cùm quinqne ſequen. & præterea Io. de Arno. in ſolilo. 17. incipi. ſed quid ſi mulier, Nico. Boe. in conſue. Bituri. titu. pri. §. 4. in glo. pri. in fi. & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in glo. in ver. ne aſsi par teſtament, ideoq. non valet argumentū de dicto ſtatuto ad noſtrum, quod eſt fauorabile, vt iam in præceden. verſi. diximus.

5 ℭ Defendendo communem tamen, quam ſequimur, opinionem, ad id quòd dictum eſt, in fauorabilibus mixtum ſub ſimplicibus contineri, reſpondetur ita demum verum eſſe, & procedere, vbi de vtroque ſimplici in ipſa legis aut ſtatuti diſpoſitione mentio facta eſt, ſecundùm Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, col. 2. verſi. ſecundo caſu, & ibi Ang. col. etiam 2. verſi. ſecunda concluſio, Iaſ. col. 5. verſi. tertiò fallit, in pri. lectu. & col. 4. verſi. quartò fallit, in ſecun. Rui. in rep. col. 25. verſi. circa primum, ſub nu. 69. vbi etiam Crot. col. 19. verſi. prima ſit concluſio, ſub num. 68. atteſtatur ita per Docto. communiter teneri, licèt ipſe id conetur impugnare. D. de lib. & poſt. Alex. in d. l. 2. in prin. col. pri. in prin. & iterum cir. med. verſi. vnde quum quæritur, Soci. col. pri. in pri. concluſio. & Clau. Aquen. col. pri. verſi. item inquantum. D. de verbo. obliga. Deci. in l. in teſtamētis, num. 4. D. de reg. iur. Et ita loquitur tex. in d. l. ſi ita ſcriptum, in prin. D. de lib. & poſt. nam ibi facta fuerat prouiſio in ambobus ſimplicibus, vti etiam admonent ibi Bart. in pri. ver. Imo. in fin. ver. & Iaſ. col. pri. cir. fin. verſi. in ea gloſ. ibi ſed argumentum. Sed cum hoc noſtrum ſtatutum de vno tantum ſimplici ſcilicet de fœmina non etiam de maſculo loquatur, conſequens ſit, vt ad hermaphroditum non protendatur: ſicque ex his ſatis defenſa remanet communis Doctorum ſententia.

6 ℭ Sed & vltra prædicta hæc eadem concluſio confirmari poteſt, quoniàm infra in ſtatutis nouiſſimis cap. 174. incipi. verba ſtatutorum, & in noſtro quoque Comenſi ſtatuto penul. in ciuili diſponitur ſtatuta ad contextum, vt iacent, eſſe intelligenda, quo caſu dubitandum non videtur mixtum ſub ſimplicibus nō contineri, ſecundùm Ang. in d. l. ſi ita ſcriptum, in prin. num. 2. quem ſequuntur Alex. in conſ. 80. viſo & opportunè, col. 2. verſi.

&

& ita declaratur, dum illum citat, lib.pri. Fely. in cap. ſignificaſti, col. fin. verſi. ſecundus caſus, de for. compe. Cur.ſeni. in conſ.9. Ticinenſi ſtatuto, col.2.cir.fin.verſi. ſi ergo, Iaſ. in l.pri. in prin. col.9. in fi.verſi. ſecundò fallit, ſub num.41.D. de offi. eius cui manda. eſt iuris. Crot. in rep. d.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.22. verſi. decima fit concluſio, ſub num.78.D. de lib. & poſt. Cur. iuni. in conſ.6. circa has, col.4. verſi. accedat illud, in conſ.47. habita diligenti, col.3. num.7. Cattel. Cot. memo. incipi. ſtatuto cautum eſt ferè vbique, Alcia. in l.2. in prin. col.2. D. de verbo.obliga. vbi id intelligit nòn procedere quando caſus mixti reſoluerentur in ſimplices, & iterum lib. de verbo. ſigni.2. char.pen. verſi. quid ſi dicatur ad literam, vbi & id intelligendum putat quando mixtum ex vi ſermonis non prouenit, Alba. in conſ.20. cùm de interpretatione, col.2. verſi. fateor, vbi ſequitur declarationem Alcia. in d.l.2.

7 ¶ VERVM HIC occurrit dubitatio, quæ ſecundæ ſit quæſtionis loco, an prædicta non ſolùm procedant ſi neutro in genere hermaphroditus præualeat, vt ſupra locuti ſumus, ſed etiam ſi in altero eorum magis incaleſcat: Et certè ſi in maſculino ſexu magis fuerit potens, minùs erit dubitandum, eum ſtatuto hoc noſtro non ligari, & ita voluit Io.de Arno. poſt Ancha. quem citat in ſingu.43. ſtantibus: ſi autem in muliebri fortior fuerit, tunc contra erit dicendum, ſcilicet eum comprehendi, & ita illam Bal. deciſionem limitauit Iaſ. in.§. omnium, col.5. num.29. inſti. de actio. quẽ ſequitur Andr.Tiraq. in tracta. de legi.connu. in glo.5. nu.78. incipi. illam autem, & videtur ſequi etiam Chaſſa. quo loco eum citauimus ſupra in prin. huius gloſ. & ſatis apertè probatur in d.l. quæritur. D. de ſta. homi. cum qua concordat tex. in l. repetundarum, in ſecun.reſpon. D. de teſti. in l. ſed eſt quæſitum.§. fin. D. de lib. & poſt. & iiij. quæſtio. 3. cap. ſi teſtes. §. hermaphroditus.

8 ¶ SED ET HIC TERTIO pro prædictorum declaratione quæro, ſi ex actibus aut aliter non appareat in quo quis ſexu præualeat, an ipſius hermaphroditi dicto ſtandum ſit, an medicorum iudicio, an verò maſculus magis ſit cenſendus: quo in articulo Bal. in conſ. 237. quidam magnificus, per totum, vol.3. refert aliquos volentes eum maſculini ſexus tanquam dignioris eſſe iudicandum; alios verò tenentes in ipſius hermaphroditi electione eſſe, quem ſexum eligat: ipſe autem Bal. in ea eſſe ſententia videtur, vt quæſtio hæc medicorum iudicio dirimatur.

9 ¶ Verùm Alex. in d.l.2. in prin.col.pri. in prin. D. de verbo.obliga. ſentire videtur eum eius eſſe ſexus exiſtimandum, qui ei fauorabilior ſit & benignior, dum poſteaquam aſſeruit mixtum ſub ſimplicibus non venire, niſi illi magis ſimplici adhereat de quo diſpoſitio loquitur per d.l. quæritur. D. de ſta. homi. ſubdit, ſi autem ſit dubium cui magis adhereat, interpretationem fieri vt illi cenſeatur ſimplici adherere, qui ei ſit fauorabilior atque benignior, vbi etiam apud Areti. col.3. verſi. circa primum, Soci. col.pri. in quarta concluſio. & Iaſ. col.5. Clau. Aquen. col.pri. videbis quid de ea re ſentiant, qui tamen non loquuntur ſpecialiter de hermaphrodito.

10 ¶ Ideoque nobis placet Hoſti. opinio, quam poſuit in d.ſum. de teſti.§. 2. incipi. quis poſſit eſſe teſtis, col.pri. verſi. quid de hermaphrodito, vbi ex-

expreſſim de hermaphrodito loquens,inquit,quando diſcerni non poteſt quo in ſexu prævaleat, quia utriusque membri officio æque vtitur, eidem electionem dari,quo magis membro vti velit,referens ita de facto ſeruaſſe Epiſcopum Taurinen. faciendo poſt electionem ipſum hermaphroditum iurare de non vtendo in poſterum illius ſexus membro, qui ei diſplicuit, quia nemo, inquit Hoſti. duplici debet officio maximè tam diuerſo fungi, per iura quæ allegat: cui & tu addere poteris quæ & nos dicemus infra in glo.11. in ver. agnati, num.78. & 79. Quam Hoſti. ſententiam ſequuntur Cyn. Guili. de Cune. & Bal. in pri. & 3.lectu. in d.l. quæritur, de ſta.homi. vbi Guili. & Bal. in d.3.lectu. id procedere intelligunt in maiore: in infante autem maiorem eſſe ætatem expectandam aſſerunt, antequam ei electio detur: & quanuis ſupra allegauerimus Bal. ipſum in d.conſ.237. lib.3. videri contrarium velle, tamen loquitur quando neutrius ſexus officio fungi poteſt, vt in eo qui barbam habeat & teſtes ſine virga aut vulua, habens earum rerum loco veluti ouum quoddam cum foramine, ex quo vix vrina exeat,ita quòd nō poſſit nec actiuè nec paſſiuè operari,ſed quando vtriuſq; officio fungi poteſt, ipſe quoque Bald. ibi Hoſti. ſequi videtur: pro qua etiam opinione facit quod generale eſt, vbi duplici quis officio fungi prohibetur, poſſe tamen eum eligere, quo vti malit, vt probat tex in l. his quidem, & ibi not. Bar.in fi. qui illam legem corruptè legit hoc initio, ſi quidem.C. qui mili.poſ. lib.12. Dec.in cap. in literis, col.pen. verſi. & in caſibus, extra de probatio.

11 ℭ Et quoniam Bald. in d.conſ.237. lib.3. poſteaquam dixit medicorum eſſe iudicium, maſculus an fœmina iudicandus ſit hermaphroditus, qui neutro poteſt officio fungi, ſubdit hoc in feudis non procedere, quia ad ea non admittetur, animaduerte quoniam idem Bald. in d.l. quæritur, in pri.lectu. vult id quod ibi aſſeruit de electione ipſi hermaphrodito danda, quando æquè vtroque officio fungitur, in materia quoque feudorum locum habere, niſi dicas Bal.in d.conſ.237. loqui quando nihil poteſt in fœminino nec in maſculino ſexu, vt ibi per eum cir.fin. Et de hoc, quando hermaphroditus ſuccedat in feudis,videbis præterea ipſum etiam Bald. in l.fin. col.2. num.6. & 7.C. de ſuis & legi. & Afflic. in titu. de ſucceſ. feu. cap. pri.§. filia verò,num.5.

12 ℭ QVARTO, quoniam dictum eſt ſupra ex ſententia Doctorum in d.l. quæritur, infanti electionem non dari, ſed maiorem expectari ætatem,quæri poteſt, quid ſi furioſus eſſet hermaphroditus: quam dubitationem tetigit Bald. in d.l. quæritur, in 3.lectu. & eam decidere non audet: ſed certè dici non poteſt dandam ei eſſe electionem cùm intellectu careat, vnde cùm nec etiam ſana mens expectari poſſit, dicendum arbitramur, id medicorum iudicio relinquendum, cuius ſit ſexus exiſtimandus, per nota. per Bal. in d.conſ.237. lib.3. & facit tex. in l.ſeptimo.D.de ſta.homi. cum ſimili. per nos adductis ſupra in glo.pri. num.216. incipi. ſed licèt.

13 ℭ SED ET ILLVD QVINTO quæri poteſt, quid ſi inter aliquos pronuntiatum fuerit quempiam eſſe hermaphroditum, an hæc ſententia inter alios ius faciat, ſuper quo, quia iam tandē placet hermaphroditorum materiā omiſſam facere, & ad alia, quæ noſtram poſtulant interpretationem, pergere, adeundus tibi erit Alex. in ſua copioſa lectu. ſiue

mauis

mauis repetitio.l.ſæpè, col.18. verſi. ex hoc infero, ſub num.66.D. de re iudi. vbi refert Bald. in l.fin. in fi.C. de ſuis & legi. velle vt non faciat per tex. in l.Titius, D.de fideiuſ. quem tex. dicit Alex. id non probare, ideoq; ipſe tenet idem quod in ſententia, qua pronuntiatur quem liberum, clericum, aut minorē, quæ facit ius quo ad omnes l.ingenuum, cum ibi nota. per Bart. & Bal.D. de ſta.homi. & tradit Alex. ipſe in d.l. ſæpè, col.16. & 17. quem Bal. in d.l. fin. addo reprobaſſe etiam appo. ipſius Bal. ibi in fi. per d.l. ingenuum.

14 ℭ SEXTO quæro, quid de muliere virili veſte Induta aduerſarij decipiendi cauſa, an & tunc contractus per eam, omiſſa ſtatuti huius ſolennitate celebratus, valeat, & dicendum eſt valere per gloſ. in l. ſi decipiendi, in prin. in glo.pri.D. ad S. C. Velle. quæ dicit mulierem uirili veſte indutam vt aduerſarium decipiat, S. C. Velleiani beneficio non iuuari: quam ſequuntur Alex. in conſ.122. quoniam, col.pri.lib.6.& And.Tiraq. in tracta. de legi. connu. in glo.8. in ver. de ſon mary, num.135. incipi. 16. quæro. & faciunt quæ dicemus infra in glo.8. in ver. mariti, quæſtio.xxiij.

15 ℭ Quod tamen puto intelligendum niſi is, cum quo contrahit mulier, eam ſciat eſſe mulierem, quia ſciens non decipitur, l.nemo videtur, vbi glo. & Docto. concor. allegant.D. de reg. iur. Facit l. pri.§. vſque adeò, & ibi glo. quæ concor. citat.D. de iniu. vbi dicitur in volentem nullam fieri iniuriam: & quod not. Tiraq. in d.glo.8.num.142.& 143. vbi dicit ſi mulier ſine conſenſu uiri contrahens aſſerat ſe innuptam, valere tamē contractum, ſi is qui cum ea contrahit, ſciat eam nuptam eſſe, & quod tradit Imo. in l. cum vir, col.8. verſi. & adde etiam.D. de vſuca. vbi Inquit, ſi mulier aſſerat fundum, quem vendit, dotalem non eſſe, alienationem ita demum valere, ſi emptor ignoret eſſe dotalem, ſecus ſi ſciat.

16 ℭ SEPTIMO quæro, quid de muliere alterius prouinciæ communi iure vtentis hic nupta, an & ipſa hoc noſtro ligetur ſtatuto: & Bal. in conſ. 139. ſtatuto communis, lib.5. loquens de ſtatuto prohibente mulierem ſine uiri conſenſu teſtari contrahereque, eam concludit ligari, ſi in loco ſtatuti, vbi nupta eſt, contrahat: quem ſequuntur Cattel. Cot. memo.incipi. ſtatutum quòd vxor, & Andre.Tiraq. in d.tracta. de legi. connubia. glo.8. quæſtio. xxix. num.229. Sed & idem in ſtatuto diſponente minorem xxv. annis vtriuſque ſexus nullo poſſe modo alienare vel diſtrahere immobilia iura & actiones niſi præſente domino Poteſtate vel vno ex conſulibus & præſentia trium proximiorum agnatorum vel cognatorum, voluit Iaſ. in conſ.133. præſupponitur in facto, col.9. verſi. quintò & vltimò, lib.4.

17 ℭ Contrariam tamen ſententiam ab Andre. Tiraq. vbi ſupra allegatur, conſulendo tenuiſſe Corn. in conſ. 241. de duobus quæritur, in pri. dub. nulla tamen lib. mentione facta, ſed eſt lib.2. verùm animaduertendum eſt Corn. loqui de muliere quidem extranea in loco ſtatuti nupta, ſed extra dictum locum teſtante, quo caſu poteſt videri rectè conſuluiſſe Corn. per ea quæ dicemus infra hac ead. gloſ. quæſtio. xiiij. niſi reſpondeatur Corn. inter alias rationes, quibus ad ita conſulendum motus eſt, illam quoque allegaſſe, quòd mulier alibi nupta non eximitur à foro nec à ciuilitate ſuæ originis, niſi quo ad ea quæ eam retrahere poſſunt à ſeruitijs uiri, vt not.

Bar.

Bar. in l.fina.§. pri.D. ad municipa. cui addere poteris eum ſequi Saly. in l.pri. col.pen. verſi. item attende.C. de ſum.trini.& Alba. in conſ.23. quia in præſenti, col. pen. verſi. neque obſtat: ſed teſtari aut non teſtari cum conſenſu viri, aut conſanguineorum, inquit Corn. hoc à ſeruitijs viri mulierem non retrahit, ideoque vult dicere Corn. ſufficere debet ſi per eam ius,quod in loco ſuæ originis viget, ſeruetur: & licèt loquatur, vt diximus, in muliere quæ extra locum vbi nupta eſt teſtatur, tamen ex dicta ratione idem ſentire videtur ſi in loco ſtatuti teſtaretur, cùm ratio generalior dicto dictum ampliet, l. regula.§. fin. vbi Bart. & Bald.not.D. de iur. & fac. igno.

18 ℂ At nos prædictis non obſtantibus Bald. & ſequacium opinionem ſequimur, quoniam mulier ſortitur forum vbi nupta eſt,l.cùm quædam puella, in prin. vbi omnes not.D. de iuris. omni. iud. cum ſimili. allegatis per Andr.Tiraq. in d.tracta. de legi. connu. in pri.l. connubia.num.28. incipi. illud etiam, & præterea Cap. in conſ.21. cum de duobus, col.3. verſi. nec ob. ſi dicatur quòd & ſi tale ſtatutum, & Soci.in conſ.12. quoniam in præſentiarum, col.6. verſi. & non ſolùm, lib.pri. Sed paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, vt poſt alios quos citat tradit Alex. in conſ.210. ponderatis, col.pri. verſi.ex quo infert, lib.2. in conſ.41. viſis quæ ſubtiliter, col.pri. poſt med. lib.5. repe. in conſ.116. lib.6. idem Alex.in conſ.13. attentis, col.fin. num.21. lib.7. Corn.in conſ.64. conſuluit D.Guido, col.2. verſi. his præſuppoſitis, lib.3. Soci. in conſ.288. circa primam quæſtionē, col.6.verſi. ex quibus concluditur, lib.2. Deci. in conſ.283. & diligenter, col.6. in prin. verſi. ad maiorem tamen, vbi communem hanc dicit opinionem, in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, col.2. verſi. ſecundò principaliter de conſtitu. in cap.2. col. antep. in fi. num.27. de iudi. in l.fina. in prin. & & ibi Hiero.Cagno. col.4. num.15.D. de iuris. omni.iudi. Goza. in conſ. 49. circa primum, num.13. Soci.iun. in conſ.37. ita ſubtiliter, col.2. verſi. nouiſſimè quòd iſte, lib.pri. Nico. Boe. deciſio.13. incipi. ſecundum dubium, num.14. Et faciunt quæ dicemus in duobus ſequenti. quæſtio. nam & nupta viri domicilium conſequitur,l.mulieres.C.de dignita. lib.12. glo. pri.in d.l. cùm quædam puella, & ibi Docto. præſertim Deci. num.8. qui concordan. citat, Bar.in d.l.fina.§. pri.D. ad municipa. Tiraq.in d.trac. de legi.connu. in pri.l.connu. d.num.28.

19 ℂ Nec obſtat quod dicit Corn. in d. conſ.241. lib.2. nuptam alibi mulierem à foro & ciuilitate ſuæ originis non eximi, niſi inquantum ab obſequijs viri retrahatur,citans Bar. d.l. fin.§.pri. & eſt ſub num.4. & 5.D.ad munici. quia aſſumptum concedo, ſed conſequentiam, quam facete videtur Corn. nego. quoniam non ſequitur propter hoc impediri mulierem acquirere forū ciuilitatemq; loci vbi nupta eſt, quando & Bar.idem paulò ante ſub num.3. hoc affirmauit, & de foro dictum eſt ſupra in præceden. verſi. & de ciuilitate dicemus in verſi. ſequen. & clariùs iſtud voluit Clau. Aquen. in d.l. cùm quædam puella, in prin. num.4. in fin. dum quantùm ad perdendum, inquit, originis domicilium,hanc quidem fieri diſtinctionem, an à ſeruitijs viri retrahatur mulier necne: ſed non quantùm ad acquirendum viri domicilium, quia illud indiſtinctè acquirit, quod & cuilibet ad ſenſum patere poteſt, quia quantùm ad locum vbi nupta eſt mulier non poteſt conſiderari quòd à ſeruitijs mariti retrahatur, ſi ibi forum

ſortia-

ſortiatur, aut illius loci ſtatutis ligetur, licèt verè id conſiderari poſſit quò ad originis locum, ſecundùm tamen ſtatuti qualitatem.

20 ℭ Et hæc noſtra communiorq; ſententia in noſtro potiſſimùm Comenſi ſtatuto procedere videtur, quod his vtitur verbis, nulla mulier ciuitatis vel Epiſcopatus Cumarum,&c. quoniam mulier efficitur illius ciuitatis ciuis vbi nubit,ſecundùm Bar. in d.l. fin.§.pri. num.3.D. ad municipa. cum concor. allegatis per Andr.Tiraq. in tracta. de legi.connu.in pri.l. connu. num.29. incipi. eſt item vxor, & præterea Caſtr.in d.l.cum quædam puella, num.3.D. de iuris. omni. iudi. Cap. in conſ.21. cum de duobus,col.3. verſi. nec ob. ſi dicatur, quòd & ſi tale ſtatutum, Corn. in conſ.111. licèt videatur, in prin. lib.3.

21 ℭ OCTAVO quæro, quid de muliere hîc quidem non nupta, ſed tamen hîc domicilium habente; & concludendum eſt ab ea quoque obſeruandam huius eſſe ſtatuti ſolennitatem, per ea quæ in ſequenti quæſtione dicemus,quę etiam opinio præſertim procedit in noſtro Comenſi ſtatuto, verbis illis, ciuitatis vel Epiſcopatus Cumarum,vtente, per nota. per glo. in cap. ſtatutum.§.cum verò, in ver. eiuſdem ciuitatis,& in ver. vnam dietam, cir.med. de reſcrip. in 6. quæ dicit,quùm lex his vtitur verbis, ciuitatis vel diœceſis, intelligi habito reſpectu ad domicilium non ad originem; quam glo. ſequitur ibi Domini.col.4. verſi.glo. ſuper ver.eiuſdem, Bal. in rub.C. ſi non à compe. iudi. in prin. Ancha. in conſ.437. iſta ſententia; num.2. Alex.in conſ.16. in cauſa & lite, col.3.verſi. præterea etiam, lib.5. in d.l. cum quædam puella, in prin. col.2. num.11. & ibi Clau. Aquen. in pri. ver. & Cagno. num.18.D.de iuris.omni. iudi. iterum Domini.in cap. fundamenta.§. fin. de electio. in 6. Fely. in cap. pri. col.fina. in fin.ver. de ſponſa.in cap.fin. col.12. num.23. de for.compe. Cur.ſeni. in appo. Alex. in d.l. cum quædam puella, quo loco eum ſupra citauimus in litera B.vbi dicit eam glo. communiter eſſe approbatam, Iaſ. in l. ſi arrogator, col.17. verſi. ſed iſtis non obſtantibus, ſub num.48.D. de adoptio. Deci.in conſ. 352. viſo puncto, col.pri. verſi. ſed dubium eſt, in conſ.661. in caſu, col. pri. verſi. & idem videtur, Soci.iun.in conſ.37.ita ſubtiliter,num.9.lib.pri. in conſ.49. quoniam ex facto,num.7.cum duob. ſequen.eod.lib.pri.

22 ℭ Nec prædictæ obſtabit ſententiæ, ſi in medium adducatur quod voluit Bal. in l.ciues, col.pri. verſi.quærit glo.C. de appella. vbi inquit ciuis appellatione in materia ſtricta odioſaq; domicilium habentem non comprehendi, ſecus tamen in fauorabili, & latè interpretanda, & ſequuntur Alex. in l. in prouinciali.§.fin. col.pri. verſi. pro hoc etiam facit. D. de no. oper.nuntia. Aret.in conſ.77.& ratio ſcribendi, col.pri. verſi.circa primũ, Soci.in conſ.129. præſtantiſſimi, col.4. verſi.ſextò prædicta confirmantur, lib.2. quorum maior pars ita intelligit glo.in d.cap.ſtatutum.§. cum verò, de reſcri. in 6. quoniam reſpondetur,licèt ſtatuta regulariter ſtrictè & propriè ſint intelligenda, vt nota. in l.3.§.hæc verba.D. de neg. geſt. id tamen in ſtatutis fauorabilibus non procedit, quia illa latam impropriamq; interpretationem patiuntur, vt not. Bal.in l.qui ſe patris, col.fina. num.16. in fi. & ibi Roma. col.18. verſi. & ex prædictis, num.33. Caſtr. num.10. Alex. num.21. cum duo. ſequen. Corn. num.20. cum ſequen. Iaſ. col.23. verſi. ego autem, Deci. col. peu. verſi. circa ſecundum, & Cur.iun. num.

75.&

75. & 78.C. vn. libe. idem Bald. & alij; in l.2.C. de in ius vocan. iterum Alex. in conſ.125. viſo proceſſu, col.2. verſi. quinimò etiam, lib.7. iterum et Iaſ. in l. non dubiū, col.8. verſi. ſecundò adde. C. de legi. iterum quoque Deci. in conſ.13. & pro tenui; col.pri. verſi. & ſaltem, Rui. in conſ.9. quæſtio prima, col.2. verſi. & iſtud, lib.4. Rolan. à Val. in con.72. ſtatuto ciuitatis Caſalis, col.fina. verſi. tertiò reſpondetur, lib.pri. in conſ.57. viſis iuribus, num.14. & ſequen. lib.2. Quòd autem noſtrum hoc ſtatutum ſit fauorabile, diximus ſupra in præfatio. in ſecun. dub.

23 ℭ NONO pro declaratione præcedētis queſtionis quæro, an id quod ſupra in proxima quæſtione diximus, intelligendum ſit modò ipſa mulier hic etiam munera & onera ſubeat: quod videtur per nota. per Areti. in d. conſ.77. col.pri. vbi loquens de ſtatuto quod quilibet de ciuitate, diſtrictu, vel comitatu, teneatur in emancipationibus certam ſeruare ſolennitatem, illud, inquit, locum non habere in eo qui in loco ſtatuti munera non ſubit, licèt ibi domicilium habeat: quem ſequitur Fely. in cap. quoniam, col.pri. cir.fin. verſi. cui adde, extra de offi. ordina. Et per nota. per Bart. in tracta. repreſa. in quinta parte principali, in prin. & Caſtr. in l. omnes populi, in fin. ver. D. de iuſt. & iur. vbi dicūt, ad hoc vt forenſis ſtatutorū beneficio gaudeat, requiri quòd ibi habitet, ibiq; munera ſubeat, quod & ſenſit Alex. in conſ.20. viſo proceſſu, col.fin. nec etiam ob.lib.2. & clariùs in conſ.41. ex multis, per totum, lib.7. & Soci. in conſ.231. cùm in præſenti, col.6. verſi. præterea opinio, lib.2.

24 ℭ Verùm nos diuerſam in ſententiam vocat Bart. in l.pri. col.3. num.17. D. ad municipa. dum inquit, in ſtatutis de ciuibus loquētibus, domicilium quoque ibi habentem comprehendi, eumq; propriè ciuem dici, licèt ibi munera non ſubeat. Quam quidem opinionem in caſu noſtro dubitationem habere non arbitramur, tùm quia ſtatutum iſtud fauorabile eſt, ideoque ad caſum quoque minùs proprium trahitur, vt in fine præcedentis queſtionis diximus: tum quia hoc idem ſtatutum in muliere penitus quoque forenſe hic contrahente locum habet, vt in ſequenti quæſtione dicemus.

25 ℭ Ex his autē ſatis ſublata manent in contrarium adducta, quoniam illud Areti. dictū verum non videtur, cum ſtatutum de quo & ipſe loquitur ſolennitatem in contractu concernat, quo caſu à forenſe quoque in loco ſtatuti contrahente obſeruandum eſt, vt ſtatim dicemus: & potiſsimùm etiam quia illud idem ſtatutum de quo Aret. loquitur, ſuper emancipatione diſponit, & ſic ſuper his quæ ſunt voluntarię iuriſdictionis, l.2. cum glo. pri. D. de offi. procur. & lega. quo etiam caſu forenſes comprehendit ſecundùm Bar. in l.pri. num.25. & ibi Sig. de Homo. in rep. col.5. verſi. pręterea circa ea, Saly. num.9. Iaſ. in pri. lectu. num.40. & in ſecun. num.57. & iterum num.82. cum ſequen. & Purpu. num.102. C. de ſum. trini. Roma. in conſ.224. iſta captura, num.3. Soci. in conſ.231. cùm in præſenti, col.7. verſi. tertiò quòd forenſis, lib.2. Super quo Areti. dicto vide etiam quæ dicemus infra hac eadem glo. quæſtio.xxi. Ad Bart. autem dictum in d. tracta. repreſa. cum concor. ſupra allegatis, reſpondeo illud etiam nō procedere vbi tractatur de ſtatuto ſolennitatem requirente, per ea quæ in ſequenti quæſtio. dicemus, & voluit Alex. in d. conſ.41. in fin. ver. lib.7.

quorum conſenſum iudicisque authoritatem requirens, forenſem in loco ſtatuti contrahentem non comprehendere, eò quia ſtatutum quod perſonam habilitat vel inhabilitat, ad forenſem ratione deficientis iuriſdictionis non porrigitur, ex doctri. Bar. & aliorum ibi: cui addere poteris propiùs nostros ad terminos Bal. ibidem col. 8. verſi. ſed vt clariùs, vbi ſi ſtatutum, inquit, ſit mixtum, quia partim habilitet vel inhabilitet perſonam, & partim ſolennitatem exigat, habilitando ſcilicet certa forma ſeruata, & inhabilitando ea non ſeruata, vt in ſtatuto conſenſum propinquorum in contractu mulieris vel minoris requirente, vel diſponente filiumfamilias patre, conſentiente teſtari poſſe, tunc de tali ſtatuto idem iudicatur quod de ſtatuto ſimpliciter habilitante vel inhabilitante, ideoque forenſem non complectitur, quem ſequi videtur Corn. in conſ. 64. conſuluit D. Guido, ante fin. lib. 3. quia reſpondetur Iaſ. (quod pace tanti viri dixerimus) æquiuocaſſe; huiuſmodi ſtatutum de quo loquitur dici minoris xx. annis perſonam inhabilitare, quoniam id verum eſſet vbi ſimpliciter diſponeret minorem xx. annis contrahere non poſſe, vti etiam tradit Soci. in conſ. 97. abundè, poſt prin. lib. pri. Sed cùm certam tantùm in eius contractibus ſolennitatem requirat, vt hoc noſtrum quoque ſtatutum facit, dicitur contractus ſolennitatem reſpicere, ideoque conſequens ſit, vt & ad forenſes in loco ſtatuti contrahentes extendatur, ſecundùm ea quæ ſupra diximus: per quæ patet Bal. quoque in d. l. pri. malè locutum fuiſſe, cùm præſertim & ipſe alibi in contraria fuerit ſententia, vt ſtatim referemus.

29 ℭ Sicque concluditur Iaſ. in d. l. pri. C. de ſum. trini. minùs ritè Bal. opinionem damnaſſe, qui contrarium fertur tenuiſſe in l. fin. in repe. D. de iuris. om. iudi. quam tamen nos repetitionem videre non potuimus, ſed eum ſic allegant & ſequuntur Ancha. in repe. cap. pri. in xij. quæſtio. principali, verſi. quid dices de obligatione perſonali, de conſtitu. Areti. in conſ. 54. in cauſa Magnifici, col. 2. verſi. iſta ſententia confirmatur, in conſ. 73. diligenter, col. 4. verſi. iſta ſententia, de quibus etiam conſilijs mèminit Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. gloſ. 8. num. 226. vbi etiam id in ſimili ſtatuto in donatione iudicis præſentiã requirente, allegat voluiſſe Corn. in conſ. 185. tria principaliter, col. 6. & eſt in verſi. ex quibus, lib. 2. & vltra per Tiraq. adducta, ipſum etiam Bal. ſequuntur ipſemet Iaſ. in d. conſ. 59. col. fin. verſi. non ob. ſecundò, lib. 3. vbi, re maturiùs digeſta, concludit huiuſmodi ſtatutum prohibens minorem xx. annis contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum & iudicis decreto, non dici perſonam inhabilitare, ſed contractus ſolennitatẽ reſpicere, ideoque à forenſe quoque in loco ſtatuti contrahente obſeruandum eſſe, Soci. in conſ. 131. præſentis conſultationis, col. pri. verſi. eſt etiam aduertendum, lib. 4. Rui. in d. conſ. 201. col. 2. in prin. & col. 3. num. 8. lib. pri. in d. conſ. 59. col. 2. verſi. & quanuis etiam mulier, lib. 2. Io. Crot. in repe. l. omnes populi, col. pen. verſi. nunquid autem. D. de iuſti. & iu. Ex quibus candide lector colligere potes non obſtare motiuum And. Tiraq. ſupra à nobis in prin. quæſtionis commemoratum, cùm præſertim ſupra in præfatio. in pri. dub. affirmauerimus ſtatutum hoc noſtrum non ob mariti aut agnati commodum ſed ob mulieris imbecillitatem fuiſſe introductum, & ita hac in ſententia reſidemus: quanuis Caccialup. in rep. d. l. pri. col. 42. verſi. prædicta tamen concluſio. & verſi. limitant etiam prædicta, intereſſe exiſtimauerit an ſtatutum dicat quòd in contractibus minorum vel mulierum interueniat præſentia iudicis

aut propinquorum, an verò ſic loquatur, quòd minor vel mulier contrahere non poſſit ſine certa ſolennitate, vt priore caſu comprehendatur forenſis tanquam principaliter actum ratione perſonæ inhabilitare videatur, & ſic locus contractus ſemper attendatur: poſteriore verò ſecus, eò quòd principaliter perſonam inhabilitare dicatur, quod tamen vltimum dictum ex his quæ ſupra diximus ſatis conſtat verum non eſſe, & ad dictum Bar. in l. ſi quis pro eo. D. de fideiuſ. quo Caccialup. mouetur, vbi plurimùm intereſſe putat Bar. an ſtatutum dirigat verba ad perſonam, prohibens eam contrahere, an verò in rem, certam in eius contractibus ſolennitatem requirens, dic communiter eſſe reprobatum, vt patet ex his quæ dicemus infra in fine, quæſtione. ij. & contrarium voluit ipſemet Bar. in l. cùm lex, col. 3. verſi. ſecundò dixi. D. eod. titu. de fideiuſ. vt & retulimus ſupra in glo. pri. num. 127. incipi. idem tamen, vbi concor. citauimus. Et vide etiã quæ dicemus infra hac eadem gloſ. quæſtio. xiiij. nam qua ratione ſtatutum hoc tanquam ſolennitatem concernens non comprehendit mulierem Mediolanenſem extra territorium contrahentem, vt inibi aſſeremus, eadem etiam ligat mulierem extraneam hîc ſe obligantem, cùm eadem ſit ratio, quia in reſpicientibus contractus ſolennitatem locus ipſius contractus attenditur. l. ſi fundus. D. de euictio. & ita per omnia tradit Rui. in d. conſ. 201. col. 3. verſi. ſicut ergo, lib. pri.

30 ℭ VNDECIMO quæro, quid in muliere Mediolanenſi hîc quidem contrahente, ſed ſuper bonis extra territorium ſitis: Quam quæſtionẽ in terminis ſtatuti viri conſenſum in contractibus vxoris requirentis tetigit Andre. quoque Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. glo. 8. num. 227. & 228. vbi nonnulla pro & contra allegat, tandemque ſe remittit ad dicta per eum in tracta. primoge. quæſtio. xlvj. vbi varias refert opiniones, an ſtatutum ad bona extra territorium ſtatuentium poſita extendatur, quæ tamen loquuntur in ſtatuto ſuper ſucceſſione inteſtati diſponente.

31 ℭ Verùm vt nos quæſtionem hanc latiùs pertractemus, dicendum prima videtur facie ſtatutum hoc noſtrum in caſu iſto ceſſare, ſicuti dicimus in ſtatuto prohibente vxori virum aliquid relinquere, quod licèt ſit fauorabile ne mutuo ſe amore coniuges ſpolient. l. pri. D. de dona. inter vir. & vxo. vti & hoc noſtrum eſt, vt diximus ſupra in præfatio. in ſecun. dub. tamen locũ non habet quò ad bona extra territoriũ ſita, ſecundùm Bal. in l. ſi arrogator, col. pen. verſi. & facit ad plures quæſtiones, & ibi Iaſ. col. 16. verſi. ſecundò principaliter, ſub num. 42. cũ mult. ſeq. D. de adoptio. Caſtr. in l. exigere, in fin. ver. & ibi Cur. iuni. col. 4. verſi. vltima dubitatio. D. de iudi.

32 ℭ Secundò & vltimò, quia quò ad ſolennitatem contractus ſtatutum loci contractus ſemper attenditur, ſecundùm Bar. & omnes in l. pri. C. de ſum. trinita. cum concordan. quos cumulauimus ſupra in præcenden. quæſtio. num. 27. incipi. verùm vt nos quoque: Sed ſic eſt, quòd locus contractus videtur vbi facienda eſt ſolutio. l. contraxiſſe. D. de actio. & obliga. ſed rem, de qua loquimur, immobilem, vbi ſita eſt, tradi neceſſe eſt.

33 ℭ Sed his non obſtantibus contrariam nos opinionem veriorem arbitramur per eadem argumenta quæ in contrarium retorquemus. Inprimis enim vera non eſt illa Bal. ſententia in d. l. ſi arrogator, quia immò ſtatu-

tum

tum fauorabile ad bona extra territorium exiſtentia extenditur: ſecus ſi ſit odioſum, vt magna authoritate affirmauit Bar. in d.l.pri. in vj. quæſtio. ſub num.32. vbi ex hoc expreſſim dicit, ſtatutum vetans virum inſtituere vxorem, porrigi etiam ad bona extra territorium collocata: ſecus in ſtatuto prohibente filias fœminas ſuccedere, quia illud fauorabile eſt, hoc odioſum, & ſequuntur ibi Signo. de Homo. in repe. col.6. verſi. aut eſt prohibitiuum, & Bal. ipſe num.18. & 19. Saly. col.4. num.11. Areti. col.antep. verſi. quoddam & tertiò, Franc.Purpu. col.22. num.130. C. de ſum. trini. Calda. in conſ.17. ſtatuto ciuitatis, titu. de conſtitu. iterum Bal. in conſ.131. circa prædicta, num.4. & 5. lib.2. in conſ.60. quædam ſoror, col.pri. verſi. item iſtud ſtatutum, vol.5. Ang. in l. exigere, cir. fin. verſi. vltimò allegatur. D. de iudi. Abb. in cap. poſtulaſti, col.4. verſi. ſi verò non concernit, de for. compe. Caſtr. in conſ.32. circa primum quæſitum notandum eſt quòd cùm ſtatutum, in prin. lib.pri. Roma. in conſ.39. in propoſita quæſtione, in ſecun. dub. Cap. in conſ.21. cùm de duobus, col.3. verſi. nec obſi dicatur, in conſ.42. & viſo & conſiderato, col.2. num.6. & col. ſequen. Cardi. Zaba. in conſ.2. circa ſtatutum, col. pri. verſi. item præſuppoſito, Alex. in conſ.16. viſo titulo quæſtionis, col. pri. vbi communem hanc dicit opinionem, libr. pri. in conſ.128. conſideratis verbis, col. pri. iuncta col.3. verſi. nec obſtat illud, eod. lib. pri. in conſ.41. viſis, col.2. verſ. confirmantur, & col.3. verſi. poſſet etiam, lib.5. repe. in conſ.116. lib.6. idem Alex. in conſ.141. viſo ſtatuto, num.15. & 16. lib.7. Barba. in conſ. vlti. illud referam, col.17. verſi. facit etiã quod voluit Bar. lib.3. Corn. in conſ.115. in hac conſultatione, in prin. lib.2. in conſ.202. circa præſentem conſultationem, col.4. verſi. dato autem, eod. lib.2. Cur. ſeni. in conſ.11. ſtatuto Parmenſi, col.2. verſi. ſecundò me mouet, in conſ.43. ſuper contingentia, col.7. verſi. tranſgrediamur ad tertium, Fely. in cap. poſtulaſti, col.2. verſi. item dum inferunt, de for. compe. Iaſ. in conſ.163. in quæſtione quæ vertitur, col.pri. & 2. lib.2. in conſ.194. ſuperuacuo, col.pri. verſi. tertiò pro hoc, eod. lib.2. Soci. in conſ.176. præſens conſultatio, col.4. verſi. ſecunda ratio, lib.2. rep. in conſ.103. lib.4. Deci. in conſ.276. proponitur quòd dominus Iacobus, col.2. cir. fin. verſi. ſed in tali, qui etiam de communi ſententia fidem facit, in conſ.314. pro reſolutione, col.fin. verſi. ſed in tali ſtatuto, vbi idem atteſtatur, in l.fina. col.pri.num.3. & col.3.num.13. & ibi Cagno. num.21. D. de iuris.om. iud. idem Deci. in l. ſi quis nec cauſam, num.3. D. ſi cer. peta. Rui. in conſ.39. viſis & bene intellectis, col.pen. verſi. præterea ipſe, lib.pri. in conſ.48. vt eius de quo quæritur, col.pri. & 2. vol.3. Anto.Rub. in conſ.45. viſo ſtatuto, col.fina. ante fin. in conſ.136. eiuſdem initij, in prin. quod ẽt ſequi videtur in conſ.71. plura mihi, in fi. licèt ibi neget ſtatutũ filias à ſucceſſione patris excludens eſſe odioſum, aſſerens hanc ſuam opinionem cõem eſſe, Cur.iun. in conſ.9. circa præmiſſa, p totũ in conſ.108. circa controuerſiã, nu.30. in conſ.110. pro habẽda, col.3. verſi. non puto, vbi cõem hanc Bar. ſententiam eſſe affirmat, Goza. in conſ.37. prima facie, nu.12. Alber. Brun. in tracta. ſtatu. fœmi. exclu. arti.8. quæſtio.xxv. ſub num.119. cum 11. ſequen. vbi hanc cõem dicit opinionem, Crauet. in conſ.271. verba ſtatuti, col.3. num.4. vol.pri. Eſt verum quòd Bar. vbi ſupra, loquitur quando ſtatutum habilitat vel inhabilitat perſonam, non quando ſolennitatem in contractu requirit, vt noſtrum hoc ſtatutum facit, licèt nonnulli ex præallegatis Doctoribus eum ſimpliciter citent, ideoque magis mouet quod ſtatim ſubijciemus.

34 ¶ Sic & quatenus ſecundò loco diximus, quò ad contractus ſolennitatem, ſtatutum loci ipſius contractus eſſe inſpiciendum, illud quidem verum eſt, ſed quatenus aſſeruimus attendendum locum vbi ſolutio facienda eſt, vt ille locus contractus dicatur per l. contraxiſſe. D. de actio. & obliga. hęc eſt fallacia, quia id tantùm quo ad forum, vt ibi ſcilicet quis conueniri poſſit, receptum eſt, non etiam quò ad hoc, vt attendi debeant ſtatuta deſtinatæ ſolutionis, quia immò inſpicienda ſunt ſtatuta loci vbi verba contractus proferuntur, licèt res ſoluenda alibi ſit, ita probat tex. in l. ſi fundus. D. de euictio. dum loquitur de fundo, quem certum eſt alibi tradi non poſſe, niſi vbi ſitus eſt, & ita ſentit Dyn. in d.l. contraxiſſe, & clariùs Bar. in l. ſemper in ſtipulationibus, & ibi ſequitur Cagno. qui hanc communem dicit opinionem. D. de reg. iur. Bal. in l. pri. num. 3. C. vbi conue. qui cer. loco dar. promiſ. Alex. in conſ. 21. viſis his, col. pri. in fi. verſi. aut nos dicimus, lib. 2. rep. in conſ. 37. lib. 5. idem Alex. in conſ. 37. viſo & oportune, col. 2. verſi. præterea ſi ſtatuto, lib. etiam 2.

35 ¶ Et magis in ſpecie, hoc procedere etiam quando ſtatutum contractus ſolennitatem concernit, vt ſcilicet ipſius contractus ſtatutũ attendendum ſit, non ſtatutum loci faciendæ ſolutionis, ſi fortè fundus alibi tradendus ſit, voluit Bar. in d.l. pri. in pri. quæſtio. ſub nu. 13. cum tri. ſeq. vbi ſequuntur Saly. num. 4. Caccialup. col. 57. verſi. offert ſe nobilis q. ſub num 130. & Purpu. num. 103. & 104. qui communem hanc dicit opinionem. C. de ſum. trinita. idem Bar. in l. de quibus, num. 27. D. de legi. Caſtr. in l. 2. in fi. prin. D. de eo quod cer. loc. Corn. in conſ. 205. cùm in præſenti, col. 2. in fi. verſi. quicquid autem ſit, lib. 3. Soci. in conſ. 176. præſens conſultatio, col. 4. & 5. lib. 4. in conſ. 288. circa primam quæſtionem, col. 7. in prin. verſ. tertiò quia magiſter Io. eod. lib. 2.

36 ¶ Idem videmus in ſtatuto certam in vltima voluntate ſolennitatem requirente, quod etiam ſeruatur quò ad bona extra territorium ſtatuentium poſita, ſecundùm Io. And. in Specu. titu. de inſtru. editio. §. compendioſè, col. 7. verſi. quid ſi de conſuetudine, in ver. opponunt, Bar. poſt antiquos in d.l. pri. in vij. quæſtio. in prin. ſub num. 36. & 37. & ibi Signo. nu. 5. & 6. Bal. num. 17. Saly. col. 5. verſi. nunc quæro an teſtamentum, Areti. col. 7. verſi. circa tertiam, & col. pen. verſi. non obſt. quod ſupra, & ibi Iaſ. in pri. lectu. col. 9. verſi. tertia quæſtio principalis, & in ſecun. col. pen. & fin. qui communem hanc ſententiam eſſe affirmat, licèt ipſe dubitare videatur. C. de ſum. trinita. idem Signo. in conſ. 166. quæſtio diſputanda, per totum, máximè col. pri. verſi. ſed prædictis, vbi de communi quoque opinione fidem facit, iterum Bal. in l. in hac, poſt prin. & ibi Caſtr. ante med. verſi. in tex. ibi moreſque locorum. C. quemadmo. teſta. aperi. Anch. in conſ. 163. viſis & diligenter inſpectis, poſt prin. Alex. in conſ. 128. conſideratis, col. 2. verſi. licèt aliud eſſet, lib. pri. vbi communiorem hanç eſſe opinionem atteſtatur, in conſ. 44. videretur prima facie, col. fin. verſi. poſtremò non ob. lib. 5. vbi de communi etiam ſententia fidem facit, Soci. iuni. in conſ. 95. præſens conſultatio, col. pri. num. 4. lib. 2. qui etiam de communi ſententia fidem facit, Cagno. in l. fin. num. 28. D. de iuris. om. iudi. Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opini. 5. concluſio. 26. in prin. & concluſio. 29. vbi concor. citat, hancq; communiorem eſſe opinionem aſſerit. Conſtat autem de vltimis voluntatibus ad contractus validum eſſe argu-

mentum,

mentum, ſicuti & econtra cæteris tamen paribus.l. ſeruum filij.§. eum qui chirographum, vbi Docto. not.D. de lega.pri. cum ſimili.

37 ¶ DVODECIMO quæro, quid de muliere Mediolanenſi alibi nupta, an adhuc in loco vbi nupta eſt teneatur ſtatuti huius ſolennitatem obſeruare: quam quæſtionem puſuit Andre. Tiraq. in d.trac. de legi. connu. in glo.8. in xxx. quæſtio. vbi primò inquit videri eam teneri, poſtea citat Bal. in conſ. 226. præmiſſis verbis ſtatuti, lib.5. decidentem inſpiciendum eſſe ſtatutum vbi bona ſita ſunt, quam Bal. deciſionem, inquit Tiraq. aduerſari his quæ in præcedentibus dixit quæſtionibus, quare ſubdit eſſe cogitandum.

38 ¶ Tu autem lector audacter decidito in huiuſmodi mulieris contractibus neceſſariam huius ſtatuti non eſſe ſolennitatem, nulla habita bonorum diſtinctione, ea ratione, quam ſupra in dua. præceden. quæſtio. attulimus, in reſpicientibus contractus ſolennitatem attendenda eſſe loci contractus ſtatuta, etiam ſi res ſoluenda alibi poſita ſit. Et hoc modo arguendo non aduerſabuntur immò potiùs opitulabuntur ea de quibus Tiraq. vbi ſupra meminit: quæ & nos poſuimus ſupra hac eadem glo. in vij. & xi. quæſtio. & conferunt admodum etiam quæ dicemus infra in xiiij.quæſtio. & ita hac in ſententia reſidemus

39 ¶ Quanquam Bene. Cap. in conſ.21. cùm de duobus, col.3. verſi. non ob. ſi dicatur, quòd & ſi tale ſtatutum, loquens de ſtatuto prohibente mulierem teſtari, codicillari, aut contrahere ſine præſentia & conſenſu mariti duorumque proximiorum conſanguineorum, de quo non meminit Tiraq. vbi ſupra, in alia fuerit ſententia, videlicet hanc quoque mulierem huiuſmodi ſtatuto ligari, eâ innixus ratione, quòd licèt mulier nupta ciuis vbi nubit efficiatur, utrique forum ſortiatur, non tamen ſuæ propriæ originis ciuis eſſe deſinit, niſi quo ad ea quæ mulierem ipſam à ſeruitijs mariti retrahere poſſunt, poſt Bar. quem allegat, de quo & nos diximus ſupra hac eadem glo. num.17. incipi. contrariam tamen, & num.19. incipi. nec obſtat quod dicit: cuiuſmodi inquit Cap. non eſſe hoc ſtatutum, cùm ipſi ſit uiro fauorabile: ſed ad hoc ex prædictis patet reſponſio, quia procedere non poteſt in ſtatuto contractus ſolennitatem reſpiciente, quod à contrahente in loco ſtatuti tantùm oſeruandum eſt, vt ſupra diximus.

40 ¶ DECIMOTERTIO quæro, quid in muliere Mediolanenſi quę aliò domicilium transtulit aliter quàm per matrimonium: Et certè ex prædictis ſatis colligitur, ſi ibi contrahat non teneri ſtatuti huius ſolennitatem obſeruare: quod & in ſtatuto prohibente virum vltra certam quantitatem vxori relinquere, vt ſcilicet illo non ligetur ſtatuto maritus qui extra locum ſtatuti domicilium mutauit, quanuis huiuſmodi ſtatutum cum noſtro non omnino conueniat, voluit Saly. in d.l.pri. col.4. num.11.C. de ſum. trinita. & licèt contrarium ibi teneat Iaſ. in ſecun. lectu. col. nobis. 16. in prin. verſi. addo pro Saly. qui etiam allegat idem velle Albe. ibi, quę tamen nos non reperimus id tangere, & Roma. in conſ.39. in propoſita quæſtione, cir. fin. Tamen ipſum Saly. ſequuntur Alex. in conſ. 41. viſis, col.2. verſ. confirmantur, lib.5. repe. in conſ.116. lib.6. & ipſe Iaſ. in l. ſi arrogator, col.16. verſi. habeo iſtam, iuncta col. ſeq.D. de adoptio. vbi reſpon-

det

det fundamentis per eum adductis, in d.l.pri. quam opinionem in noſtro ſtatuto, in quo non agitur de inhabilitatione perſonæ, ſed de contractus ſolennitate, dubium habere non arbitramur, modò tamen extra locum ſtatuti contractus fiat, per ea quæ in mult. præcedent. quæſtio. diximus, & ea quæ in ſequen. etiam quæſtio. dicemus: Et licèt Docto. vbi ſupra in ſtatuto ſupra relato id procedere intelligant quò ad bona extra locum ſtatuentium ſita, nos tamen opinionem ſupra firmatam in caſu noſtro indiſtinctè procedere arbitramur per dicta ſupra in xj. quæſtio. & dicenda infra in xvj. quæſtio.

41 ℂ DECIMOQVARTO quæro, quid in muliere Mediolanenſi extra territorium Mediolani contrahente: qua in quæſtione, cùm ex facto conſultus fuiſſet ſapiens I. C. D. Apollonius Lambertengus patruus noſter, reſpondit hoc in caſu obſeruandam à muliere huius non eſſe ſtatuti ſolennitatem, allegando Areti. in conſ. 73. diligenter, col. 4. verſi. his non obſtantibus, ſed voluit citare in col. 3. cir. fin. verſ. his ergo præmiſſis, vbi loquitur in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine patris cõſenſu ſe obligare.

42 ℂ Verùm Andre. Tiraq. in tracta. de legi. connu. in glo. 8. quæſtio. xxvj. num. 216. cum mult. ſeq. hanc latiùs quæſtionem tractans, varias refert opiniones, tandemque inquit ſe eam ſequi quæ irritum facit contractum vbicunque ſine maritali conſenſu celebratum: quam etiam vltra per eum allegata ſecutus eſt Rui. in conſ. 31. intentio domini Iacobi, in fi. lib. 4. in conſ. 160. primò videndum, col. pri. & 2. vbi communem hanc dicit opinionem, eod. lib. 4. Pau. Pariſi. in conſ. 99. inherendo, col. pen. verſi. iſta obiectio, lib. pri. & Roc. Curti. in repe. cap. fina. quæſtio. xiij. principali, quæ eſt in ſectio. nona eademque vltima, col. 26. verſi. tertiò limita, ſub num. 26. extra de conſuetu. Et in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris ſe obligare, voluit etiam Bar. in l. ex Caſtrenſi. D. de caſtr. pecu. & in ſtatuto viri conſenſum in cõtractibus vxoris requirente Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in glo. in ver. contraulx, num. 18. vbi in eandem quoque ſententiam citat Bal. & Ang. Areti. in quibuſdam locis, in quibus tamen nullum de ea re verbum faciunt.

43 ℂ Nos verò D. Apollonij opinionem probamus: quam in terminis ſtatuti vxori ſine conſenſu uiri contractum interdicentis tenuit idem Areti. in conſ. 54. in cauſa, col. 2. verſi. tertia ratio, Io. Duran. de arte teſta. titu. pri. cau. 2. num. 5. Corn. loquens in ſtatuto prohibente mulierem ſine conſenſu mariti teſtari, in conſ. 241. de duobus, in pri. dub. lib. 2. vbi Corn. in id etiam citat quædam Bal. & Pet. eius fratris, & Hono. de Barto. coſilia inter conſ. ipſius Bal. quæ ſicuti Tiraq. vt ipſe refert, quo loco eum ſupra citauimus, reperire non potuit, ita nec nos, quanuis habeamus repertorium initiorum conſilior ũomnium voluminum ipſius Bal. ordine alphabetico compoſitum: Et idem in ſtatuto donationem irritante niſi facta ſit in præſentia, conſenſu & authoritate duorum proximorum donantis attinentiũ, voluiſſe videtur Cap. in conſ. 144. pro præfati dubij, col. 3. verſi. eſtò quòd fortè aliud eſſet, quicquid de eo dicat Tiraq. in d. glo. 8. num. 220. dum primò inquit Cap. ſtatutum hoc à donante extra territorium videri obſeruandum eſſe, cùm fauorabilem contineat prohibitionem, allegans Bar. in l. pri. col. 11. C. de ſum. trinita. quod tamen, inquit, ſine dubio non procedere

dere,cùm Bal. ibi col.20. ſecundùm eum, contrarium teneat, tandem verò ſubdit Cap. præterea tale ſtatutum non ſolùm ipſam prohibet perſonam, ſed circa obſeruandam quoque ſolennitatem diſponit,propter quod extra territorium non videtur ſeruandum, cum attendendus ſit hoc caſu locus vbi contractus geritur, citans Bar.in d.l.pri.C. de ſum. trinita. quem etiam antea in id citauerat: Et hoc idem in ſtatuto diſponẽte filiumfamilias vel mulierem ſine certa ſolennitate contrahere non poſſe, voluit Rui. in conſ. 211. proponitur in facto, col.3.verſi. & ſimiliter vult Aret. lib.pri. in conſ. 53. de duobus principaliter,col.3. verſi. nec obſt. ſi dicatur,& col.ſeq.vol. 2.& in ſtatuto vetante minorem contrahere ſine conſenſu propinquorum, Crot. in rep.l. omnes populi,col.pen.verſi. nunquid autem,de inſti. & iur. & in ſtatuto prohibente mulierem contrahere aut donare ſine conſenſu viri, voluiſſe videtur Nico.Boeri. in conſue.Bituri. titu.pri.§.4. in glo. in ver. ne peut donner, cir.prin. ſi rectè inſpiciatur, dum allegat Areti.in d. conſ. 54. & 73. Ex quibus colligitur hanc opinionem communiorem eſſe,quicquid aſſeruerit Rui. in d.conſ.160. lib.4.

44 ¶ Pro hac autẽ ſententia, hæc, per Docto. in locis ſupra allegatis, ratio, quàm ſupra tetigimus, adducitur, ſtatutum, quãdo non ſimpliciter aliquid fieri prohibet, ſed tantùm contractui celebrando certam præfigit ſolennitatem, ad actum extra territorium nunquam extendi, allegantes Bar. Bal. Saly. & alios in d.l.pri.C. de ſum.trinita. & Ancha. in cap.pri. de conſtitu. quod & addimus voluiſſe Ang.in conſ.233. quædam domina,num.2.Soci. in conſ.176. præſens conſultatio, col.5.verſi. adhuc etiam, lib.2. repe. in conſ.103. lib.4. & iterum conſ.239. præſentis conſultationis, col.pri. cir. prin. verſi.ſecundum probatur, lib. etiam 2. repe. in conſ.pen. lib.4. iterũ in conſ.131. eodem initio ſcilicet, præſentis conſultationis, col.pri. verſi. eſt etiam aduertendum, eod.lib.4. Corn.in conſ.232. circa primum,col.2. verſi. item quòd dictum inſtrumentum, vbi communem hanc dicit opinionem, lib.4. Goza.in conſ.49. circa primum, col.3. verſi.nonò conſidero (vbi in id citat Areti. in d.conſ.54.) Crauet. in conſ.271. verba ſtatuti, col.3. verſi. quintò igitur: in qua etiam ſententia fuiſſe videntur qui dicunt, in reſpicientibus contractus ſolennitatem locum ipſius cõtractus inſpiciendum, quos cumulauimus ſupra in x. & xi.quæſtio. huius gloſ.

45 ¶ Nec huic obſtare opinioni arbitramur præcipuum eorum fundamentum, qui in hac principali quæſtione in diuerſa fuerunt ſententia, quod & ipſum ſumitur ex Bar. doctrina in d.l. pri.C. de ſum. trinita. in vj. quæſtio. prin. dum ſtatutum, inquit, habilitans vel inhabilitans perſonam, ſi eſt fauorabile, ad contractum extra territorium factum extendi, cuius Bart. concordan. videre poteris à nobis congeſtos ſupra hac eadem gloſ. quæſtio.xi. num.33. incipi. ſed his non obſtantibus: & idem quòd extendatur ad contractum extra territorium celebratum, voluit idem Bar.in l. ſi duo, in fine.D.de admi. tuto. præſertim dum ſe remittit ad dicta per eum vbi ſupra, And.Barba. in conſ. vlti. col.16. verſi. circa hoc aduertendum, & col.ſeq. vbi cõmunem hanc dicit opinionem, lib.3. & Alba in conſ.70. quia copioſè, col.pri.

46 ¶ Quoniam reſpondetur nos non eſſe in hoc Bar.membro, ſed in priori, quando ſtatutum certam dat contractui formam ſolennitatemue, vt in

hoc

hoc noſtro ſtatuto, quod abſolutè non prohibet mulierem contrahere, ſed certarum tantùm perſonarum conſenſum in eius contractibus requirit, & ita rectiùs conſiderarunt Franc. Areti. in d.conſ.54. col.2. verſi. & hanc partem, & in d.conſ.73. col.4.verſi. iſta ſententia, Corn. in d. conſ. 241. col.2. verſi. his tamen, lib.2. Iaſ. in conſ. 59. videretur, cir.fin. lib.3. Rui.in d.conſ.53.col.4.verſi.ſed ad iſtud,lib.4. & Crot. in d.l. omnes populi,quo loco eum ſupra citauimus: quod & colligitur ex doctri. ipſius Bart. in d.l. pri.C. de ſum. trini. in locis per Docto. vbi ſupra, maximè Iaſo. deſignatis, vbi etiam idem eſt de mente Signo. de Homo. in repe. d.l.pri. col. 5. verſi. ſed contra prædicta,dum reſpondens ad l.pri.C.de eman. libe.inquit, ideo ibi forenſes ligari, quia ſtatutum illud non legitimat perſonam directò, ſed tantùm legitimationi faciendæ dat formam & ſolennitatem, quod à Bart. accepit: & ita tenendum eſt, vti etiam aſſeruimus ſupra hac eadem glo. quæſtio.x. Quanquam contrarium ſenſiſſe videatur idem Bar. in d.l. ex Caſtrenſi.D. de caſtr. pecu. quem ſupra pro contraria parte citauimus, ſed malè ibi locutus eſt Bart. niſi intelligatur eo modo quo loquitur in d.l. pri. cum præſertim ad ibi dicta ſe referat: & quanuis Rui. in d. conſ.160. lib.4. dicat hunc caſum non decidi ex dictis Bar. in d.l.pri. cum tantùm Bar. (inquit Rui.) ponat caſum quando ſtatutum certam in cõtractu ſolennitatem requirit, & quando perſonam habilitat vel inhabilitat ſimpliciter, non autem quando habilitat vel inhabilitat certa forma ſeruata aut non ſeruata, vt ſtatutum hoc facit, ſecundùm eum, id tamen verum non eſt, quia immò hic noſter caſus ſatis ex illo caſu deciditur, quando ſtatutum certam requirit ſolennitatem, vt per ipſummet Rui. & alios in locis ſupra proximè allegatis,& potiſſimùm Rui. in d.conſ,201.num.8. lib.pri. vbi expreſsè inquit hoc eſſe de mente Bart. in d.l. pri. idque rationabilius eſſe ratione ibi per eum adducta, quo fit, vt, cùm Rui. in d.conſ. 201. hoc meliùs examinet, hæc eius opinio cenſeri debeat ſecundùm nota. per Clau. Aquen. in l. ſi idem cum eodem.§. fin.col. pri. verſi. addo ad hoc.D. de iuris. om. iud. & Neui. in Sylua nuptia. lib. 5. num. 28. vbi citat concordan. Quæ ſententia præſertim procedit in hoc Mediolanenſi ſtatuto,quod non loquitur in perſonam eam inhabilitando certa forma non ſeruata,ſed in rem certam in mulierum contractibus ſolennitatem requirens: quanuis ſecundùm opinionem, quam nos ſequimur, idem etiã eſſet ſi ſtatutum in perſonam verba dirigeret, vt noſtrum Comenſe ſtatutũ facit,vt & diximus ſupra hac etiam gloſ.nu.29. incipi. ſicque concluditur.

47. ℭ Non obſtat ſimile de bonorum interdictione, quæ ſuum quòcunque effectum porrigit, l. relegatorũ.§. interdictione.D. de inter. & relega. cum ſimili. quia reſpondet Bal. in d.l.pri. col.8. verſi. ſed quid econtra ſi ſubditus.C. de ſum. trini. hoc argumentum non valere, quoniam aliud in iuris communis diſpoſitione, aliud in ſtatutaria,quaſi velit dicere Bal. ius commune tanquam generale quòcunque extendi, l.3.C. de legi.l. iura non in ſingulas.D. eod.titu. ſecus in ſtatutis, tùm quia ſtrictiùs interpretantur, vt nota. in l.3.§. hæc verba.D. de neg. geſ.tùm quia deficit poteſtas ſtatuendi extra territorium.l. fin. D. de iuris.om. iud. quem Bal. vbi ſupra ſequuntur Alex.in conſ.128. conſideratis,col.3. verſi.nec obſt. aliud, lib.pri. & ſubobſcurè in conſ.41. viſis, col.2. verſi. confirmantur ex his, lib.5. repe. in conſ.116. lib.6. & ipſe quoque Tiraq. in tracta. de iure primo. quæſtio. xlvj. num.39.

48 ℭ Vltimò non obſtat, quòd ſi hanc ſequimur opinionē, aperta erit fraudibus via, quia mulier volens ſtatuti huius ſolennitatem euitare, poterit extra territorium proficiſci, ibique contrahere, contra reg. l. in fundo. D. de rei uendi. & l. conuenire. D. de pac. dota. quoniam fatemur nos tunc irritum eſſe cōtractum omiſſa ſtatuti huius ſolennitate celebratum, quum mulier data ad hoc opera, vt ſola contrahat, extra territorium proficiſcitur, vt dicemus infra hac eadem gloſ. quæſtio. xvij. vbi etiam declarabimus quando contractus extra territorium factus in fraudem ſtatuti celebratus videatur.

49 ℭ DECIMOQVINTO quæro, an hæc noſtra ſententia procedat ſiue mulier contrahat cum ſubdito ſiue cum non ſubdito, & ſiue contrahens cum ea ſtatuti huius notitiam habeat, ſiue non, & allegatur Bal. in repe. l. fin. D. de iuris. om. iudi. quam tamen nos repetitionem videre non potuimus, velle, ſi mulier extra territorium ſine ſtatuti ſolennitate contrahat cum ſubdito, contractum non valere: ſi autē cum non ſubdito, in contractu vltrò citroq; obligatorio diſtingui, an cōtrahens ſtatuti prohibitionem ignoret, & tunc valeat, ſecus ſi ſciat: quē ſequuntur Ancha. & Alex. in locis per And. Tiraq. allegatis in d. gloſ. 8. num. 222. qui dum citat Alex. in conſ. 41. lib. 5. eſt in col. 2. verſi. confirmātur, vbi pulchrè declarat eum non dici extraneum, qui domicilium in loco ſtatuti habeat, dicitq; in eo qui in loco ſtatuti moram traxerit, ipſius ſtatuti ſcientiam præſumi. Et licèt idem Tiraq. in id etiam alleget Roc. Curti. in rep. cap. fin. de conſue. verè tamen Roc. hanc diſtinctionē non tenet, vt ſtatim dicemus: & ipſum Bal. vltra per Tiraq. allegata, ſequuntur idem Alex. in appo. Bar. in d. l. pri. in vj. quæſtio. principali, ſub num. 32. in ver. vbicunque ſint bona, & ibi Caccialup. in rep. col. 46. verſi. applicatur prædictis, cum 4. ſequen. C. de ſum. trini. Paris. in conſ. 99. inhærendo recto, col. fina. verſi. eſt verum, vol. pri. Thom. Gram. deciſio. 103. Illuſt. Marchioniſſa, num. 188. & ſeq. & videtur ſequi etiam Chaſſa. in conſue. Burgu. rub. 4. §. pri. in gloſ. in ver. contraulz. num. 18. dum citat Alex. in d. conſ. 41. & nouiſſimè Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opinio. 5. concluſio. 25. limita. pri.

50 ℭ Sed hac diſtinctio non placet Rui. in d. conſ. 160. col. 2. verſi. & quanuis, lib. 4. nec Roc. Curti. in d. repe. cap. fina. quo loco eū ſupra citauimus in præce. quæſtio. ſub nu. 42. de conſuetu. nec Tiraq. in d. trac. de legi. connu. in d. glo. 8. num. 222. cum duob. ſequen. qui tamen indiſtinctè tenent dictū ſtatutum ad contractum quoque extra territorium factum extendi, vt & ſupra eos retulimus: ſed cum diuerſum eius, quod hi cenſuerunt, nos ſupra firmauerimus, ideo hic quoque opinionem, quam iam probauimus, indiſtinctè hac etiam diſtinctione ſpreta ſequimur, quam & veriorem arbitramur, quoniam & hic militare videntur rationes, quas ſupra in præcedenti quæſtione conſcripſimus.

51 ℭ DECIMOSEXTO ad prædictorum quoque declarationem quæro, an hæc eadem quæ ſupra in xiiij. quæſtio. diximus, procedant etiā ſi contractus ſuper bonis in iuriſdictione Mediolani ſitis, fuerit celebratus: & Bal. (de quo meminit etiam Tiraq. in d. glo. 8. num. 224.) in conſ. 474. ſtatutum eſt in ciuitate, lib. 4. loquens in ſtatuto quòd nulla mulier teſtari poſſit, niſi expreſsè ius communis Eugubij reſeruauerit, inquit, ſi quis

dictæ

concluſionem vltra Areti.firmarunt etiã Caccialup.in d.l.pri. col.51.verſi. quando verò.C.de ſum.trini. Pariſi.in conſ.99. inhærendo, col.fina.verſi. præterea eſto, & verſi. quæ etiam confirmantur, lib. pri. & Iaco. Philip. Porti. lib.commu. opinio.5. conclu.25. col.5. verſi. contrarium ipſe. Ex quibus ſatis conſtare poteſt bonam non eſſe Io.Duran. cautelam in tracta. art. teſta.titu. pri.cau.2. num.5.docentis mulierẽ extra territorium proficiſci, ſi nolit ſtatuti ſolennitatem obſeruare: niſi dicatur difficilem eſſe huiuſmodi doli probationem, quòd data ad hoc opera extra territorium exiuerit, ſed reſpõdetur ſufficere dolum coniecturis probari.l. dolum.C.de dolo, & optimam nos coniecturam noſtro in caſu ſtatim ſubijciemus.

54 ℂ Sic & illud quod idem aſſerit Areti.tunc dolũ præſumi cùm celebrato repente contractu mulier domũ reuertitur, licèt nec id dicat Saly. in meo codice, verum tamen opinamur, quoniã ex his quæ incontinẽti fiunt fraus arguitur, Cap.officij,& ibi not. Abb. in 3.nota. de electio. & l. ſi ventri.§. fin. & ibi not. Bar.Ang.& latiùs Rip. in 2.nota.D. de priui.credito. cum ſimili. per Tiraq.congeſtis in tracta.retrac.titu. pri.§. pri.gloſ.7.nu.76. & 77.

55 ℂ Quod tamen procedere non arbitramur quando conſtaret aliqua ex cauſa inopinata poſt factum iam contractum ſuperuenta mulierem confeſtim rediјſſe, per nota. in ſimili à Bar.in l.poſt contractum, in 5. præſump. num.8.D. de donatio. de eo qui incontinenti poſt venditionem aut donationem hominem occidit in rixa tamen inopinata, quo caſu ceſſat præſumptio ſimulationis contractus,quem ſequuntur ibi Pau.Pic. in repe.col. 13.verſi. circa quintam præſumptionem, & Io.Anni. col.31. verſi.ſucceſſiuè no.ex dictis Bar. & præterea Ang.in d.l.ſi ventri.§.fin. cir. med.verſi. & per hanc literam.D. de priui.credi. & D.Aegid.Boſs. in ſua practi.crimin. titu.de bono.publi.num.51.

56 ℂ Quando autem dicatur mulier ſtatim rediјſſe, magis eſt vt id iudicis arbitrio relinquamus,ſecundùm Ang. in d.l.ſi ventri.§.fin.poſt prin.verſi. in tex. ſi modò,cum concor. hic & per Tiraq. cumulatis in tracta. retractu. titu.pri.§.pri. gloſ.14. num.36. incipi. quantum autem,& num.38. cir. fin. & iterum in repe .l. ſi vnquam,in ver. omnia, num.31. col.illius num.4.C. de reuo. donatio. vbi tamen d.num.36. dum allegat Imo. in cap.illo vos, col.10. de pigno. eſt col. nobis.6. verſi.vlteriùs: quod & præterea voluit Deci.in conſ.283. & diligenter, col.5. verſi. & hoc confirmatur.

57 ℂ DECIMOOCTAVO quæro quid in muliere religioſa, an & ipſa noſtro hoc ſtatuto comprehendatur, quod videtur per nota. à Saly. in aut. Caſſa, col.fin. verſi.quæro modò.C.de ſac.ſan. Eccle. vbi ſtatutum, inquit, agnati conſenſum in alienatione rei minoris requirens clericum quoque minorem complecti, ſiue alienatio alteri fiat clerico ſiue laico:pro quo & facit, quòd ſtatutum hoc eſt fauorabile, vt diximus ſupra in præfatio. in 2. dub. quo caſu clericos quoque comprehendit, ſecundùm Bal. in l. omnes populi, col.7. verſi.ſed hic vlteriùs quæritur.C.de ſum.trini. cum concor. allegatis ab Andr. Tiraq. de retrac. titu. pri.§.pri. gloſ.8.num.41. incipi. ſed conſequenter: & faciunt quæ dicemus in fine,quæſtio.xxxix.

58 ℂ Nihilominus dicendum arbitramur illud Saly. dictum verum non eſ-

ſe, & ad id quod diximus ſtatutum fauorabile clericos comprehendere, reſpondetur in id allegata loqui quò ad hoc vt ſit in eorum poteſtate poſſendi vti tali ſtatuto, quod intelligendum eſt à principio, quando quis vult contrahere, quia poterit vti, quod non videtur dubitationem habere, quia poteſt non contrahere, ſi is, cum quo contrahere vellet, nolit ſtatuti ſolennitatem adhibere, ſed ſecus videtur quando contractum ſine debita ſolennitate factum infringere vellet, quia contrahendo ſtatuti ſolennitate non ſeruata videtur noluiſſe vti dicto ſtatuto. Ad id autem quod aſſeremus in fine d. quæſtio. xxxix dici poteſt diuerſitatis rationem ineſſe, quia ſtatuti verba moniali non conueniunt, ideoq. nec eius diſpoſitio conuenire debet. l. dies cautioni. §. prætor ait, verſi. toties, & ibi not. Bar. in fin. d. §. prætor ait, Ang. Caſtr. qui ita ſummat illum tex. & ſeparatim legit, Imo. & Alex. qui illum tex. legit cum d. §. prætor ait, col. pen. num. 25. D. de dam. infec. Quòd autem non conueniant, probatur, quia ſtatutū requirit conſenſum viri, ſi virum mulier habet, vel agnati, ſi agnatos habet, & ſic intelligendum videtur de ea muliere quæ eos habere poteſt, licèt fortè contingat nō habere: ſed religionem ingreſſa habetur pro mortua, l. deo nobis. C. de epiſ. & cleri. ſed mors omnia ſoluit. §. deinceps, in aut. de nupti. quòd ſaltem procedit quò ad amittendam agnationem, vt dicemus in loco ſtatim commemorando: Et hæc noſtra opinio mulierem religioſam hoc ſtatuto non ligari de conſuetudine obſeruatur, quæ ideo non eſt immutanda, l. minimè. D. de legi. & ſcias etiam lector mulierem religioſam non ſolere ſolam ſed ſimul cum toto capitulo contrahere, quia quicquid acquirit monachus vel monialis acquiritur monaſterio, Bar. in l. patri, in fi. D. ad l. Iuli. de adul. cum ſimili. & hanc noſtram ſententiam ſatis ſenſiſſe videntur Bal. & Caſtr. in locis in duabus ſequen. quæſtio. commemorandis, dum ſolùm dubitant quid in caſibus ibi relatis: & faciunt optimè quæ dicemus infra in glo. 17. in ver. de eadem parentela, quæſtio. vij.

59 ℭ DECIMONONO quæro, quid ſi mulier monaſterium quidem intrauerit, ſed tamen adhuc profeſsionem non fecerit, an tunc poſſit ſine huius ſtatuti ſolennitate contrahere: & Paul. Caſtr. in conſ. 432. cùm ſtatutum, col. 2. verſi. tertiò principaliter, vſque in fin. conſ. lib. pri. loquens in ſtatuto prohibente minorem ſine præſentia officialium mercantiæ (vt ipſe loquitur) & licentia & iuramēto conſanguineorum contrahere, concludit huiuſmodi mulierem minorem hoc ſtatuto ligari per multa quæ allegat, & extendit profeſsionem quoque poſtea poſt annum ſecutam nihil impedimento eſſe, quia retro trahenda non eſt, ex quo durante anno fieri prohibetur, ſecundùm eum, & ad hoc in ſimili allegat gloſ. in l. talis ſcriptura. §. fina. & eſt in ver. vniuerſa, paulò ante fin. D. de leg. pri. & in l. donationis, ſed veriùs eſt in l. donationes quas parentes, & eſt in ver. referatur, in prin. C. de dona. inter vir. & vxo. & Docto. in l. ſequens quæſtio. D. de lega. 2. vbi donatio inter virum & vxorem licèt ſecuta morte confirmetur, non tamen retro trahitur ad diem ipſius donationis factæ propter legalem prohibitionem à principio reſiſtētem: quem Caſtr. refert, ſed ita vt neſcias an eum ſequatur necne, And. Tiraq. in tracta. retractu. titu. pri. §. pri. glo. 8. num. 40. incipi. nec omiſerim.

60 ℭ Verùm hoc Caſtr. dictum in rem non tranſit iudicatam per ea quæ cumulauit idem Tiraq. vbi ſupra, num. 21. incipi. ſed dubium eſt, vſque ad num.

num.40. ex quibus apparet dubiam admodum eſſe hãc quæſtionem: quæ res lector candide tibi admirationem non afferat, cùm & nouitius ipſe nundum profeſſus, de ſtatu & iure ſuo dubius eſſe dicatur, vt per gloſ. in cap. beneficium, ſtatim allegando. Et dum Tiraq. vbi ſupra num.21. pro parte affirmatiua, quòd fingatur religioſus, allegat glo.in cap. beneficium, in ver. conferendum, col.pri. verſi. ſed nunquid conſtitutio, ſine titu. voluit allegare in titu. de regu. in 6. & dum num. 28. contrariam in ſententiam aduocat Bart. in l.2.C. ne ſanc. bapti. reite. dic Bart. ibi hoc non firmare, dum poſteaquam dixit illum tex. ad hoc in argumentum facere, ſubdit, dico quòd facit in argumentum, ſed de veritate interroga Canoniſtas: ſed id conſtantiùs præter allegata per Tiraq. voluerunt idem Bar.in aut. ingreſſi, in repe. col. pri. verſi. nam ante profeſſionem, & ibi Bal. in prin. Caſt. cir. prin. C. de ſac.ſan. Eccle. Fely. in cap. cùm deputati,col.pri.verſi.& intellige,de iudi. Iaſ.in aut. ſi qua mulier,col.fina. verſi. ego teneo.C. de ſac.ſan.Eccle. Hippo.Rimi. inſti. de donatio.§. pri. num.417.

61 ℭ Itaque dicendum videretur quæſtionem hanc ex illa pendere, an huiuſmodi nouitio permiſſum ſit facere teſtamentum, nam ſi permiſſum dicimus, conſequens eſt vt ſecularis videatur, cum religioſo hoc ſit interdictum, aut. ingreſſi, & aut. ſi qua mulier.C.de ſac.ſan.Eccle. cap. perlatum, & cap.ſeq. vbi de verbo ad verbum repetitur d.aut. ſi qua mulier,xix.quæſtio.iij.& permiſſum eſſe affirmarunt plurimi quos allegat Tiraq.vbi ſupra, num.29. incipi. ex quibus: quod & præterea voluiſſe videtur gloſ. in d. cap. ſi qua mulier, quod ſubſequitur d. cap. perlatum, in ver. nunc autem ceſſante,& in d.aut. ingreſſi,in glo.pri.dum intelligit illam aut. modò quis ſeculo tacitè aut expreſsè renuntiet, & ibi clariùs Bart. in repe. ſiue quiſquis is eſt, qui eius loco illam aut. repetit, col.pri. verſi. circa hoc quærit, vbi hanc reddit rationem, quia ante profeſsionem non dicitur quis perfectè monaſterium ingreſſus, ſed animo experiendi ingreſſus videtur,& ſentit etiam Ang. in l.pri. col.3.D. de teſta. dum dicit monachum poſt profeſſionis annum non poſſe teſtamentum iam factum reuocare, ex quo nec facere poteſt, quem ibi ſequitur Imo.col.3.verſi.circa ſecundum, qui expreſsè dicit,ante tamen annum poſſe reuocare, quaſi ſentiat tunc teſtari poſſe, & Iaſ. in dict. aut. ſi qua mulier, col.8. verſi. item adde inquantum Bart. & verſi. ſecus eſt.

62 ℭ Sed concludendo nos in ea ſumus opinione, vt diſtinguatur, an ante profeſsionem factam ad ſeculum monachus vel monialis redierit, & tunc non dicatur eo tempore quo in monaſterio ſtetit, religioſus fuiſſe: ſecus ſi expectato anno profeſſionem fecerit, quia tunc trahitur retro profeſsio, vt ſemper fingatur fuiſſe religioſus: quam quidem diſtinctionem non nos fabricauimus, ſed Ancha. author quidem inter Canoniſtas non contemnendus, in conſ.89. contra donationem, col.fin. verſi. poſtquam enim, quem ſequuntur Deci. in d.aut. ingreſſi, col.pri.C.de ſac.ſan.Eccle. in conſ.330. concluſio ſuperius firmata, col.fin. verſi. & hoc euidenter, & And. Tiraq. in d.tracta.retrac. titu.pri.§. pri. glo.8. num.26. incipi. & hæc maximè, & num.27. & 38.& 39. vbi dum inquit, permiſſum eſſe quid in pendenti ſtare per multa iura ibi, & in loco, ad quem ſe remittit, per eum allegata, addes præterea tex. in l. proinde.D. ſi cer.peta. in l.quædam.D. de reb. dub

retrotrahi, diuerſa tamen ratio eſſet in eo quàm in nouitio, quia ſtatu liber etiam ſi velit non poteſt pendente conditione liber fieri: at nouitius ſi vult poteſt intra annum fieri religioſus, vt dicemus ſtatim num. ab hinc 5. incipi. aliter ergo.

65 ℭ Non obſtat quod idem quoque Caſtr. inquit, non fieri retrotrahitionem eorum quæ eſſent contra ius, quia reſponderi poteſt ex his quæ not. Bar. in l.ſi maritus, 2.§. legis Iuliæ.D. de adul. quem ſequuntur Areti. in l. lex Cornelia, in pri.nota.& ibi Iaſ.in pri. etiam nota.D. de vulg.& pup. & ex nota. per Roma.& Aret.in l.3.§.ex contrario.D.de acqui.poſſeſſ.

66 ℭ Et ſpecialiùs ad id quod dicit Caſtr. donationem inter coniuges morte confirmatam non retrotrahi ad tempus donationis, dici poteſt verum non eſſe, quia contrarium, immò ſcilicet retrotrahi, tenuerunt gloſ. in d.l. ſequens quæſtio, in gloſ.mag. in fi.D.de leg. 2. in l.ſub conditione, in glo. pri. in fi. D.de ſolutio. Fulg.in l.2.poſt med.verſi. in ea gloſ.ibi dato.C. de inoffi. dona. Imo,in l.talis ſcriptura, col.pri. verſi.in ea, glo. ibi ſed quantum, & ibi Alex.col.3. verſi. in ea.glo.ibi no. quantum, qui hanc inquit veriorem eſſe opinionem, Areti. col.3. verſi. in gloſ. poſita.D. de leg. pri. Deci. in l. illud, col.2. verſi.& vlteriùs.C. de collatio.

67 ℭ Veruntamen, vt dicam quid ſentio, iſtæ reſponſiones non placent, quia vera & communis eſt illa concluſio, leges regulariter non fingere, nec retrotrahi ad id quod eſſet contra ius, vt probat tex.in d.l.lex Cornelia, & ibi not. Bal. col.2. verſi.item no. quòd fictio, & Alex.poſt prin.verſ. ex iſta l.D. de vulg. & pupi. & tex. in l. pri.§. ſi quis quaſi.D. de eo qui pro tuto. neg.geſ. & not.glo. in d.l.talis ſcriptura.§.fin.in ver. vniuerſa, cir.fin, quam ibi ad hoc not.Bal. cir. med.verſi. In glo.§. vxori. & Caſtr.ipſe, qui eam dicit nota. ſingu.& communiter approbatam, col.2.verſi.in vlti. gloſ. vbi etiam quantùm ad id ſequi videtur Alex. col.3. verſi.in ea.glo. ibi dic ergo,& Iaſ. col.5.verſi. ſecũdò not. ex iſta gloſ.D. de leg. pri. glo. in l.pri. §. hac actione, in glo.fin.D. de neg.geſ. iterũ Bal. in l. ſiue poſsidetis, col. 2.verſi. nunc ſequitur.C. de probatio. in l.fina. col.pri.verſi. modò quæritur.C. de vſuca.pro dona. in cap. cum conſuetudinis, col.pri.verſi.item fictio non trahitur, extra de conſue.in cap.innotuit, col.2. verſi. & no.quòd matrimonium, de electio. in cap.contingit, col.2.num.3. in fin. de reſtitu. ſpolia. Alex.in l.Gallus.§. ſi eius, col.pen.verſi. adde etiam quòd fictio, & ibi Iaſ. col.7. verſi. adde quòd ſimiliter, & Clau.Aquen. col. pen. verſi. & vltra Doctores, de lib. & poſt. quòd ſaltem verum arbitramur quando actus à principio ipſo iure irritatur, per ea quæ dicemus infine, num.198. incip. quam etiam opinionem.

68 ℭ Similiter & id quod ſpecialiter diximus donationem inter virum & vxorem retrotrahi, verum non eſt, quia communior eſt opinio, vt non retrotrahitur quò ad dominium, vt vltra per Caſtr. allegata, voluerunt alia quoque gloſ.in l.2. in ver. familiæ herciſcundæ, quam ibi ſequuntur Cyn. Bart. poſt med. Albe. cir.fin. Bal.col.2. verſi.opp. quòd in iudicium, Saly. col. etiam 2. verſi. opp. quintò, Caſtr. col. item 2. in fin. verſi. in ſequenti glo.C. de inoffi.dona. in l.pri.§.ſi pater, in ver.donatio, cir.prin.& ibi Bar. poſt prin. verſi. ſed ad iſtud opp.D.pro dona. Dyn.in d.l. ſub conditione,

& ibi Bart. col. pri. verſi. ſubdit gloſ. vnum, & Bal. cir. med. D. de ſolutio. idem Dyn. & Bar. in d.l. ſequens quæſtio, & ibi Imo. cir. med. verſi. in ea. gloſ. ibi trahitur, qui communem hanc dicit opinionem, de leg. 2. idem Bar. in l. ſi ſponſus, §. ſi vxor, cir. fin. D. de dona. inter vir. & vxo. idem Bar. in l. ſi is qui pro emptore, col. 3. verſi. pro ſolutione huius contrarij. D. de vſuca. Bal. Ang. & Saly. omnes in fin. ver. in d. l. donationes quàs parentes. C. de dona. inter vir. & vxo. idem Bal. in d. l. talis ſcriptura. §. fin. & ibi Caſtr. & Iaſ. in locis ſupra commemoratis, de leg. pri. iterum Caſtr. in l. ſi mortis cauſa inter virum. D. de dona. cau. mor. Areti. in conſ. 127. eximiè domine, col. 2. verſi. quid plura, Io. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 72. in prin. de quo etiam per Ang. in d.l. ſi is qui pro emptore, col. pen. verſi. primò donatio, & ibi Rapha. Cuma. col. 3. verſi. ſimiliter fictio Corneliæ, Imo. col. 9. verſi. item ei quod dixi, & col. ſeq. in prin. & Iaſ. col. 32. ſecundùm antiq. impreſsio. & ſecundùm recentio. 26. verſi. circa primum, cum dua. ſeq. D. de vſucapio. iterum Iaſ. in aut. ex teſtamento, col. 4. verſi. pro iſta ſententia. C. de collatio. & Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in ver. libertis, num. 122. incipi. nam & in alijs, poſt med. verſi. ſeptimò quia. C. de reuo. dona.

69 ℭ Alitet ergo & meliùs reſpondeo, verum non eſſe quod præſupponit Caſtr. nouitium non poſſe intra annum profiteri, quia licèt non cogatur, cùm poſsit intra illud tempus ad ſeculum redire, ſi velit, cap. ſuper eo, extra de regula. cum concor. per Andr. Tiraq. adductis in d. tracta. retrac. titu. pri. §. pri. gloſ. 8. num. 27. incipi. præterea; ſi tamen velit poteſt expreſſè aut tacitè profeſsionem ipſam facere, modò ſit maior xiiij. annis, cap. pri. 2. 3. & 4. de regula. in 6. & not. Bar. in aut. ingreſsi, in rep. col. 2. verſ. quærit glo. qualiter fiat. C. de ſac. ſan. Eccle. quod tamen de xiiij. anno hodie per concilium Tridentinum in moniali extenſum eſt ad xvij. annum.

70 ℭ Non obſtat etiam quod nos ſupra adduximus, nouitium teſtari poſſe, quia gloſ. in d. cap. ſi qua mulier. xix. quæſtio. iij. id non firmat, cùm ſic loquatur, quidam tamen dicunt: quo caſu non videtur eam opinionem approbare, vt not. Iaſ. in l. ſi idem cum eodem. §. fin. poſt med. verſi. tertiò limita, & ibi Clau. Aquen. cir. med. verſi. tertiò limitat D. Iaſ. D. de iuris. om. judi. præterea ſi id verum eſſet, illud etiam conſequens videretur, eo intra annum moriente bona eius ad venientes ab inteſtato monaſterio excluſo pertinere; quod tamen maximam habet dubitationē, vt per Tiraq. in dict. glo. 8. num. 22. & 36. Aut etiam dici poteſt id locum non habere quando nouitius poſtea profitetur per ea quæ ſupra diximus. Ex quibus concluditur Caſtr. dictum, quatenus noluit contractum à nouitia ſine ſtatuti ſolennitate celebratum valere, etiam ſi poſtea profiteatur, verum non videri, niſi ex alio ſuſtineatur, eò quòd in caſu ſuo mulier erat minor xiiij. annis, quæ etiam volens intra annum profiteri prohibetur, ideoque ſi eius profeſſio poſtea facta retrotraheretur, hoc contra ius eſſet, quo caſu non permittitur quid retrotrahi vt iam ſupra firmauimus.

71 ℭ Quantum tamen ad dignitates, an ad eas admittatur nouitius, eſt tex. in cap. nullus, de electio. in 6. & ſimiliter an quis eum percutiens incidat in canonem, ſi quis ſuadente diabolo. xvij. quæſtio. iiij. eſt tex. in d. cap. religioſo. §. fina. de ſenten. excom. in 6. ſed quoniam Iaſ. in d. aut. ſi qua mulier,

lier, cir.fin.C. de ſac.ſan.Eccle. vt & retulimus ſupra, num.63. idem dicit econtra, nouitium ſcilicet delinquentem vti religioſum ab eccleſiaſtico Iudice eſſe puniendum, arguendo de ſtatu libero ad eum, l. ſtatu liber.D. de quæſtio. cui addimus conſimilem tex. in l. moris, in fi.D. de pœn.& in l.pen.D. ſi ex noxa. cau.aga.ideo & nos videamus an id in ſtatu libero verum ſit.

72 ℭ Et certè contra tex.in d.l.ſtatu liber, cum concor. ſupra allegatis, alius eſt tex. de directo contrarius in l. ſtatu liberi à cæteris poſt prin.D. de ſtatu.li. & fortiter etiam obſtat tex. in l.pri.D. de pœn. qui tex. vix nobis videntur commode concordari poſſe, ſequendo tamen communiorem ſolutionem dicendum eſt, licèt Docto. in locis ſupra allegatis multùm laborent pro ſolutione dictorum iurium, illam tamen communiorem videri ſolutionem, ſi tractatur de pœna ordinaria, tunc ſtatu liberum puniri vt ſeruum: ſi de extraordinaria, tunc vt liberum coherceri, ſi tempore ſententiæ ad libertatem peruenerit, ſecundùm Barr. poſt antiq. in d.l. pri.D. de pœn.vbi & rationem reddit, quia ad ordinariam pœnam ſtatim vt quis deliquit aſtringitur: ad extraordinariam verò non vtique, cùm ſit iudicis arbitraria, ideóque incerta donec iudex arbitretur: quod & repetijt idem Bar. in l. omnes populi, in quinta quæſtio. principali, verſi. iuxta prædicta quæro quid in delictis, ſub num.48. & ſeq. D. de iuſti. & iu. & clariùs in l. pen. qui eam legem legit ſimul cum l.fin. vt & alij faciunt, in pri.lectu. cir. fin. & in ſecun. col. pri. verſi. in tex. ibi aliter de libero, iuncto verſi. ſed contra ſolutio. glo. & ibi ſequuntur Albe. Ang. cir.med. Caſtr. ante med. verſi. nota etiam, Alex. col. pri. cir. fin. & ſeq. Iaſ.cir. med.D. ſi ex noxa. cau.aga. Bal.in l.pri. col.pri. verſi.tertiò contra hoc, vbi id pulchrè declarat, & ibi Saly.col.pri. verſi.op.glo.C. ſi ſer.ex fac. ſuo, Bene. de Plumbi. in d.l.ſtatu liberi à cæteris.D. de ſtatu li. Ex quibus verũ non videtur quod de nouitio dicit Iaſ. in d. aut. ſi qua mulier, niſi cum diſtinctione quam ſupra in ſtatu libero retulimus: & contra illud facit etiam quod not. Tiraq. poſt alios quos allegat in d. glo.8.num.31. incipi. ſed & ex his fit. Nihilo minus quantùm ad nouitium dicendum arbitramur, quando tractatur de executione pœnæ ſic eſſe diſtinguendum, quòd aut nouitius qui intra annum deliquit non expectato anno monaſterium exiuit, & à ſeculari Iudice vti laicus puniendus videtur, aut poſtea profeſsionem fecit, & ab Eccleſiaſtico Iudice vti religioſus cohercendus eſt, ſecundùm diſtinctionem quam ſupra in principali quæſtio. tradidimus num.62. incipi. ſed concludendo: aut verò ſumus intra annum intra quem nouitius neque à monaſterio receſsit, neque profeſſus eſt, & tunc arbitramur eum ab Eccleſiaſtico Iudice puniendum, arg.d.cap. religioſo.§.fina. de ſenten. excom.in 6. dum ibi dicitur eum, qui nouitium offendit, perinde puniendum acſi religioſum offendiſſet, idem enim debet eſſe econtra, vt ſcilicet & nouitius ipſe in aliũ delinquens tanquam religioſus puniatur, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, l. pri.D. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l. fin.§.fina.D.de leg.3. facit l. fina.cum ibi nota. per Docto.C. de indic.vidui.tollen, maximè cum vtroque caſu de fauore ipſius nouitij tractetur, cùm ab Eccleſiaſtico Iudice mitiùs puniatur.

73 ℭ VIGESIMO quæro, quid in moniale tertij ordinis ſancti Franciſci: & Bal.in conſ.60. quædam ſoror, in ſecun. dub.lib.5. loquens in ſtatuto

tuto certorum conſanguineorum præſentiam & conſenſum in contractibus mulierum requirente, decidit eam vti religioſam ſtatuto hoc non ligari, quem referunt & ſequi videntur Alex. in appo. Bart. in l. ſemper. §. quibuſdam, in fi. D. de iu. immu. & appo. Abba. in cap. quod clericis, col. 5. in litera a. de for. compe.

74 ℭ Sed an id verum ſit quod Bal. aſſeruit, monialem aut monachum tertij ordinis ſancti Franciſci religioſas inter perſonas connumerari, quia ab hoc quæſtionis huius veritas pendet, vt & Bald. ſenſit, quoniam hæc res longiori eget declaratione, videbis apud gloſ. in Clemen. pri. in ver. obedientiam, & ibi Io. And. de religio. domi. in clem. cùm ex eo, in ver. tertiò, & in ver. continentes, & ibi Ancha. & alios præſertim Cardi. Zaba. in ſecū. quæſtio. de ſenten. excom. Bart. in d. §. quibuſdam, & in l. pri. cir. fin. prin. D. de pœn. & ipſum Bal. in l. placet, col. 2. verſi. quid de ſororibus tertij ordinis. C. de ſac. ſan. Eccle. in l. officiales, in fi. C. eo. titu. in aut. niſi rogati, cir. fin. C. ad S. C. Trebel. in conſ. 272. ſuper eo quod quæritur, libr. pri. Calda. in conſ. 4. incipi. an fratres, titu. de regu. in conſ. 7. eiuſdem initij titu. de iudi. & for. compe. Ang. in conſ. 218. viſa narratione, poſt. prin. Butri. in cap. 2. col. fin. verſi. hoc vltimum, de for. compe. Abb. in rub. de regu. poſt prin. verſi. ex quo inferri poteſt, Rom. in conſ. 967. circa primum, col. fin. verſi. nec validitati, Corn. in conſ. 220. videtur in hac conſultatione, col. 3. verſi. nec poteſt iuuari, & col. ſeq. lib. 3.

75 ℭ Et vide præterea ſi facit quod notabiliter decidit Bart. in l. commodiſſimè, cir. med. verſi. & per hoc dicebam, & ibi Bald. Ang. Rapha. Cuma. Imo. Chriſto. Caſtellio. Caſtr. col. pri. verſi. ex hoc reſpondetur, Alex. col. pri. verſi. & inducitur, Aret. col. pri. verſi. ex hoc infert, Iaſ. in fin. ver. D. de lib. & poſt. idem Bart. in l. ſi pater, col. fina. verſi. iuxta hoc formo, & ibi Fulgo. col. pen. verſi. & ſi dixeritis, Caſtr. col. etiam pen. verſi. prædicta vera, Corn. col. 6. verſi. & dato, Iaſ. col. fin. cir. prin. C. de inſti. & ſubſti. & iterum Bart. in conſ. 28. in quæſtione prædicta prius videretur dicendum, parte pri. quibus in locis tangitur ſi pater inſtituat filiam in mille, ſi matrimonium contraxerit, & in quingenta, ſi monaſterium ingrediatur, & ipſa efficiatur monialis tertij ordinis ſancti Franciſci, an tanquam præterita teſtamentum rumpat, quod magis communiter tenetur, tanquam per aſſumptionem habitus huiuſmodi religionis nec nupta nec monaſterium ingreſſa videatur, vt & de communi ſententia atteſtatur Iaſ. in dict. l. commodiſsimè, in fin.

76 ℭ VIGESIMOPRIMO quæro, quid in muliere Hebrea, an & ipſa prohibeatur ſine huius ſtatuti ſolennitate contrahere: & Fran. Areti. in conſ. 77. & ratio, col. pri. verſi. circa primum, loquens de ſtatuto quòd quilibet de ciuitate, diſtrictu, vel comitatu certā teneatur in emancipationibus ſolennitatem adhibere, Iudæum quoque, inquit, comprehendere: quem ſequitur Fely. in cap. quoniam, col. pri. cir. fin. verſi. cui adde, de offi. ordi.

77 ℭ Verùm contrarium propiùs ad huius noſtri ſtatuti terminos ſenſiſſe videtur Ruin. in conſ. 159. ſuper eo, col. 2. lib. 5. dum loquens de ſtatuto prohibēte mulierem ſine conſenſu propinquorum ſe obligare, Hebream,

inquit,

inquit, mulierem (de ea enim loquitur, vti ex primis conſilij verbis conſtat) non poſſe ſine dicti ſtatuti ſolennitate ſolutionem quoque recipere. Et idem in caſu l. ſancimus, & l. pen. C. de donatio. volentium donationẽ aureos quingentos excedentem inſinuari debere, videlicet huiuſmodi donationem etiam à Iudæo factam eſſe inſinuandam voluit Caſtr. in conſ. 90. viſa quadam ſcriptura, per totum, lib. 2. dum ſolùm dubitat quid quando iuſiurandum interuenit, & loquitur Caſtr. etiam ſi donatio alteri fiat Iudæo, & eum refert & ſequitur Porti. libr. commu. opinio. pri. regu. 40. amplia. 3.

78 ℭ Quam poſteriorem opinionem vti veriorem nos quoque ſequimur, quoniam communis eſt Doctorum concluſio, ius commune ſtatutumque, quando ſpecialem de Iudæis mentionem non facit, ſed ſimpliciter loquitur, & non reperitur lex Moſaica contrarium expreſsè ſanciens, à Iudæo quoque ſeruandum eſſe, ſiue inter duos Iudæos res agatur, ſiue inter Iudæum & Chriſtianum, vt tradit Andr. Tiraq. in tracta. de iu. primogeni. quæſtio. 66. ſub num. 34. poſt alios quos citat, & præterea Pau. Pic. in repe. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cùm nuberet, quæſtio. xx. ſub col. 54. & 55. de leg. 2. Thom. Ferra. cau. 24. quæritur per ſcribentes, vbi aſſerit communem hanc eſſe diſtinctionem.

79 ℭ Et facit præterea quòd ſtatutum iſtud contractus ſolennitatem concernit, vt ſatis patet & ſæpè diximus ſupra, ideoque ſicut comprehendit forenſes in loco ſtatuti contrahentes, vt iam aſſeruimus ſupra hac eadẽ gloſ. quæſtio. x. ita etiam comprehendere debet Iudæos tanquam & ipſos forenſes: vnde etiam dicimus quòd ſicut in ordinatorijs & proceſſum reſpicientibus forenſes ligantur, quia locus iudicij attenditur ſecundùm Bar. in l. pri. in pri. quæſtio. princi. & ibi Bal. num. 20. Signo. de Homo. in rep. col. 3. verſi. & primò quæro, Caſtr. num. 11. Iaſ. in pri. lectu. num. 20. & in ſecũ. num. 57. Caccialup. in repe. char. 13. col. pri. verſi. ſecundò inquantum Bar. ſub num. 107. & Franci. Purpu. num. 101. qui communem hanc dicit opinionem. C. de ſum. trinita. eundem Bar. in l. de quibus, num. 27. D. de legi. iterum & Bal. in l. 2. & ibi etiam Caſtr. C. quemadmo. teſta. aperi. eundem Caſtr. in l. 2. in fi. principij. D. de eo quod cer. loc. Alex. in conſ. 167. viſo proceſſu, in fin. ver. libr. 2. cum ſimili. ita & Iudæi ligantur, vt voluerunt Io. Campe. in trac. dot. parte vlti. quæſtio. item vlti. cir. med. & Thom. Ferra. quo loco eum ſupra citauimus num. ab hinc 2. col. pri. cõſtat autẽ ſtatuta litis ordinationem concernentia, aut contractus ſolennitatem reſpicientia æquiparari, vt colligitur ex Bar. in d. l. pri. in pri. quæſtio. principali. C. de ſum. trinita. dum vtroque caſu inquit locum iudicij et contractus attendi, proindeque et forenſes ligari, cum concord. ſupra allegatis.

80 ℭ Non omitto in reſpicientibus ſolennitatem contractus Iudæos ligari, colligi etiam ex Bart. in rub. procem. Digeſto. col. 2. verſi. ex quo optimè, dùm inquit, nomen Domini inuocãdum eſſe à Notario inter Iudæos vel inter Chriſtianum et Iudæum inſtrumentũ conficiente, et ſequuntur Alex. in appo. eius, & Floria. ibi, et Cagno. col. 5. verſi. ex prædictis infert Bart. quod et voluit idẽ Bar. in rub. D. de no. oper. nuntia. col. pri. ver. et iſtud facit ad quæſtionem, et ibi Alex. col. 2. verſi. et iſtud inducit, iuncta col. 4. verſi. circa ſecundum, Iaſ. col. pri. verſi. ad illud quod ex hoc, et Claud.

Aquen. col. pri. verſi. ſed poſito, qui communem hanc dicit opinionem, idem Bar. in proœ. Cod. col.pri. verſi. & ex hoc habetis, Bald. in rub.D. de iuſti.& iur. poſt prin.& ibi Fulg. cir. med.verſi. & Chriſtianus tabellio, Iaſ. cir. prin. dū ſe remittit ad Bart, vbi ſupra, Butri. in proœ. Decreta.col. 3. verſi. ſed nunquid vitiatur, & ibi Abb. col.3.verſi. ſecundò quæro, qui hanc adducit rationem, quia in reſpicientibus contractus ſolennitatem, locus contractus attenditur, iterum Butri. in cap. inter dilectos, col.4. verſi. alij à natiuitate, de fid. inſtru. Ang. Areti. in proœ. inſti. col. pri. cir. fin. verſi. ſecundò inducitur, Fely. in cap.pri. col.2. verſi. & iſta conſuetudo, de fid. inſtru.

81 ℭ Quòd tamen intelligas modò aliquis interſit Chriſtianus, aut ſcilicet vnus ex contrahentibus, aut Notarius qui Inſtrumentum rogat, vt prædiximus: ſed ſi ambæ partes & etiam Notarius omnes ſint Iudæi, non erit inter eos nomen Domini inuocandum, ſed eorum Dei, ſecundùm etiā Bart. in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium, in ſecun. lectu. col.4. verſi. primò dixi. D.de eden. & clarius Iaſ. in d.rub. de nou.oper. nuntia. col. pri. num. 2. in fin. ea ſcilicet ratione, ne ipſi Iudæi ſoli CHRISTVM nominando id in cōtemptum Chriſtianæ religionis facere videantur: qua ratione & nos infra, in fine, quæſtio.xiij. dicemus iuramentum per CHRISTVM Iudæo non eſſe deferendum, vbi etiam in ſequen. quæſtio. differemus, quid ſi delatum ſit, & iuratum, an obſeruandum ſit iuſiurandum.

82 ℭ VIGESIMOSECVNDO quæro, quid ſi minor xxv. annis ſit mulier, an tunc ſatis ſit tutoris aut curatoris authoritatem interuenire, an verò huius etiam ſtatuti ſolennitas ſit neceſſaria: quam quæſtionem tetigit & indeciſam reliquit Bart. in l. apud Iulianū.§.fi. in fi.D. ex qui.cau.in poſ. ea. atque etiam Alex. in l.3.§. ſi procurator.D. quod quisque iur. ſed eam decidit Ang. in d.§.fina. in verſi. ſed dubitat, tutoris aut curatoris inquiens authoritatē ſufficere, & ſequi videntur Alex. quo loco eum in ſeq. verſi. citabimus, & Andr.Tiraq.in trac. de legi. connu. glo.5. in ver. contracter, num.188. incipi. Ang. autem: quod & voluit Ang. Aret.in.§. hæres quoque, col.pri. verſi. quærit Bar. inſti.de obliga.quæ ex quā.contrac.

83 ℭ Verùm Rapha. noſter Cuma. ſiue mauis Comen.in d.l. apud Iulianū. §.fin. poſt prin.verſi. dicit tamen Ang. diſtinguendum putat, quòd aut ſtatutum loquitur per verbum contrahere, & tunc neceſſaria non ſit ſtatuti huius ſolennitas: ſecus ſi per verbum obligare, quia (inquit) iſta eſt vera mulieris obligatio, quando per tales perſonas, videlicet per tutorem aut curatorem contrahit, & ideo ipſius ſtatuti ſolennitas exigitur. Sed hanc diſtinctionem reprobat Alex. in conſ.189. viſo ſtatuto, col.3. verſi. tertiò etiam contra Rapha. iunctis præceden. lib.7. volens ipſe Alex. tutoris aut curatoris authoritatem ſufficere: quam & nos Ang. & ſequacium opinionem, circa ſcripta contraria conſuetudine, ſequimur, quoniā, vt dicit Ang. vbi ſupra, tutore aut curatore interueniente, ceſſare videtur ſtatuti ratio, quæ fuit ne mulieres ob eorum imbecillitatem circumuenirentur: nam conſtat huius noſtri ſtatuti hanc fuiſſe rationem, vt diximus ſupra in præfatio. in pri. dub. quæ omnia militant tam ſi ſtatutum prohibeat obligationem, quam ſi contractum, vt dicit Alex. vbi ſupra, qui in d. col.3. verſi. qua ratione, inquit id maximè procedere ſi ſtatutum non dicat mulierem non

poſſe

poſſe obligari, ſed dicat non poſſe inire obligationem, prout loqui videtur noſtrum Comenſe ſtatutum, cùm prohibeat mulierem facere contractum obligationis, quod idem videtur, quia hoc caſu inquit Alex. ſtatutum videtur habuiſſe reſpectum ad actum facti, ſed non videtur verè inire obligationem, vel actum explicare, qui illum per alium explicat. Et hæc Ang. opinio optimè confirmatur ex his quæ dicemus infra in fine, quæſtio.xlvj. ſciendum eſt tamen in noſtra Comenſi ciuitate obſeruari, vt & tutoris aut curatoris authoritas vna cum viri aut affinis conſenſu adhis beatur: quanquam in eo ſtatuto res quaſi deciſa videretur, ſatis eſſe tutori aut curatoris authoritatem interuenire, dum in eo, poſt requiſitam ſimilem in mulierum contractibus ſolennitatem, hæc verba ſubijciuntur, in minoribus autem ſeruentur ſtatuta loquentia de minoribus & carentibus curatore dando: ſed nos non recedimus ab eo quod conſuetudo approbauit per l. minime.D. de legi.

84 ¶ Quam opinionem conſuetudine approbatam, quæ vtranque ſolennitatem deſiderat, ſi ſequamur, vti ſequēdam arbitramur, quantum ad noſtrum Comēſe ſtatutum, per d.l.minime.D. de legi. dubitari poteſt, quod tibi erit loco xxiij. quæſtionis, quid ſi maritus ipſe tutor aut curator mulieris fuerit, an & tanquam maritus & tanquam tutor aut curator mulieri poſsit contrahenti authoritatem accōmodare: quæ quæſtio aliquibus ridicula fortè videbitur, eò quòd vir vxoris tutor aut curator eſſe nequeat, l.2.C. qui dar. tuto. vel cura.poſ.l. virum.C. de cura.furi. & licèt tex.in.§. pen.inſti. de excu.tuto. dicat maritum vxori tutorem datum poſſe ſe excuſare, tamen gloſ. ibi in ver. excuſare, inquit huiuſmodi verbum excuſare impropriè eſſe poſitū, cùm nec volens admittatur, & ibi ſequitur Io.Fab. & alij: ſed reſpondetur prædicta iura locum non habere vbi tutor aut curator ad lites maritus decernitur, ſecundùm Specu.in titu.de cura.§. vt autem, cir.med. verſi. ſed nunquid, Bar.in l. ſi quis cum procuratorio.§. fin. in fi.D. de procu. in l.pri.§. fin. in prin.D. de excu.tuto. Bal. poſt Odofre. in d.l.2.C.qui dar.tuto.vel cura. poſ. Io.Fab. & Chriſto.Porti. in d.§.pen. inſti. de excu.tuto. quanquam reclamet Saly.in d.l.2. cuius opinionem de iure veriorem dicit Ang.Areti. in d.§. pen. ante med. verſi. quæro vtrum, qui tamen inquit quòd fortè Bart. opinio in practica obſeruaretur ob eius authoritatem, vti conſtantiù, eam obſeruari aſſeruit Bald. in d.l.2. ſed ſtatutum hoc in iudicijs quoque locum habet, vt dicemus in gloſ. ſequen. quæſtio.xvij. præterea ſolet Mediolani Senatus diſpenſare maritum poſſe vxoris tutelam ſuſcipere, vt ſcio eum diſpenſaſſe in perſona doctiſsimi viri D. Bernardi Camutij Artium & Medicinæ Doctoris conciuis noſtri: igitur, vt queſtionem hanc decidamus, te remittimus ad ea quæ dicemus infra in gloſ.11. in ver. agnati, quæſtio.xiij. xiiij. & xv. vbi ſimiles tractabimus quæſtiones, ex quibus & tu hanc decidere poteris.

GLOSSA TERTIA IN VER.
Ex contractu vel quaſi.

1 PRIMO quæro, an poſsit mulier ſine huius ſtatuti ſolennitate hæreditatem adire: & Bart. in l.apud Iulianum.§.fi. poſt med.verſi.& hoc facit.D. ex qui.cau. in poſ. ea. loquens de ſtatuto vetante mulierem

lierem ſine conſenſu propinquorum contrahere inquit poſſe, cuius infini concor. cumulauit Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.5. quæſtio.xi. nu.119. & 120. vbi dum allegat Corn. in conſ.337. nulla libri mentione facta, voluit allegare lib.pri. & dum citat Iaſ. in l.poſsideri, in prin. col.2. verſi. tertiò ad idem.D. de acqui. poſſeſ. eum non reperio: & communem hanc eſſe opinionem aſſeruit, Alex. in conſ.207. ponderatis, col.2. verſi. & primò quia, lib.6. in l. mutum, col. fin. verſi. pro hoc.D. de acqui. hæredi. & Iaſ. in l. Barbarius, col.2. verſi. per iſtam regulam.D. de offi. Præto.

2 ¶ At Andr. Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, hanc latiùs quæſtionẽ attingens, contrarium concludit, vbi num.125. plures in id concor. citat, ex quibus aſſerit communiorem hanc eſſe opinionem, vbi tamen lector ſi contrarias quoqne authoritates per eum adductas dinumeraueris, comperies eas non minori numero eſſe: quam Tiraq. ſentẽtiam vltra per eum allegata tenuerunt etiam Caro.Rui.in conſ.31. intentio D.Iacobi, ante fin. lib.4. in conſ.97. circa primum, in prin.lib.5.& Chaſſa.in conſue. Burgun. rub.4.§. pri. in glo. in ver. contrauulz entre les viſz, col. pri.verſi. extende ſecundò: Nos autem hoc in difficilimo articulo, in quo Docto. non tantùm alijs ſed & ſibiipſis contradicunt, pro faciliori doctrina caſus aliquot diſtinguemus.

3 ¶ PRIMVS eſt caſus & proinde prima quæſtio, quando cum aliena iactura mulier locupletaretur, & tunc eatenus tenebitur quatenus locupletior facta fuerit, tametſi ſtatuti ſolennitatem in ipſa hæreditatis aditione non ſeruauerit, & ita in ſpecie voluit Rapha. Cuma. conciuis noſter, in conſ.176. ſtatuto Papienſi, in fi. quem ſequitur And.Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, num.132. incipi. ad abſurdum: ſuper quo non eſt dubitandum per ea quæ dicemus infra in glo. 24. in ver. nec in caſu quo realiter & verè.

4 ¶ SECVNDVS eſt caſus ſecundam conſtituens quæſtionem quando hæreditas eſt opulenta, qui caſus ſicuti præcedenti admodum aſtipulatur, ita eodem quoque iure vtitur, videlicet hîc etiam huic non eſſe ſtatuto locum, & ita voluit Ang. in conſ.317. ſtatutum quòd mulier, cir. med. verſi. præterea, vbi loquitur in ſtatuto prohibente mulierem quamcunque obligationem facere ſine conſenſu & præſentia patris & eo deficiente cõſanguineorum cum alijs concordan. per Andr. Tiraq. adductis in tracta. de legi. connu. gloſ.8. num.88. incipi. cui adfine eſt & ſeq. vbi in id etiam allegat Raph.Cuma. in l.mutum.D. de acqui.hæredi. qui tamen id de opulenta hæreditate non tangit, ſed vltra per eum allegata eandem opinionem ſecuti ſunt Alex. in appo. Bart. in l.apud Iulianum.§.fin. in ver.dicit ſtatutum, col.2. verſi. itaque omnia.D.ex.qui.cau. in poſ.ea. Iaſ.in l.more, col. 4. verſi. vltra ſcribentes, iuncto verſi. bene verum eſt, & col.6. verſi.tenendo iſtam partem.D. de acqui.hæredi. in l.Barbarius, col.3. verſi.limito tamen.D.de offi.Præto.appo.Abba.in cap. qua fronte, col.2.in appo.incipi. contrarium tenet, cir. fin. de appella. Deci. in conſ.331. pro reſolutione, col.3. verſi. ſecundò principaliter, Io.de Arno. ſingu.14. ſtante ſupradicti iuris, Nico.Boe. in conſue. Bituri.rub. pri.§.4. in glo. in ver.de ſon mary. col.2. in prin. & propiùs ad terminos noſtros videlicet in ſtatuto prohibente mulierem alienare vel ſe obligare in contractu vel quaſi ſine conſenſu ma-

ſu mariti duorumq; proximorum, vt nec opulentam ſcilicet ſine obligatione hæreditatẽ mulier adire queat, decidit Raph. Cuma. in d. conſ.176. col.fin. verſi. nam quanquam: ſuper quo etiam arbitramur non eſſe dubitandum, tùm quia id in pupillo quoque conſtitutum eſt ſecundùm opinionem quæ communior videtur, vt colligitur ex Tiraq. quo loco cum nuper commemorauimus, num.77. incipi. nec longè: quanquam non deſint qui quantùm etiam ad pupillum contrarium ſentiant, quos etiam in vnum coegit Tiraq. d. gloſ. 8.num.59. incipi. nec diſſimile, tùm quia id generale eſt, vtilem ſibi contractum, prætermiſſa ſtatuti huius ſolennitate, poſſe mulierem celebrare, vt dicemus infra in fine, quæſtio.50.

5 ℭ Quid autem in lucroſa, colliges ex tex. in.§. ſed tamen, inſti. de aut. tuto. ex Roma. in d.l. mutum, poſt medi.verſi. ita ergo.D.de acqui.hære. ex Soci.in conſ.8. poſt redditum, col.pri. lib.4. ex Iaſo. in l. bonorum, 2. col.item 2.verſi.ex ſecundo dicto, & ibi etiã ex Deci.col.pri. verſi.nec ob. quòd iſta, in pri.lectu. & iterum col. pri.verſi. ſecundò no. in ſecun. lectu. C.qui admit. & ex eodem Deci. quo loco eum in præceden. verſi. citauimus, ex And.Tiraq. in d.glo.8. d.num.77. & ex his quæ dicemus infra in fine, quæſtio.50. quæ autem opulenta vel lucroſa dicatur hæreditas, dicemus infra in quarta quæſtio.

6 ℭ Item ſi ſcire cupias quid ſi mulier hæreditatem adeat cum inuentarij beneficio, videbis Io.Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo.§.68. col. 3. verſi. fateor tamen, decidentem valere aditionem per ſolam mulierem factam, ea ratione quòd per huiuſmodi aditionem mulier ſibi prę iudicium parare nequeat, quod tamen in hac nec. in noſtra Comenſi ciuitate non procederet ob ſtatutum 272. ſupra cod. vol. & ſtatutum Comi in ciuili: cap.154. prohibens quem eſſe hæredem cum inuentarij beneficio: ad cuius ſtatuti declarationem, vt hoc obiter dicamus, ſcias lector Senatum Mediolani olim cenſuiſſe, ſi quis diuerſis in locis bona habeat, in quibus varia ſuper hoc adſint ſtatuta, attendendum illius loci ſtatutum, vbi maior pars bonorum ſita eſt, per nota. per Docto. præſertim Caſtr. in l. hæres abſens, in prin.D. de iudi.

7 ℭ SED HIC dubitatur, & iſta tertia ſit quæſtio, an in dubio hæreditas præſumatur opulenta, an verò debitis implicita: & Ang. in conſ.317. ſtatutum quòd mulier, ante med. verſi. præterea non eſt, ſentit præſumi nullis eſſe debitis obnoxiam, dum concludit mulierem potuiſſe ſolam hæreditatem adire, quia nec deductum nec probatum fuerat in ipſa hæreditate adfuiſſe creditores & legatarios, immò ex parte aduerſarij articulatũ fuiſſe, & per mulierem confeſſum, hæreditatem fuiſſe opulentam: quod & repetijt idem Ang. in l. mutum.§. fin. & ibi ſequuntur Imo. in fin. ver. Caſtr. col.2. verſi. ſed quid ſi non obligantur, Alex. col. fin. verſi. ſubdit Ang. quòd in quibus caſibus.D.de acqui.hęredi. Corn.in conſ.337. dictos actores, col.pen. verſi. & quia dicens aditionem, lib. pri. Iaſ. in l.more, col.4. verſi. itẽ quia in illa.D. eod.tit. de acqui. hære. Deci. in d.conſ.331. col.3. verſi. vlteriùs etiam: & licèt aliqui ex prædictis velle videantur id eſſe articulandum ab eo qui allegat aditionem hæreditatis valuiſſe, videlicet in ea nullos adfuiſſe creditores vel legatarios, quod ſi negat aduerſarius ſibi poſtea incumbere onus probandi, ita referentes Ang. vbi ſupra,

verè tamen iſta non eſt mens Ang. cùm loquatur eo modo quo cum retu limus, & cùm principaliter ſe fundet in eo, quòd qui aſſerebat mulierem obligari non potuiſſe ſine ſtatuti ſolennitate, non probauerat in ipſa hæreditate creditores & legatarios extitiſſe taliter quòd obligari potuerit.

8 ¶ ITEM & alia ſuboritur dubitatio, quæ quartam parit quæſtionem, quid ſi hæreditas à principio opulenta videbatur, quæ poſtea damnoſa effecta eſt: quod deprehendes ex tex. in l. verùm. §. ſciendũ, verſi. ſi locupleti. D. de mino. vbi minor, qui adiuit hęreditatẽ, quę priùs locuples videbatur, & poſtea lapſa eſt ob naturalem rerum interitum, non reſtituitur, niſi in ipſa hæreditate multæ fuerint res mortales, vel prædia ruinoſa, vel æs alienum graue, quod non proſpexit minor euenire poſſe, vt mancipia emoriantur, vel prædia ruant, vel quòd non citò hæc multis caſibus obnoxia non diſtraxit, qui tex. vti notabilis memoriæ tradendus eſt, quoniam glo. illius immemor in l. fin. in glo. fin. C. de in inte. reſti. mino. hoc caſu ſimpliciter aſſeruit dandã minori non eſſe in integrum reſtitutionem, ad quã glo. Doctores ibi nec alibi, quod nos legiſſe meminerimus, nõ animaduertunt.

9 ¶ Quanquam dici poteſt dubitationem iſtam ad lucroſam tantùm hæreditatem pertinere, præſuppoſito quòd mulier eam adire poſſit ſine ſtatuti ſolennitate, de quo ſupra remiſſiuè dictum eſt, non etiam ad opulentam: nam opulenta nulla præſupponit debita aut legata: locuples verò ſecus, ſecundùm glo. in .l. ſi quis mihi bona. §. pri. verſi. ſi ſeruus, in ver. hæreditatem, & ibi Docto. D. de acqui. hæredi. Soci. in conſ. 8. poſt redditum, col. pri. verſi. ſecundò principaliter, lib. 4. vbi declarat habendam non eſſe quantitatis bonorum rationem, ideoq; decem etiam aureorum hæreditatem nulla debita continentem poſſe opulentam dici, & Andre. Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 8. num. 59. & 77. nam ſi opulenta nulla continet debita aut legata, non poteſt noſtro quidem iudicio damnoſa effici, prædijs etiam collapſis mancipijsque emortuis.

10 ¶ TERTIVS eſt caſus, ex quo quinta deſcendit quæſtio, quando mulier non eſt locupletior facta, nec hæreditas eſt opulenta, & tunc ſi ſtatutum vtitur verbo obligare, communis eſt Doctorum opinio, mulierem non poſſe etiam hæreditatem adire, vt voluit Bar. in d. l. mutum. §. fin. vbi alij communiter ſequuntur. D. de acqui. hære. & Docto. in d. l. more, vbi Iaſ. col. 3. verſi. ſextò no. communem hanc dicit opinionem, eod. titu. & And. Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. gloſ. 5. num. 134. vbi concor. citat: quod & vltra per eum allegata voluerunt Alex. in appo. Bar. in l. apud Iulianum. §. fin. in ver. dicit ſtatutum, cir. med. verſi. & iſtud eſt verum. D. ex qui. cau. maio. Cor. in conſ. 337. dictos actores, col. 3. verſi. videndum eſt itaque, lib. pri. Calca. in conſ. omnium pri. viſo conſilio, col. 13. verſi. & ideo dicit Bal. Io. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 68. col. 4. verſi. & per hoc tollitur, Bal. Nouel. in rub. de verbo. obliga. col. pen. verſi. ſic etiã ſi ſtatutum, ſub num. 66. Nico. Boeri. in conſue. Bituri. rub. pri. §. 4. in gloſ. in ver. deſon mary, col. 2. cir. fin. verſi. tamen de conſuetudine generali: quam opinionem nos quoque ſequimur: quanquam ſciamus Signo. Ang. & Barba. in locis per And. Tiraq. in d. gloſ. 5. num. 134. & 135. commemoratis, diuerſa in ſententia fuiſſe, quorum opinio potiſſimùm non procederet, ſi obligationem non tantùm principalem, ſed & eam quæ per cõ-

ſequen-

ſequentiam venit, ſtatutum prohiberet, vt ſtatutum hoc facit, cùm eorum rationes eò tendant, vt probent obligationem ex hæreditatis aditione deſcendentem in conſequentiam prouenire, ideoque non eſſe in conſideratione habendam per tex. in l.pri.D. de aut. tuto. de quo tex. vide quæ & nos dicemus infra in glo.10. in ver.cum ipſo marito, quæſtio.vij.

11 ¶ QVARTVS & vltimus eſt, ſextam conſtituens quæſtionē, quando ſtatutum vtitur verbo contrahere, in quibus terminis loquuntur quæ in prin. huius gloſ. adduximus: quo in articulo Docto. non tantùm circa huius quæſtionis veritatem controuertunt, ſed etiam circa communioris opinionis aſſertionem, & vltra ibi adducta, communiorem eſſe opinionē hoc etiam caſu hæreditatis aditionem interdictam videri atteſtatus eſt Iaſ. in d.l.more, col.4. verſi. prædicta procedunt, iuncta col.ſeq.D. de acqui. hære. Ex quibus omnibus dicendum videtur, in hoc atque etiam in noſtro Comenſi ſtatuto verbo obligare vtentibus, hæreditatis quoque aditionem prohibitam cenſeri.

12 ¶ Nihilominus in dicto Comenſi ſtatuto ſcimus contrarium conſultum fuiſſe per doctiſsimum virum D. Vincentium Orchium amicum noſtrum, qui nobis ſignificauit idem quoque conſuluiſſe prudentiſsimum virum D. Io. Antonium Vulpium poſtea ad Comenſis Epiſcopatus dignitatem ob eximias illius virtutes euectum, quem virum honoris cauſa nomino: cui D. Orchio cùm aliquando obijceremus obſtare verbum obligate à dicto ſtatuto prolatum, is reſpondit non obſtare, eò quòd ſtatutum ſe reſtringit ad obligationem ex contractu vel diſtractu deſcendentem, & limitata cauſa limitatum producit effectum, l.in agris.D. de acqui. rer. domi. Lage cum Geminiano, vbi Docto.C. de tranſac. quæ reſponſio prima ſatis facie vrgere videtur etiam quò ad ſtatutum hoc Mediolanenſe, quod & ipſum licèt de obligatione loquatur, ſe tamen reſtringit ad prouenientem ex contractu &c. ſed & ei D. Orchio addere poteris videri fortiùs vrgere quod not. Corn. in conſ.337. dictos actores, col.3. verſi. videndum eſt itaque, lib.pri. vbi ſi ſtatutum, inquit, prohibeat mulierem vel minorem aliquem contractum vel obligationem facere (vti loqui videtur noſtrum Comenſe ſtatutum, quia cùm priùs mentionem faciat non ſolùm de donatione, alienatione, renuntiatione, & confeſsione, ſed etiam de obligatione, & poſtea prohibeat ſimpliciter mulierem aliquem ex prædictis contractibus facere, vti etiam referemus infra num. ab hinc 2. perinde eſt ac ſi cōtractum obligationis ſiue obligationem prohiberet) tunc attentari poſſe non prohiberi eos hæreditatem adire, quia adeundo non videntur obligationem facere, quoniam hæc obligatio non requirit conſenſum, cùm etiam ſi nolint obligari, tamen ex aditione obligentur, licèt ſecus eſſe fateatur Corn. ſi ſtatutum prohiberet minorem aut mulierem obligari.

13 ¶ Tu tamen lector candide animaduerte, immò hoc in Mediolanenſi ſtatuto rem noſtro quidem iudicio nullam habere dubitationem, hæreditatis ſcilicet aditionem prohibitam cenſeri, quoniam prohibet obligationem ex quaſi quoque contractu orientem, certum eſt enim, eum qui adit hæreditatem, cum legatarijs & creditoribus quaſi contrahere, l. apud Iulianum.§.fin.D. ex qui. cau. in poſ. ea.l. ex maleficijs.§.hæres, cum gloſ. in ver. intelligitur.D. de actio. & obliga.§.hæres quoque, inſti. de obli. quæ

ex qua. contrac. & ita in ſpecie ſtatuti prohibentis mulierem ſine conſenſu viri aut propinquorum ex contractu vel quaſi obligari, voluit Rapha. Cuma. in d.conſ.176. per totũ, & in l. more, in fine principij. D. de acqui. hære. vbi expreſsim loquitur de hoc Mediolanenſi ſtatuto, reprehendens quoſdam alios Mediolanenſes contrarium obſeruantes, dictum ſcilicet ſtatutum in aditione hæreditatis locum non habere, ea potiſsimùm ratione, quòd licèt hæreditatis aditio ſit quaſi contractus, tamen qui hæreditatem adit non obligatur niſi in conſequentiam, non autem principaliter, quibus reſpondet Cuma. id immò regulare eſſe ex quaſi contractu obligationem ſemper non principaliter ſed in conſequentiam oriri: ſed cùm hodie etiam obligatio quæ in conſequentiam venit hoc in ſtatuto prohibeatur, nullus ampliùs erit dubitationi locus, vti etiã diximus ſupra num. ab hinc 3. incip. tertius eſt. Ex quibus ſatis ſublatum manet quod ſupra diximus, ſtatutum hoc ſe reſtringere ad obligationem ex cauſis hic expreſsis prouenientem, cùm & quaſi contractus expreſsim nominetur: & facit etiam quod diximus ſupra in glo.pri. quæſtio.lxxxv. in fine.

14 ¶ Idem tamen exiſtimamus in noſtro quoque Comenſi ſtatuto, quia immò generaliter interdicit mulieri contractum obligationis, renuntiationis, confeſsionis, & etiam diſtractum, cùm in hæc verba loquatur. item ne mulieres ineptæ inducantur ad faciendum contractus, donationes, alienationes, obligationes, renuntiationes iurium ſuorum, vel confeſsiones, ex quibus lædantur cùm, perſæpe nonnullæ non intelligant quid agant, propter quod multæ iam deceptæ & fraudatæ fuerunt, ſtatutum eſt quòd nulla mulier non nupta ciuitatis vel Epiſcopatus Cumarum poſsit aliquem ex prædictis contractibus facere excedentem libras quinquaginta tertiolorũ vel earum valorem, nec etiam aliquem diſtractum conſimilis quantitatis, niſi &c. & præſertim quia dictum ſtatutum, vtſupra retulimus, generali vtitur ratione, ne mulieres lædantur, quæ ratio generalior dicto ampliat dictum l.regula.§.fin. & ibi Bar. & Bal. not.D. de iur. & fac. igno. licèt aliter conceptum ſit ſtatutum etiam noſtrum Comenſe lxvij. in ciuili. prohibens minorem & filiumfamilias ſine certa ſolennitate obligari, quod videtur ſe reſtringere ad obligationem ex contractu vel diſtractu prouenientem, vti in ſequen. verſi. referemus: quanquam eo etiam in ſtatuto putarem veriùs dicendum, hæreditatis quoque aditionem interdictam videri, quoniam dictum ſtatutũ & cætera huiuſmodi ſunt fauorabilia, vt diximus ſupra in præfatio. in 2. dub. quo caſu ſtatutum ad improprium quoque caſum trahitur, vt aſſeruimus ſupra in glo. præceden. quæſtio.viij. num.22. incipi. nec prædictæ, vti hæreditatis aditionem improprium eſſe contractum conſtat, cùm quaſi contractus appelletur, dictio enim quaſi improprietatem ſignificat l. ait prætor.§. is autem, verſi. item ei, cum glo. in ver. quaſi. D. ex qui. cau. maio. in l. in facto, in prin. in ver. quaſi. D. de condi. & demon. Abba. in cap. prout, col.3. verſi. nota bene hanc gloſ. extra de dolo & contu. de quo videbis etiam gloſ. in l. ſi ante, in gloſ. fin. & ibi Bar. cir. prin. & alios. D. ſol. matri. gloſ. et fina. in cap. parochianos, & ibi Abba. cir. med. verſi. ſecundò no. de deci. iterũ Abb. in cap. gratum, & ibi Barba. & latiùs Fely. col. fin. verſi. glo. in ver. gratũ, & Deci. col. pen. nu.5. qui alios citant cócor. de offi. delega. iterũ Deci. in l. ſi ego, in pri. ver. D. ſi cer. peta. Ad dictum aũt Corn. in d.conſ.337. lib. pri. reſponde verũ nõ videri, neque Corn. id ipſum firmare, vt ibi per eũ col.3. in fi. verſi. nec &t auderem firmare.

15 ❡ His autē omnibus adde lector amantiſsime, quòd cùm hæc iam ſcripſiſſemus, & colloquium cum dicto Reuerendiſs. D.Epiſcopo Vulpio viro vtique doctiſsimo haberemus, is à nobis ſciſcitatus eſt quam nos opinionem hoc in tractatu tenuiſſemus eo in articulo de hæreditatis aditione, cui reſpondimus, quæſtionem hanc dubiam admodum eſſe, adeò vt fuerint Doctores de communi opinione hincinde atteſtantes, ſed tamen in Mediolanenſi ac etiam in noſtro Comenſi ſtatuto rem nullam (noſtro quidem iudicio) dubitationem habere, quin non poſsit mulier etiam hæreditatem adire, cùm dictum Mediolanenſe ſtatutum etiam quaſi cōtractum prohibeat, per ea quæ ſupra diximus, & cùm Comenſe obligationis verbo vtatur, ſecundùm nota. per Docto. in l. mutum, in l. more, D. de acqui. hære. cum ſimili. ſupra allegatis, qui tunc ſubdidit nos in his quidem terminis rectè ſenſiſſe, ſed ſe contraria in ſententia eſſe, vbi ſtatutum obligationem quidem alicui interdicat, ſed addat ex contractu deſcendentem, vt facit noſtrum Comenſe ſtatutum, cap.67. in ciuili. quod prohibet minorem filiumque familias ſine certa ſolennitate in hæc verba contrahere. item ſtatutum eſt quòd nullus minor xxv. annis, aut filiusfamilias maior aut minor poſsit ſe obligare aut condemnare alicui perſonæ niſi communi Cumarum in aliquo contractu aut diſtractu ex aliqua cauſa ſine conſenſu patris vel aui ſui paterni, vel tutoris vel curatoris generalis, vel ad hoc dati, quo in ſtatuto dixit ſe ita conſuluiſſe, fuiſſeq; eum caſum de quo ſupra ex relatione D.Orchij mentionem fecimus, ſubijciens idem Reuerendiſ. Epiſcopus ita etiam ſecundùm eius conſilium fuiſſe iudicatum per Mag. D. Io. Baptiſtam Raymundum virum in forenſibus negotijs verſatiſsimum, ſed contraria poſtea in ſententia fuiſſe Mag. D. Aloyſium Turrianum ſcientiſsimum virum, Iudicem illius cauſæ appellationis electum, qui nitebatur in illorum verborum in aliquo contractu: cui dixit nobis idem Reuereudiſs. Epiſcopus, ſe reſpondiſſe intelligendum eſſe de tali contractu, qui appellatione contractus veniat, & ſub ſpecie contractus comprehendatur, cui reſponſioni cùm dictus Mag. D. Turrianus acquieſcere recuſaret, nobis retulit ipſe Reuerendiſs. Epiſcopus ſe parti concordiam perſuaſiſſe, ſicq; cōtrouerſiam fuiſſe compoſitam, idemq; etiam eueniſſe in alia cauſa coràm ſe vertente, quia cùm in ea idem Mag. D. Turrianus patrocinium præſtaret, cerneretq. ſe obtinere non poſſe, effecit idem Turrianus vt compoſitioni locus fuerit. Tu autem lector ex his quæ ſupra diximus tuum poteris iudicium interponere.

16. ❡ SED HIC SEPTIMO quæritur, an prædicta locum habeant in paterna quoque hæreditate: & Ang. Aret. in. §. ſui autem, in fin. ver. inſti. de hære. quæ ab inte. defe. loquens in ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate ſe obligare, inquit poſſe tamen eum in patris hæreditate ſe immiſcere per illum tex. probantem mortuo patre filium non dici paternarum rerum dominium acquirere, ſed continuare, cum quo alius cōcordat tex. in l. in ſuis. D. de lib. & poſt. & ipſum Aret. refert. & ſequitur Deci. in conſ. 331. pro reſolutione, col. pri. verſi. nec obſtat quòd immixtio, vbi pluribus id modis confirmat, & loquitur etiam ſi ſtatutum quancunque obligationem prohibeat.

17 ❡ Nos tamen hoc in ſtatuto contrarium veriùs arbitramur per hæc verba quæ commentamur ex quaſi contractu, quando & is qui ſe hæreditati

immiſcet, quod ſuorum eſt, cum legatarijs & creditoribus contrahere dicitur. l. ſed & is. D. ex qui.cau. in poſ. ea. Ex quibus iunctis quæ in præcedenti quæſtio. diximus tu quoque lector colligere poteris idem in noſtro Comenſi ſtatuto dicendum videri: & facit etiam tex. in l. inter pupillos. D. de aut. tuto.

18 ℂ OCTAVO quæro, quid in hæreditate alteri reſtituenda: & videtur eam ſolam poſſe mulierem adire, ſicuti dicimus in pupillo qui licèt nō poſſit ſine tutoris authoritate hæreditatem adire. l. potuit. C. de iu.deli. poteſt tamen ſi alteri ſit reſtituenda, ſecundùm Caſt. in l. 2. D. de acceptila. qui id intelligit modò adeat iubente eo cui facienda eſt reſtitutio, quia tunc tenetur ipſe cui reſtitutio facienda eſt, etiam ſi poſtea recuſet hæreditatem. l. poſtulante. D. ad S. C. Trebel. ſecus eo non iubente, quia tunc eo hæreditatem non acceptante obligatus maneret pupillus, & ſequuntur Deci. in l. bonorum, in pri. lectu. col. pri. verſi. nec ob. quòd iſta, & iterum in ſecun. lectu. num. 10. C. qui admit. & Hippo. Rimi. inſti. qui alie. lic. §. 2. num. 2. Pro qua opinione facere videtur tex. in l. cogi. §. hi qui ſolidum. D. ad S. C. Trebel. vbi qui ſolidum capere non poteſt, ſi ex aſſe hæres inſtituatur, & ſolidum rogetur reſtituere, cogitur adire & reſtituere.

19 ℂ Contrariam tamen opinionem tenuit Corn. loquens in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine paterno conſenſu contrahere, in conſ. 16. in præſenti conſultatione, col. pri. verſi. circa ſecundum, iuncta col. 3. verſi. nec habent, lib. 4. quæ poſterior ſententia verior videtur, quia tex. in d. §. hi qui ſolidum, loquitur in prohibito capere, quod cum effectu intelligitur. l. aliud eſt capere. D. de verbo. ſigni. ideo qui hæreditatem reſtituit, non dicitur eam cum effectu cæpiſſe: item loquitur in prohibito capere ſolidum, & ſic in eo qui capere poteſt pro parte tantùm, ſed ſecus eſt in eo qui etiam pro parte capere non poteſt, vti illum tex. limitauit glo. in l. eam quam, in ver. coguntur, ante med. verſi. item quæritur ſecundùm Io. & ibi ſequi videntur quantùm ad caſum noſtrum, ſcilicet quando quis à prin. quoque eſt incapax, Bar. col. fin. verſi. quæro quartò, Bal. col. 5. verſi. quærit gloſ. Albe. col. 4. verſi. item oppono prout, Ang. ante fin. Salv. num. 7. Caſtr. cir. fin. qui ſimpliciter glo. ſequitur, Iaſ. col. pen. in fi. verſi. in tertia parte. C. de fideicom. veruntamen nos priorem ſequimur opinionem quando hæreditas aditur iubente eo cui facienda eſt reſtitutio, & ſic illius periculo per dicta ſupra, & per ea quæ diximus in glo. pri. quæſtio. xcviij. & ita in ſtatuto prohibente mulierem ſine conſenſu mundualdi ſe obligare, vt ſcilicet poſſit tamen hæreditatem alteri reſtituendam inſtante fideicommiſſario adire, voluit Ang. in d. l. 2. & ibi ſequitur Rapha. Cuma. D. de accepti. & videtur eſſe etiam de mente Corn. in d. conſ. 16. dum mouetur, quia in caſu ſuo filiusfamilias in ſe à principio obligationem ſuſceperat, & de rato promiſſerat.

20 ℂ NONO quæro, quid ſi mulier inſtituta ſit ſub hac conditione, ſi ſola hæreditatem adierit, & tunc ſola poſſit adire, & poſſe videtur per tex. in l. pupillus, in pri. reſpon. D. de condi. & demon. vbi dicitur, licèt pupillus non poſſit hæreditatem ſolus adire, vti etiam ſupra diximus, poſſe tamen conditioni ſub qua inſtitutus eſt parere, & tradunt Roma. in l. pupillus ſi fari poteſt, poſt prin. verſi. tertiò niſi ipſe. D. de acqui. hære. Alex. in l. bo-

norum,

norum, col.pri. verſi. quartus eſt, Iaſ. col. 2. verſi. item implendo conditionem, & Iac. à San. Geor. num.4.C. qui admit.

21 ℂ Contrariam tamen ſententiam tenuerunt Fran. Areti. in l. more.§.impubes, col. fin. verſi. tertiò fallit.D. de acqui. hære. dum dicit tex. in d.l. pupillus, loqui quando impleta conditione pupillus eſſet ſuus & neceſſarius hæres, vti verè loquitur, præſertim dum ſubdit tex. quia hoc iure poteſtatis fit non conditionis expletæ, & Deci. in d.l. bonorum, in ſecun.lectu. col.3. verſi. vltimò fallit, ſubdens ipſum tamen pupillum abſtinendi poteſtatem habere, ideoque obligationem hanc parùm prodeſſe, & ibi Io. Campe. in lecturis ſuis quæ tamen impreſſæ non ſunt.C. qui admit.

22 ℂ Verùm pro priori opinione facere videtur quod diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. ij. vbi aſſeruimus huic non eſſe ſtatuto locum quando mulier ex teſtatoris præcepto obligatur: ſed reſpondetur quæ ibi dicta ſunt procedere quo ad bona ipſius teſtatoris tantùm, non ipſius etiam mulieris propria, ſicuti in caſu iſto ea quoque mulier obligaret, vt declarabimus infra in gloſ. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xix. ſicque verior videtur poſterior ſententia.

23 ℂ DECIMO illud quoque quæro, quid ſi mulier ab alio hæres inſtituta hæreditatem ſola adierit, proindeq; contra hæreditarium debitorem experiatur, opponente eo mulierem ipſam non eſſe audiendam propter omiſſam in aditione ſtatuti ſolennitatem, an ſi iterum lite conteſtata ſolenniter adeat, eodem iudicio obtinere queat, & poſſe decidit Imo. in l. ſi filius qui patri, col.2. verſi. & ſecundum hoc facit ad quæſtio.D. de vulga. & pupil. loquens in ſtatuto prohibente minorem hæreditatem adire ſine certa ſolennitate, quem ſequitur Iaſ. in l. ſi Titius & Seius, ante fin.D. de verbo.obliga. per regulã l.ſi rem.§.fi.vbi Bar. not.D. de pigno. actio.&.l.ſi mandauero tibi vt à Titio, & ibi etiam Bart. not.D. manda. vbi probatur ius ſuperueniens pendente iudicio ex cauſa tamen de præterito agenti ad victoriam prodeſſe: quibus addere poteris hanc eandem regulam firmaſſe etiam Imo. Roma. & Alex. quo loco eos citabimus infra in glo.24. in ver. nec in caſu quo realiter & verè, num.8. incipi. vnde gloſ. & præterea eundem Bart. in l. non poteſt videri, ante fin. verſi. aut erat defectus ex parte actoris, vbi & alij ſequuntur.D. de iudi. Ang. in l. litis conteſtatæ, in fin. principij.D. de neg.geſ. Ang. Aret. in trac.male. in ver. vna alia percuſsione, in fin.ver. iterum Alex. in conſ.78. in cauſa & lite, in fi.lib.pri. Alba. in conſ.20. cùm de interpretatione, num.13. Et facit etiam tex. in l. licèt.D. de iudi. in l.Iulianus, & ibi Docto.D. qui ſatiſda.cogan. in l.fin. & ibi Bar. Bal. Caſtr. Alex. & Iaſ.D. ſi ex nox. cau. aga. quod ſaltem procedit quando ius ſuperuenit antequam ſit concluſum in cauſa, ſecundùm Bart. in l. ſi mater.§.eandem, in fin.D. de excep. rei iudi. & facit etiam quod voluit Bal. in l. obſeruare.§. poſt hæc, col.3. verſi. pone enim ſtatuto cauetur, in pri. lectu.D. de offi. procu. & lega. vbi ſi ſtatutum, inquit, diſponat homicidam capite puniendum niſi pacem ab hæredibus occiſi habuerit, prodeſſe tamen pacem ab amico homicidæ, antequam captus ſit, pro eo receptam, & ab eo poſtea iam capto ratam habitam: quod eſt notandum ad noſtrũ Comenſe ſtatutum xxxvij. maleficio. medietatem pœnæ pro vulnere impoſitæ minuens, ſi pax à perſona offenſa eiuſue hærede certo tempore habita

bita fuerit, & ad Decretum gratioſum criminum abolitionem concedens habentibus pacem ab offenſis vel eius hæredibus intra certum tempus. Et Bal. ſequitur Iaſ. in d. l. fin. col. pri. verſi. tertiò not. D. ſi ex nox. cau. aga. Et facit denique ſecundùm Imo. in d.l. ſi filius qui patri, quòd hæreditatis aditio trahitur retro ad diem mortis. l. hæres quandoque, alias quandocunque. D. de acqui. hæredi. Quam tamen regulam, ius ſuperueniens, pendente iudicio, ex cauſa de præterito agentis intentionem confirmare, multis videbis modis declaratam per Bar. Bal. Ang. & Caſt. in d.l. non poteſt videri. D. de iudi. per glo. & Doct. in l. pri. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. per Cano. in cap. abbate ſanè. §. fi. de ſen. & re iudi. in 6. per Alex. in appo. Bar. in d.l. ſi rem. §. fin. & per Poma. in appo. ipſius etiam Bar. in d.l. ſi Titius & Seius, ita vt non omittas quæ nos dicemus infra in glo. 24. in ver. nec in caſu quo realiter & verè, quæſtio. iij. num. 14. incipi. reſtat etiam. Et vide etiam ſi facit quod not. Andre. Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. 8. glo. 7. num. 3. vſque in finem d. gloſ. vbi generaliter tradit quando actus ſemel inutiliter geſtus iterum quoque geri poſſit.

24 ℭ VNDECIMO quæro, an poſſit mulier ſine hac ſolennitate tutelam acceptare: & non poſſe voluerunt Alex. in conſ. 156. perſpectis narratis, col. pri. in prin. lib. 6. loquens in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris, & minorem ſine curatoris authoritate contrahere, Bal. Nouel. in rub. de verbo obli. col. pen. verſi. & ideo aliàs dicebam, & ibi Lancel. Gallia. col. etiam pen. verſi. item per hoc videtur, loquentes in ſtatutò conſenſum propinquorum in contractibus mulierum deſiderante, nullam tamen Alex. mentionem facientes, & eos refert & ſequi videtur And. Tiraq. in tracta. de legi. connu. glo. 5. num. 133. incipi. & per hoc, & num. 181. incipi. limita ſecundò: quod & præterea voluit Caccialup. in rep. l. pri. col. 44. verſi. hinc inferamus. C. de ſum. trini. & ante hos omnes addo id fuiſſe de mente Rapha. noſtri Cumа. in l. apud Iulianum. §. fin. cir. med. verſi. poſſet tamen dubitari. D. ex qui. cau. in poſ. ea. dum hanc ſtatuti ſolennitatem ſolùm requirit cùm mulier tutorio nomine contrahit poſtquā tutrix iam decreta fuit, vti etiam in ſequen. quæſtio. referemus.

25 ℭ Diuerſam tamen ſententiam ſenſit Albe. in tracta. ſtatuto. parte pri. quæſtio. 100. incipi. item quæro an ſtatuta, vbi tutelā inquit eſſe quaſi contractum, ideoque in ſtatutis contractus appellatione non venire, & Bal. in conſ. 105. quæritur vtrum domina Franciſca, lib. 4. dum vult ſtatutum diſponens in omnibus negotijs, contractibus, & iudicijs maiorem dici ætatem in xviij. anno completo, in tutela locum non habere: quod eſt notandum ad ſtatutum 452. infra hoc eodem volu. & propiùs noſtros ad terminos id voluit Ang. in l. filiusfamilias, cir. med. verſi. quæro dicit ſtatutum. D. de his qui ſunt ſui, loquens in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſe obligare, vbi multis in id rationibus mouetur: prima, quia hæc neceſſaria eſt obligatio, ideoque permiſſa. l. pri. & 2. D. de reb. eo. eſtque tacita legalis obligatio, ſicque ſub ſtatuto non comprehenſa, arg. l. item quia. D. de pac. & quoniam hæc obligatio non reſultat principaliter ſed in quandam conſequentiam, & multa directò prohibita in conſequentiam tamen ſunt permiſſa, vt not. in l. Imperator Adrianus. D. de ſta. homi. vltimò mouetur per eam ipſam l. filiusfamilias, de his qui ſunt ſui, vbi filiusfamilias quo ad tutelam aliaque publica munera pro patrefamilias habetur, hæc propemodum

dum Ang. cui quantùm ad id de obligatione neceſſaria & legali,addes quę nos diximus ſupra in glo.pri. quæſtio. item pri.

26 ℭ Nos autem, vt noſtrum quoque hac in re iudicium interponamus, in ea ſumus opinione, vt idem dicamus quod ſupra de hæreditatis aditione dictum eſt, videlicet ſi ſtatutum obligationem prohibeat, tutelã quoque comprehendere: ſi contractum, tunc demum comprehendere ſi ſit fauorabile, vti hoc noſtrum eſt ſtatutum, vt iam diximus in præfatio. quoniam ſtatutum fauorabile ad improprium etiam caſum trahitur, vt aſſeruimus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, num.22. incipi. nec prædictæ; nam & eum, qui tutelæ iudicio tenetur, conſtat ex quaſi contractu obligatum eſſe l. ex maleficijs.§. tutelæ quoque. D. de actio.& obliga.& ſic ex improprio contractu, per ea quæ diximus ſupra hac glo. num.14. incipi.idem tamen, cir.fin. Ex quibus colliges lector quæſtionem hanc noſtro in ſtatuto nullam habere dubitationem, cùm etiam quaſi contractus hîc ſit expreſsè interdictus, atque etiam omnis obligatio tam quæ in conſequentiam venit, quàm quæ principaliter. Et quantùm ad dictum Bald. in d. conſ.105. lib.4. illud verum non opinamur in caſu dicti ſtatuti. cccclij. infra eod.vol. quod generaliùs loquitur, videlicet natum xviij. annos in iudicijs, & xx. in omnibus alijs caſibus præterquàm in vltimis voluntatibus, in quibus ſeruandum eſt ius commune, legitimam intelligi ætatem habere: ad quod etiam facit quod not. D.Franc.Craſ. in prin. noua.conſtitu. ſuper Decreto gratioſo, in gloſ. in ver. remiſsionem & pacem, cir. med. verſi. quæ verò ætas,vbi inquit d.ſtatutum ccccliij. quatenus loquitur de nato xx. annos,vt ſcilicet ad iudicia admittatur, locum habere in pace etiã facienda. Quantùm autem ad dictum Ang. illud quidem in caſu ſuo ſcilicet in filiofamilias verum arbitramur per d.l. filiusfamilias, cum qua concordat tex. inſti. qui teſta. tuto. dar.poſſ. in prin.& per ea quæ de filiofamilias tutorio nomine ſine conſenſu patris agente dicemus infra num. ab hinc 2. ſed tamen id non obſtat in caſu noſtro, quia filiusfamilias prohibitus à l. vel ſtatuto agere vel ſe obligare ſine paterno conſenſu, ea ratione prohibetur ne pręiudicetur iuribus quæ pater habet in filio ratione patriæ poteſtatis, non autem prohibetur ratione imbecillitatis ipſius filijfamilias, ſecundùm Caſt. in l. item qui in poteſtate, cir.fin. prin.D. de teſta. & licèt reclamare videatur Soci. in conſ.23. circa prædictam conſultationem, col.4.verſi. ſecundùm quod videbatur, lib.4. priorem tamen opinionem communiorẽ eſſe colligitur ex Alex.in conſ.106. quò ad præſens, per totum, lib.pri. & ex his quæ dicemus infra in glo.7. in ver. conſenſus, num.14. incipi. octauò quæro:& Soci. ſaluari poteſt in ſtatuto ſuper quo conſuluit,quod rationem illam imbecillitatis ipſorum filiorumfamilias exprimebat: quæ patria poteſtas quò ad tutelã & alia publica munera non attenditur.l. nam quod, in prin. vbi glo. concordan. allegat.D. ad S. C. Trebel. At mulier hoc ſtatuto alienare prohibetur propter ſuam ipſius fragilitatem, vt dicit Alex. in d.conſ.106. ante fin. lib.pri. & nos latiùs diximus ſupra in præfatio. in pri. dub. quæ ratio etiam in tutela militat: & vide omnino quæ in ſequen. quæſtio. dicemus.

27 ℭ DVODECIMO illud etiam pro præcedentis quæſtionis declaratione quęro, quid ſi tutrix decreta fuerit mulier omiſſa ſtatuti huius ſolennitate, an poterit ſola tutorio poſtea nomine contrahere: & certè Rapha.

noſter

noſter Cuma. in l. apud Iulianum.§.fin. cir.med. verſi. poſſet tamen dubitari.D. ex qui. cau. in poſſeſ. ea. poſteaquam aſſeruit ſtatutum prohibens mulierem ſine conſenſu propinquorum ſe obligare, locum habere etiam in pupilla, vt ſcilicet vltra tutoris authoritatem huius etiam ſtatuti ſolennitas requiratur, quando ſtatutum vtitur verbo obligare: ſecus ſi verbo contrahere, ſubdit ſi mulier fuerit tutrix ad hoc vt obligetur pupillus, eandem quoque ſtatuti ſolennitatem requiri, quia cùm mulier non ſit idonea ad facta ſua, minùs erit ad aliena, arg.l.fin.C. de leg. tuto. & ibi in d.§.fin. idem etiam allegatur tenuiſſe Iaco. de Pute. & ſequuntur etiam Io. Mari. Rimi. in l. quæſitum, in fi.D. de in ius vocan. vbi tamen dicit eſſe cogitandum, Io. de Arno. in Commen. 195. incip. dato quòd mulieres, Andre. Alcia. in trac.præſump. reg.pri. præſump.52.nu.6. & videtur ſequi etiam Chaſſa. in conſue.Burgun. rub.4.§.pri. in gloſ. in ver. contraulz entre les vifz, in ſecun.limita. & iterum in quarta, verſi. & intellige, & Andre. Tiraq. in d. trac. de legi.connu. in gloſ.5. num.176. incipi. ex quibus.

28 ℂ Contrarium tamen tenet Alex. in d.l.quæſitũ, in fi.D. de in ius vocan. vbi reſpondet ad d.l.fi.C. de leg. tuto. videlicet quòd quamuis talis perſona tutrix dari non debuerit, tamen vbi data eſt & datio valet, tunc videri valere contractum, præterquam quò ad præiudicium ipſius perſonæ contrahentis, ſicuti etiam fit quando procuratorio nomine mulier contrahit, vt & nos affirmauimus ſupra in glo.pri. quæſtio.xcviij. quod & per omnia voluit Caccialup. in rep.l.pri.col.44.verſi. hinc inferamus.C. de ſum.trini. Quam etiam opinionem in ſimili, in conſenſu ſcilicet patris in iudicio per filiumfamilias agitando requiſito, tenuit glo. in l.fin.§. neceſſitate, in glo. mag. ante med.verſi. quid in tutore, quam ibi tacitè ſequi videntur Docto. & expreſſim Bal.col. 2. verſi. modò quæro vnà cum glo. & Albe. cir. fin. qui eam gloſ. dicit communiter approbatam, licèt alia glo. in l. Lucius Titius, pri. quæ eſt in ver. inſolidum.D. de admi. tuto. contrarium ſentiat. quam etiam priorem opinionem tenuit Spe. in titu. de acto. col. 13. verſi. ſed nunquid tutor.

29 ℂ Verùm hic opus eſt noſtrum quoque iudicium interponere, vtra opinio verior ſit. Et certè cum huius quæſtionis veritas ex eo pendeat, an eius tutoris, qui dari non poteſt, datio valeat, & an mulier tutrix tutorio nomine contrahens bona ſua obliget, vti & Alex. ſenſit, dicendum eſt priorem Rapha.Cuma. opinionem, ſicuti communior eſt, ita quoque veriorem eſſe, quoniam cùm tex. in d.l.fina.C. de leg.tuto. (cum quo concordat tex. in l. fi. in fi C. de legi. hære. in l.2.C. qui. æta. vel profeſ. ſe excu. lib. 10. in l. non ſolùm.§. ſi libertus.D. de excu.tuto. in.§. fin. in fi. inſti. de fidu. tute. in.§.item maior, verſi. minores autem, inſti.de excu.tuto. in.§. ex his autem, in aut. de hære. ab inte.) prohibeat minorem in tutorem decerni, ſi contra fiat, actus ipſo debet iure irritus fieri, l. non dubiũ, vbi Docto. præſertim Ial.in 8.nota.C.de legi.ita reſpondet Rimi.in d.l.quæſitum: cui addere poteris ita in ſpecie, in muliere quæ iure quoque communi prohibetur tutelam ſuſcipere, quando ad ſecunda vota tranſiuit, aut. matri & auiæ. C.quan.muli.tute. offi.fun.poſ. vt ſcilicet ſi à iudice tutrix decernatur, inutilis ſit datio, voluiſſe Crauet.in conſ.18.Andreas, in prin.vol.pri.

30 ℂ Sed contra prædicta obſtare videtur, quoniam d.l. non dubium.C.de legi.

legi. in actibus contrahentium procedit, non etiam in actibus iudicis, quia in ſententia contra ius lata, cùm quæritur, an ſit nulla, diſtingui ſolet, an in ea iuris error expreſſus ſit nec ne, vt priore caſu ſit nulla, poſteriore ſit per appellationem reſcindenda, l.2. & l. circa, & vtrobique Docto.C. quan. prouo. non eſt neceſ.l. præſes, & ibi gloſ. & Docto.D. de re iudi.l. cùm prolatis, vbi etiam gloſ. & Docto.D. eo.titu.l. pri.§. item cùm contra, & §.ſeq. & ibi Bart. in fi.D. quæ ſen. ſine appell. reſcin.l. ſi expreſsim, & ibi glo.& Docto.D.de appell.l. ex diuerſo.§.fin. & ibi glo.quoque & Docto. D.ſolu.matri. cap.pri. cum glo.fin. cir.prin. & ibi Docto. extra de re iudi. cap. inter cæteras, & ibi glo. etiam fina.& Docto. eod.titu. cap.cùm inter nos, & ibi glo. in ver.contra ius conſtitutionis, & ibi quoque Docto. eod. titu. cap. examinata, & ibi etiam Docto. de confir. vti. vel inuti. cap. per tuas, verſi. nos igitur, de ſenten. excom.2. quæſtio.vj. cap. ei qui appellat. §.item ſi ſententia contra ius.

31 ℭ Quod & in decreto, de quo nos tractamus, procedere voluit gloſ. loquens in decreto ſuper datione curatoris prodigi, qui verè prodigus non ſit, interpoſito, gloſ. inquam in.§. item prodigus, in ver. ratum, inſti. qui. non eſt permiſ.fac. teſta. quod & ſenſit in l.ſi ab eo, in glo.vni.& ibi etiam Bar. dum eam dicit eſſe notandam, & dum ſe remittit ad alibi dicta per eum.D. de vſuca.& voluit etiam Io.Andr. in addi.Specu. in titu. de inſtru. edi.§. compendioſè, col.2. verſi. tertiò ſi fuerit, ſuper ver.reſpon. iterum Bar.in l. Seiæ.D. de tuto.& cura. dat. ab his, in l.is cui bonis, col.pri. verſi. quærit glo.pone quòd eſt datus, & ibi Caſtr. col.pen. verſi. in gloſ.ibi alij. D.de verbo.obli. Alex. in conſ.86. viſis dubitationibus, col.2.verſi. præterea ſi curator, lib.2. vbi idem dicit in decreto furioſi, in conſ.182. ſuper eo de quo quæritur, in prin.lib.5. Bertran. in conſ.48. ex proceſſu cauſæ, col.4. verſi. per hanc enim dationem, qui communem hanc dicit opinionem, ſequens illud etiam Alex. dictum de furioſo, lib.pri. Sed & hoc generaliùs procedere in omni decreto voluit clarior gloſ.in d.l.Seiæ, in gloſ. vni.D. de tuto. & cura. dat. ab his.

32 ℭ Sed reſpondetur immò contrariã oppinionẽ cõmuniorem videri, ẽt in decreto quo curator nõ prodigo tanquã prodigo decernitur, vt ſcilicet nul lum ſit decretum nulla habita diſtinctione erroris expreſsi vel non expreſ ſi: quam tenuit glo. in d.l. is cui bonis, in gloſ.pri. cir.fin.ex quo hac opinione relata ſubdit alios tenere contrarium, quo caſu præſumitur priorem ſequi opinionem, vt tradunt Iaſ. & Clau.Aquen. in l.ſi idem cum eodem. §. fin.D. de iuris.om.iudi. & hanc opinio.ſequuntur ibi in d.l.is cui bonis, Iaco.de Rauen. Ray.de Forli. Petr.de Bellaperti. Albe. Signo.de Homo. Ang. cir.fin.verſi. in ea.glo. ibi videtur, Imo.col.2. in fin.verſi. in ea. gloſ. ibi alij, Rom.col.5.verſi. in ead.ibi &c. & col.ſeq. Alex.col.3.nu.14. Aret. col. etiã 3.verſi.in ea.glo. ibi alij contra, Iaſ.col.6.verſi. in tertia parte glo. & col.ſequen.qui dicit cõmuniorem hanc eſſe opinionem, licèt in hoc ſibi parùm conſtet, ex quo ſtatim poſtea ſubdit Bart. quoque opinionem ibi Docto. cõmuniter ſequi.D. de verbo.obliga. Io.Fab. in.§. furioſi, col.fin. verſi.ſed glo.quærunt, inſti.de cura. Odofr.& Cyn.in l.ſi putas, vbi ẽt ſequi videtur Alb.col.pri.verſi.& allegatur, & Saly. col.pri.verſi.cõtra vtrunq.& col.ſeq.C.de peti.hęredi.iterũ Albe.in l.2.cir.med.verſi.quędã eſt ſentẽtia. C.quan.prouo.non eſt neceſ.Guid.Pap. in conſ.169. prouiſo de curatore.

33 ¶ Et quicquid ſit in prodigo, ſuper quo videbis quid diſtingnendo ex mente etiam Imo. in d.l. is cui bonis, ſentiat ibi Franci.Rip. col.8. verſi. quæritur ſucceſsiuè, & col.ſeq. in alio iudicis decreto quòd ſimpliciter nullum ſit, ſatis probat tex.in d.l. Seiæ, & ibi Bar. quicquid ibidem dicat glo. D.de tuto. & cura.dat. ab his, & tex.in l.tutor ſi fuerit petitus.D.eod.titu. qui in materia noſtra tutelę loquuntur, & bonus etiam tex.in l.magis puto. §.ſi æs alienum, & ſeq. & ibi not.glo. in ver. nullam.D. de reb.eo. in l. pri. §.proinde.D. ne vis fiat ei, in l.cùm verò.§.ſubuentũ.D.de fideicom.liber. & ſenſit gloſ.in l.2. in glo.fin. cir.fin. & ibi Bar. in fi. & Fulg.ante fin. verſi. in ſententia autem interlocutoria, & Caſtr. cir.prin.verſi. item procedit.C. quan.prouo. non eſt neceſ. & clarior glo.in l.ſi putas, in glo.pri. & ibi Bar. (dum ſe remittit ad nota. per eum in d.l.2. qui tamen ẽt ſe refert ad nota. per eundem in l.pri.C. de cura.furi. vbi nihil de hoc dicit) & ibi ſequi videtur etiam Albe. col.pri.verſi. & allegatur, & Caſtr. col.2. verſi.quærit in prima glo.C. de peti.hære. iterum Caſtr. in conſ.105. ſi non intereſſet, in prin. lib.2. Imo.in d.l. is cui bonis, col.fin. verſi. & quia decretum, & ibi Alex.col.3.verſi. & ex prædictis, & Aret. col. quoque 3. & 4.D. de verbo. obliga.Corn. in conſ.132. licèt in præſenti, col.2.verſi. quia decreta, lib.4.

34 ¶ Vnde etiam Bar. in d.l. is cui bonis, & in d.l. Seiæ, fatetur ſuam ipſius opinionem non procedere ſi daretur tutor aut curator non ratione prodigalitatis, ſed ætatis, quia fortè detur minori qui non ſit, quoniam non valeret decretum, ita concordans gloſ. inuicem contrarias: quæ diſtinctio vti etiam Bar. refert, fuiſſe videtur de mente gloſ. in l.pri. in glo.fin. & ibi Saly. in fi. dum ſe remittit ad dicta per eum in loco ſtatim allegando.C. de cura.furio. iterum Saly. in l. ſi putas, col.pri. verſi. contra vtrunque, & col. ſeq.C.de peti.hære.Raph.Cuma. in d.l. is cui bonis, col.2.verſi.in ea.gloſ. ibi l. Seiæ, & ibi Caſtr.col.pen.verſi. in glo. ibi alij.D.de ver.obliga. qua in re concordant etiã alij quos citauimus ſupra nu.31.& 32. & præterea Fulg. in l.2. in fi.C. quan.prouo. non eſt neceſ. Abb. in cap.pri.cir.fin.de re iudi.

35 ¶ An autem prædicta procedant ſi decretum per modum contentioſæ iuriſdictionis cum plena ſcilicet cauſæ cognitione fuerit interpoſitũ, videbis Rapha. Cuma. in d.l. is cui bonis, col.2.verſi. ego puto, Roma. col.5. verſi. in ead. ibi &c. & col.ſeq. Alex. col.3. verſi. & ex prædictis, & Areti. col.3.verſi. & ex iſta doctrina, & Rip. num.39. decidentes tunc idem de eo iudicari quod de ſententia diffinitiua: quod & ſenſit glo. in l. ſi putas, in glo. fina. & ibi Bal. in fi. & Pau. Caſtr. col. 2. verſi. hoc dictum glo.C. de peti.hære. iterum Bal. in d.l.2. col.2. verſi. modò ego quæro, & ibi Saly. col.2.verſi. & ex his, & verſi.ſeq. qui inquit cõtrarias ſic opiniones ad concordiam reduci poſſe.C. quan.prouo. non eſt nec. iterum Bal. in l.pri. cir. fin. vbi dicit hanc eſſe magis communem aduocatorum opinionem.C. de cura. furio. Ang. in l.pri.§. hæc verba.D. ne vis fiat ei, in l.fin.D.de iureiu. quam & nos opinionem ſequimur, quoniam tunc decretum vim ſententiæ habet diffinitiuæ ſecundùm Areti. in conſ.36. caſus talis eſt, proponitur in facto, col.pen. verſi. ſed quis dubitat, & Corn. in conſ.69. viſis nonnullis, col.pen. verſi. item concurrit quòd fuit datus, lib.pri. vbi ex hoc volunt pro tali decreto ſicut pro ſententia præſumi.

36 ¶ Ex quibus concluditur veram nõ eſſe Alex. rationem, videlicet immò

tutelam

tutelam per mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate ſuſceptam inutilem eſſe, etiam ſi error in decreto expreſſus non fuerit: quanquam ſciendum eſt etiam ſi recepta eſſet eorum ſententia,qui erroris expreſſionem in decreto exigunt,ſatis tamen noſtro in caſu expreſſum dici,ſi exprimeretur eam cui tutela decernitur mulierem eſſe, aut ſi aliter ex ipſo decreto conſtaret eam eſſe mulierem,puta ex nomine,quia diceret iudex dominam talem ſe in tutricem decernere per iura ſupra num. ab hinc 6. incipi. ſed contra prædicta, allegata.

37 ℂ Sic & illud quod idem dicit Alex. mulierem ſi tutorio nomine contrahat,non obligari, ſed pupillum duntaxat, inquit Rimi. in d.l. quæſitum, verũ nõ eſſe, quoniã tutor tenetur de dolo & lata culpa, allegat l.nõ quicquid, ſed verius incipi.quicquid.C.arbi.tute.de quo et habetur toto tit.D. &.C.de admi.& peri.tuto.& cura.& ſi cõtra Rimi. dixeris Alex. fortè mentem fuiſſe, hoc locũ nõ habere ſtãte dicto ſtatuto, de quo loquimur, prohibente mulierem contrahere ſine certa ſolennitate, ſicuti et non obligatur quãdo procuratorio nomine cõtrahit mulier, vt diximus ſupra in gloſ. pri. quæſtio.xcviij. ſed reſpondetur aliud tamen eſſe quando tutorio nomine contrahit, quia nimis graue pupillo eſſet, ſi mulier ei non obligaretur: quod & ex eo oſtenditur, quia iure quoque communi mulier prohibetur pro alio ſe obligare, tot.titu.D. &.C. ad S. C. Velle. & tamen locũ non habet in muliere tutrice; aut. matri & auiæ.C.quan.muli.tute.offi.fun. poſ.§. ex his verſi.mulieribus enim, in aut. de hæredi. ab inte. vbi ſi mater & auia volunt tutelam ſubire, tenentur S. C. Velle. beneficio renuntiare: & ſi quis diceret illa iura poſſe in contrarium retorqueri à contrario ſenſu, videlicet ſi non renuntiant, eas non obligari, reſpondebo eis non renuntiantibus prohiberi tutelam acceptare, vt in dictis iuribus probatur: ſicq. concluditur illis eiſdem iuribus probari,neminem in tutorem admittendum, niſi qui pupillo obligari poſsit: vnde etiam Aret. in l. quamuis, in princ.D. de acqui. poſſ. illam regulam, qua dicitur mulierem vel alium obligari prohibitum poſſe tamen actum alieno nomine exercere, limitat non procedere in mandato legis, vt eſt tutela, per aliqua ex his quæ adduximus ſupra num.29. incipi. verùm hic, & ſequitur Tiraq. de legi connu. glo.5. num.181. incipi. limita ſecundò.

38 ℂ DECIMOTERTIO quæro, ſi quis negotia mulieris geſſerit ſine huius ſtatuti ſolennitate, an ei contra mulierem dabimus negotiorum geſtorum actionem? & certè ſi loquimur quatenus locupletior facta fuerit mulier, res nullam habet dubitationem, dandã eſſe, per tex. in pupillo loquentem, in l.ſi pupilli, in prin.D. de neg.geſ. & in l.2.C.eod.titu.& per ea quæ dicemus infra in gloſ.24.in ver. nec in caſu quo realiter & verè, & voluit in ſpecie Andr.Tiraq. in tract. de legi.connu.glo.5.num.124.incipi. præterea ſi ſtatutum, iuncto num.132. incipi.ad abſurdum: quod & in ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate obligari, voluit Rui. in conſ.97. circa primum, col.pri. verſi. ſecundò quia minor, lib.5.

39 ℂ Si autem loquimur vt teneatur mulier et quatenus non fuit locupletata: & Bald. in l. pri. in prin.D. de contra. actio. tute. loquens in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris obligari, inquit, locum nõ habere in negotiorum geſtorum actione, quem refert ſed corruptè Andr.

Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. d.gloſ.5. num.124. incipi. præterea vbi tamen, ſub num.132. vbi illud non videtur admittere niſi quatenus filiusfamilias factus eſt locupletior, de quo in præceden. verſi. diximus, & clariùs contrarium tenuit Rui.in d.conſ.97.in prin.lib.5. ſed cùm quæſtio iſta ab alia pendeat,an ſtatutū loquens in contractu vel obligatione locum habeat in quaſi contractu, vti etiam ſentiunt Bald. & Tiraq. in locis ſupra allegatis: nam & eum qui negotiorum geſtorum actione tenetur, conſtat ex quaſi contractu obligatum eſſe.l. ex maleficijs.§. pri.D.de actio. & obliga. & inſti. de obliga. quæ ex quaſi contractu.§. pri. ideo dicendum eſt per omnia vt diximus ſupra in v.& vj.quæſtio. huius etiam glo.ita tamen vt memineris in ſtatuto hoc noſtro rem dubitationem nō habere, mulierem negotiorum etiam geſtorum actione non obligari, ex quo ſtatutum iſtud ei quoque quaſi contractum interdicit,& ita eſt de mente etiam Rui. quo loco eum ſupra proximè citauimus.

40 ℭ DECIMOQVARTO quæro, quid econtra ſi ipſa mulier alienum geſſerit negotium, an conueniri poſsit: & Pariſi. in conſ.53. D.Hieronymus, col.10. verſi.& quia dicta conſtitutio, lib.3. loquens in ſtatuto prohibente minorem cōtrahere vel alienare ſine certa ſolennitate, inquit, locum non habere quando alterius negotium gerit, allegando Docto. in l. quamuis.D.de acqui.hære. ſed veriùs & hic diſtinguendum eſt, quòd aut loquimur in eo in quo locupletior facta eſt mulier, & dicendum eſt eam poſſe conueniri exemplo pupilli.l.3.§. pupillus.D. de neg. geſ. & ita intelligendus eſt Pariſi. vbi ſupra. Aut verò loquimur etiam quatenus non ſit locupletata, & dicendum eſt hoc quoque caſu idem quod in præceden. quæſtio.diximus, quoniam ſiue is, qui negotia gerit aliena, agat, ſiue conueniatur, ſemper agi dicitur ex quaſi contractu.d.l.ex maleficijs.§.pri.D.de actio. & obliga. & d.§.pri. inſti. de obliga. quæ ex quaſi contrac. Nec obſtant nota. per Docto. in d.l.quamuis.D. de acqui. poſſeſſ. quia loquuntur quantùm ad obligandum eum cuius negotia mulier gerit,non quò ad obligandam ipſam mulierem, vt diximus in glo.pri.d.quæſtio.xcviij.

41 ℭ DECIMOQVINTO quæro, ſi mulier indebitum per errorem ſolutum ſine hac ſolennitate receperit,an ad reſtitutionem teneatur: quod non videtur, quia recipiens indebitum dicitur ex quaſi contractu obligari ad illud reſtituendum.l. ex maleficijs.§.is quoque.D. de actio.& obliga. §. item is, inſti.de obliga. quæ ex qua.contrac. quæ obligatio ex quaſi cōtractu mulieri hoc ſtatuto interdicitur: Sed contra dicendum eſt quatenus ſcilicet mulier effecta fuerit locupletior, per ea quæ dicemus infra in gloſ.24.in ver. nec in caſu quo realiter & verè,quæſtio. pri.& voluit in ſpecie Tiraq.in d.trac. de legi.connu. gloſ.5. nu.124. incipi. præterea, iuncto num.132. incipi. ad abſurdum.

42 ℭ DECIMOSEXTO quæro, an poterit mulier in iudicio ſola intereſſe: & Bar.in l. apud Iulianum.§. fin. ante fin.verſi.& hoc facit ad quæſtionem.D. ex qui.cau. in poſ.ea. loquens in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu proximiorum conſanguineorum, decidit poſſe, ſi rectè inſpiciatur, dum tres mouet quæſtiones, an huiuſmodi ſcilicet ſtatutum locum habeat in iudicio, hæreditatis aditione, & confeſsione, & videtur ad omnes vnam eandemque reſponſionem accōmodare: quod & volue-

voluere Firmia. in ſuo reper. in ver. ſententia, verſi. 121. & Nico. Eue. in locis lega. in loco à contractibus ad quaſi contractus, ante fin. fol. 100.

82 ¶ Verùm Abb. in cap. quod clericis, col. pen.verſi. quinimò non valet, & verſi.ſeq. incip. pro concordia, de for.compe. diſtinguit, an debitor teneatur ad domum creditoris ire, eique debitum offerre, iuxta nota. in l. item illa.D. de conſtitu.pecu. & tunc non præſcribat, aliàs ſecus: quod & repetijt in cap.fin. col.2. cum 4.ſeq. de præſcrip. ſequuntur Corn. in conſ. 176. ad euidentiam, col.3. verſi. ad idem quod no.Panor. lib.pri.in conſ. 206. circa thema, col.3. verſi. ad idem quod notat, lib.2. in conſ.277. ad euidentiam, col. pri.2. & 3. vbi dicit hanc opinio. maximè procedere in commodatario & depoſitario, ſed qui tamen ſubdubitat, lib.4. Soci. in conſ.203.capiendo, col.pri.verſi. ſecundò probatur, & col. ſeq. lib.2. vbi inquit ità etiam conſuluiſſe genitorem ſuum cum pluribus alijs Doctoribus, Henri. Bohic, In cap.ſi diligenti, in 3.diſtinctio. de pręſcrip. Soci.iun. in conſ.145. viſo puncto, col.9. ſub num.64. & ſeq. lib. pri. appo. Capel. Tholo. d.deciſio.74. quod & fuiſſe videtur de mẽte Rapha.Cuma.in conſ. 67. ſtatuto ciuitatis Vicentiæ, col. pri.& 2. dum diſtinguit an debitor ſit in mora, & pręſcribere non poſſit: ſecus ſi non ſit.

83 Caſtr. autem in d.l. ſequitur.§. ſi viam, col.2.D. de vſuca. aliter diſtinguit in hunc ſcilicet modum, quòd aut lex vel ſtatutum dirigit verba ad debitorem quòd pręſcribat,ſi creditor non petierit creditum, & tunc non poſſit debitor pręſcribere, ſi lex aut ſtatutum non exprimat quòd etiam mala fide pręſcribere poſſit: aut vero dirigit verba ad creditorem quòd cadat à iure ſuo, ſi creditum intra tale tempus non petierit, & tunc pręſcribat debitor, non obſtante mala ipſius fide: quam opinionem verã ſe putare inquit ſicut Euangelium, & ſecundùm eam plures Florentię Doctores conſuluiſſe, quod & repetijt in l. hęc autem iura, num.4.D. de ſerui. vrba. prędio. & ſequuntur Barba. in conſ.36. non enim ſufficientes, in pri.dub. lib.4. Corn.in d.conſ.176. col.3. verſi. idẽ Pau. de Caſ. lib. pri. in d.conſ. 206. col.3. verſi. item Pau.de Ca. in litera d.cir.prin.lib.2. Io.Crot.in rep. l. nemo poteſt, col.27. verſi. quęrit etiam Bar. iuncta col.ſeq. verſi. quartò limita.D. de leg.pri.

84 ¶ Sed negatiuam & ſimplicem opinionem debitorem malæ fidei nullo modo præſcribere multò plures tenuerunt, & in primis gloſ. in cap. fin. in ver.tam canonica quàm ciuilis, dum loquitur de pręſcriptione xxx. vel xl. annorum à iure ciuili introducta (nam tali tẽpore conſtat huiuſmodi per-

ſonales actiones iure ciuili pręſcribi, l. ſicut. C. de pręſcri. xxx. vel xl. anno.) & ibi expreſsim Hoſti. cir. med. verſi. ſed contra quia quadregenaria præſcriptio, Butri. col. 2. verſi. ſi autem actio, qui id intelligit ſiue lex tollat effectum naturalem, ſiue non, Imo. col. 9. verſi. venio modò, cum ſex aut ſeptem ſeq. vbi, col. 14. verſi. aduerte tamen, id intelligit etiã ſi ſoluere non potuit debitor etiam non interpellatus, & col. 17. verſi. item adde prædictis, hanc communem dicit recentio. opinionem, & intelligit ſiue interueniat iuramentum, ſiue non, reprobata Hoſti. ſententia, & Fely. ſubdubius tamen, col. pri. & 2. de præſcrip. iterum glo. in cap. poſſeſſor, in gloſ. pri. dum eodem modo loquitur quo ſupra, & ibi Io. Andr. de reg. iur. in 6. idem Io. And. in cap. 2. eodemq. vlti. poſt prin. verſi. per hanc literam, vbi ſequi etiam videtur Ancha. col. pri. verſi. ſed pone quòd laicus, de excep. in 6. & ſentit etiam Bar. in l. omnes populi, num. 22. in fi. D. de iuſti. & iu. dum inquit, omnes leges malæ fidei poſſeſſorem præſcribere permittentes correctas eſſe, Bal. in l. pri. col. 3. verſi. ſed reuoco in dubiũ, & ibi Saly. col. 3. verſi. ſed contra hanc lecturam. C. de ſerui. & aqua, idem Bal. in aut. ad hæc, col. 3. verſi. item dubitatur de debito. C. de vſur. in l. pri. in pri. lectu. num. 3. & 4. C. de præſcri. xxx. vel xl. anno. in l. quibus diebus. §. dominus, cir. med. Caſtr. etiam cir. med. Imo. ferè per totum, qui dicit ita Iaco. quoque Butri. diſputando tenuiſſe, & Soci. col. fin. ver. tertia concluſio. D. de condi. & demon. iterum Bald. in l. pri. §. ſi initium, cir. fin. D. de poſtu. in cap. pri. §. ſi per xxx. col. 2. verſi. quærit hic glo. & ibi ſequi videtur Alua. col. 2. verſi. de iure autem canonico, dum hanc opinionem poſteriori loco recenſet, & ibi clariùs Præpo. Medio. col. pri. cir. med. & iterum col. fi. verſi. ſed diligenter, qui communem hanc dicit opinionem, & Afflic. in pri. nota. col. pen. verſi. ſed iuxta iſtam materiam, qui etiam communem hanc eſſe ſententiã affirmat, ſeq. ita iudicaſſe, ſi de feu. fue. contro. inter domi. & agna. vaſal. idem Bal. in diſputa. incip. ſtatuto cauetur quòd fœnerator, per totam, in conſ. 12. quidam D. Matt. num. 6. lib. pri. in conſ. 319. quęritur an ſciens, eod. vol. pri. in conſ. 4. factum tale eſt, per totum, vol. 3. conſ. 224. vir fuit, ante fin. vol. 5. conſ. 386. quidam M. deceſsit, col. 2. verſi. vltimò ſciendum eſt, eod. lib. 5. & ſentit etiam in l. placet. D. quod falſ. tuto. aut. Ang. in rep. l. pri. col. fin. verſi. vltimò nó. C. de iudi. in d. l. ſequitur. §. ſi viam, ante med. verſi. & dixit Bar. & ibi Raph. Cuma. col. pri. verſi. & per hoc infert Bart. & col. ſeq. & Roma. col. pri. verſi. & hinc Bart. cum quinque ſeq. Imo. col. 2. verſi. & aduerte quia, & col. ſeq. D. de vſuca. iterum Ancha. in cap. fine poſſeſsione, col. 7. verſi. vndecimò & vltimò op. de reg. iur. in 6. in rep. cap. pri. In xi. quæſtio. princi. de conſtitu. in conſ. 5. pro parte nobilis, col. fi. verſi. vltimò circa hoc, & in conſ. 139. viſa prædicta, in fin. iterum & Butri. in cap. quia plerique, col. 2. verſi. ex his patet, de immu. Eccle. dum ſe remittit ad dicta per ipſum in d. cap. fi. de præſcrip. in conſ. 45. Dña Orabilis, col. fin. verſi. nec obſtat opi. Bar. vbi communem hanc ſententiam dicit, iterum quoque Raph. Cuma. in conſ. 147. D. Conteſsia, ferè per totum, qui etiam aſſerit ita cõmuniter teneri, & alter Raph. ſcilicet Fulg. in conſ. 122. Ser. P. ciues, col. pri. & 2. in prin. in conſ. 164. circa primũ, col. pri. in fi. verſi. quartò & vrgentiùs, qui pariter de communi ſententia fidem facit, in conſ. 233. D. Iacobus, col. pen. verſi. ipſe planè Galianus, iterum Abb. in cap. cura, cir. fin. de iu. patro. vbi & ipſe hanc communem eſſe opinionem atteſtatur, idem etiam allegatur velle Cardi. in cap. ſi diligẽti, & ibi Pet. de Vbal. in repet. col. 9. & 10. de præſcrip.

iterum etiam Caſtr. in l.fin.§. fin. cir. fin.D. rem rat. habe. iterum Imo. in conſ.26. in caſu præmiſſo, per totum, in conſ.123. in cauſa quæ vertitur, col pri. ver. item non obſtat quarta exceptio, & col. ſeq. vtrobique hanc communem aſſerens opinionem. Matthę. nota.23.no. quòd omnes leges, Alex. in conſ.185. viſo titulo quæſtionis, in ſecun. dub. col.11.& 12. vbi de communi quoque opinione fidem facit, lib.2.in conſ.213.viſo et oportunè, col.pri.verſi. et licèt ſit neceſſaria,eo.lib.2. in conſ.34. viſo proceſſu, col.pri. verſi.& mihi videtur, lib.3.in conſ.50. ſtantibus, col.3.verſi.& primò non ob.lib.4.repe. in conſ.39. lib.6. in conſ.97. aliàs 99. videtur prima facie, per totum, eo.lib.4. in conſ.51. videretur, col.pri.& ſeq.lib.5. in conſ.97. viſo proceſſu, col.fina.verſi.poſtremò non obſtat,lib.7.quibus omnibus in locis hoc idem ſemper repetit, hanc communem ſcilicet eſſe opinionem, Calca.in conſ.26. videtur prima facie,col.fin.verſi. ſed tranſeamus, Corn. in conſ.259. quæritur, col.4. verſi. deueniendum eſt, vbi communem hanc eſſe ſententiam atteſtatur, lib.pri.in conſ.328. videtur in præſenti, per totum, eod.lib.pri. in conſ.265. in hac videtur, col.fin. vbi idem facit, aſſerens eandẽ quoque opinionem in practica obſeruari, vol.3.in conſ.180. multùm diffuſè, col.pri.eod.lib.3.vbi eam etiam cõmunem eſſe opinionem repetit, reprehenditq. Caſtr. diſtinctionem, an verba dirigantur ad debitorem, an ad creditorem, Deci.in conſ.266. non excedit, col. pen. verſi.nam de titulo, in conſ.272. viſo proceſſu, col.4. verſi. non obſtat ſi dicatur, vbi & ipſe aſſerit ita communiter teneri, in conſ.303. in caſu occurrenti, col.pri. verſi. ſed breuiter, vbi idem facit, Goza. in conſ.56. circa primum, col.3. verſi.ſexto de iure canonico, qui etiam communem hanc dicit opinionem, Bertran. in conſ.16.viſo proceſſu, col.6. verſi. non igitur, vol.3. conſ.87. ex themate, col.3. verſi. ex quibus infertur, eo. vol.3. conſ.154.poterat eſſe, col.2. verſi.dictus igitur, eo.vol.3. conſ.184. ex themate, in 2.quæſi. eo. etiam vol.3. quibus omnibus in conſilijs aſſerit & ipſe communem hanc eſſe opinionem, Caro. Ruin. in conſ.40. pro euidentia, col.pen. verſi. nec dicto D.Philippo, lib.pri. conſ.170. de tribus, col.pen. verſi.præterea ſtante, eo.pri.vol. vbi de communi ſententia fidem facit, in conſ.146. multa obijciuntur, paulò ante fin. lib.4. in conſ.150. ex his quæ in facto, col.4.verſi.& alio quoque, eo.lib.4.Paris.in conſ.66. nobilis Syluester, col.13. verſi. conſiderata tamen, lib.3. in conſ.92. incipi. Ang.in conſ.col.3. verſi.& procedunt iſta, qui etiam ita communiter Doctores tenere affirmat, lib. eo.3. in conſ.110. ſtatutum de mulieribus, col.4. verſi. nec Petrus, vbi idem facit eo. etiam lib.3. Grat. in conſ.12.col. fin.lib.pri. in conſ.125. col.pri. eo.pri.lib. Caccialup.in rep.l. omnes populi,col.20.verſi. ſecundò infert Bart. qui crebriorem quoque hanc eſſe Doctorum opinionem aſſerit, vbi etiam col.27. verſi. quintò & vltimò, limitat eam non procedere quando lex aut ſtatutum ex alia iuſta cauſa,quàm ex creditoribus negligentia, moueretur, putà ſi induceret præſcriptionem contra fœneratorem, poſt alios quos citat, & ibi Io. Crot. col.14. verſi.vndecima concluſio (vbi etiam col.16. verſi. ſecundò non procedit, expreſſim reprobat Abb. diſtinctionem,in d.cap.quod clericis, de for. compe.) D.de iuſti. & iu. idem Crot. in rep.l. nemo poteſt, col.28. verſi, quæris etiam Bar. iuncta col.ſeq. verſi.ſecundò limita, vbi idem & conſtantiùs facit, & Rip.num.105. qui de communi opinione atteſtatur.D.de leg. pri. Thom. Ferra. cau.38. explorati iuris, col. pri.verſi. & iſtud procedit, vbi dicit ita omnes tenere, Balb. in trac. præſcri. parte ſecun. tertiæ partis

princi.

princi. num.13. vbi id intelligit nulla etiam data mora, & iterum in quarta parte quartæ partis prin. quæſtio.pri. num.3. vtrobique hanc cõmunem eſſe opinionem aſſerens, Soci. iun. in conſ.144. proſequendo ordinem, col.6. verſi. verum prædictis, lib.pri. in conſ.13. in caſu propoſito, col.fin. verſi. circa quartam, qui etiam communem hanc eſſe ſententiam affirmat, lib.2. in conſ.106. conſiderato puncto, col.fin. verſi.quinimò præſcriptio, lib.3. Crauet.in conſ.218. intentio, col.pri. verſi.non obſtat quòd diuiſio, vol.pri.Tiraq.in trac.retrac. titu.2.§.pri.in gloſ.2.nu.20.& in trac.præſcrip. §.pri. in glo.2. in ver. bonne foy, col.2. verſi. quanquam etiam Bar. vtrobique affirmans hanc crebriorẽ eſſe Doctorum opinionem, Alba in conſ. 28. in præſenti, in prin. in conſ.58. videtur ſine dubio, cir.med. verſi. neque prædictis obſtat, qui etiam cõmuniorem hanc ſententiam dicit, Rolã. à Val. in conſ.21. viſis his, col.3. num.19. lib.2. D.Io.Cepha. in conſ.40. Magnifica communitas, col.4. verſi. ſolùm ſupereſt, lib.pri. in conſ.102. Dñs Comitatus, col.4. in prin. verſi. ſecundò ſi eſſet verum, lib.pri. Plot. in ſuis interpreta. ſuper Decreto Mediolani, de bon. ad crid. ponen. in ver. Decretum diſponit quòd ponens ad cridas rem vel ius, qui etiam de communi ſententia fidem facit, Iaco.Philip.Porti. lib. commu. opinio.3. reg.44. in prin. & iterum limita.3. qui idem facit, & loquitur nulla etiam mora interueniente, & è Theologis voluit ſum. Sylue. in ver. præſcriptio, pri. col.4. verſi. tertiò quęritur, & col.14. verſi. ſed aduerte: quam & nos opinionem ſequimur, tùm quia cõmunior eſt, vt ex prædictis paret, ideoq́; ſequenda iuxta nota. per Docto. in l.fin.C. de pœna iudi. qui ma. iudi. & in cap. pri.de conſtitu. tùm quia animæ fauet, arg. cap.iuuenis, de ſponſa. Quid autem in hærede debitoris, ſi id ſcire cupias, videbis ſupra in gloſ. pri.quęſtio.lxxviij. num.279. incip. limitatur autem, vſque ad num.296.

85 ℭ Non eſt autem ſilentio prætereundum, quòd licèt aliqui in ea fuerint ſentẽtia, hoc ius canonicum inter clericos & in terris tantùm Eccleſiæ ſubiectis, non etiam in non ſubiectis & inter laicos ſeruandum: inter quos glo. in cap.fin.in ver. tàm canonica quàm ciuilis, de præſcri. Bald.in l. pri. col.2. num.13. & ibi Saly. col.3. verſi. ſed cõtra hanc lecturam.C.de ſerui. & aqua, idem Bal.in cap. pri.§.ſi per xxx. col.2. verſi. quærit hic gloſ. ſi de feu. fue. con. inter dom. & agna.vaſ. Ang.in l.pri. in rep. col.fin.verſi. vltimò no.C.de iudi.

86 ℭ Contraria tamen opinio magis communiter recepta eſt: quam in primis tenuiſſe videtur glo.pri.ſibi contraria in cap.poſſeſſor,& ibi Docto.de reg.iur.in 6. Io.And. in cap.2.eodemq. vbi.cir.med.verſi. propter quæ uideretur, & ibi Ancha. col.pri. verſi. ſed pone quòd laicus, de excep. eod. lib.6. Hoſti. in d. cap. fin.cir. med. principij, ver. tam canonica, & ibi Io. And.in ver. nulla, Butri. col.2. verſi.ſi autem ipſo iure, & Imo.col.9.verſi. ſed aduerte quia, de præſcrip. Bal. ſibiipſi parùm cõſtans in conſ.386. quidam M. col.2. verſi.vltimò ſciendum eſt, lib.5. Ang. ſibi etiam contrarius in l.ſequitur.§. ſi viam, ante med. verſi.& dixit Bar. & ibi Imo.col.3. verſi. & ideo fortè, & Rapha. Cuma. col. fin. cir. med. verſi. et eodem modo. D. de uſuca. iterum But. in cap. quod clericis, col. 10. verſi. hæc vera, de for. compe. iterum etiam Cuma. in d. conſ. 147. col. pri. cir. med. & Fulgo. in d. conſ. 233. col. pen. verſi. ipſe planè, Imo. d. conſ.123. col.2. cir.prin. Alex. in d. conſ.185. col.pen. verſi. prædicta, lib.2. in d.conſ.34.

col.

col. pri. cir.fin. lib.3. in d. conſ.60. col.3. verſi. ex his infertur, lib.4. in d. conſ.99. col.2. verſi. & prædicta fortiùs, lib.4. in d. conſ.51. col.2. verſi. ex his infertur, lib.5. Calca. in d.conſ.26. quo loco eum ſupra citauimus, Corn. in d.conſ.80. poſt prin. vbi hanc communem dicit opinionem, lib. 3. in d. conſ.265. col. fin. verſi. nec etiam ob. lex municipalis, eod. lib.3. Soci. in d.l. quibus diebus.§. dominus, col.fin. verſi. tertia concluſio, de condi. & demon. Rui. d.conſ.40. num.18. ante med. lib.pri. qui etiã hanc opinionem communiter receptam atteſtatur, Paris. conſ.27. in præſenti, col.19. verſi. præterea, lib. pri. in d.conſ.66. num.98. qui etiam de communi ſententia fidem facit, lib.3. in d. conſ.42. col.3. verſi. potiſſimùm quia, lib.etiam 3. Soci.iun.in d.conſ.144. col.6. verſi. verùm prædictis, qui etiam communem hanc ſententiam affirmat, lib.pri. in conſ.80. poſtquam, col.3. verſi. præterea nulla, lib.3. in conſ.86. viſis duobus, col.pri. verſi. & prædictæ, eod. etiam lib.3. in conſ.106. conſiderato, col.fi. verſi. quinimmò, eo. quoque lib.3. Rip. in d.l. nemo poteſt, num.105. de leg.pri. Alba. d.conſ.28. in prin. Cepha. d. conſ.40. & 102. quibus locis eum ſupra citauimus, lib.pri. Porti.d.regu.44.amplia.pri. vbi alios citat concor. Ex quibus omnibus colligitur hanc communiorem eſſe opinionem: quæ etiam verior eſt, cum hic agatur de peccato, vt dicitur in cap.fin. de præſcri. quo caſu ius canonicum in foro quoque ciuili obſeruatur iuxta doctri. Bar. & aliorum in l. priuilegia.C. de ſac. ſan. eccle. & Cano. in cap. pri. de no. oper. nun.

GLOSSA QVARTA IN VER. VEL DISTRACTV.

1 QVONIAM non tantùm nobis ſed & alijs ſcribimus, ideo quæro, quid ſi non fuiſſet expreſſum de diſtractu & renuntiatione, vt & de ea ſtatim ſubijcitur: quam quæſtionem latè doctèque tractauit Andre. Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 5. in ver. contracter, in prin. vſque ad num.43. vbi dicit, ſi ſtatutum prohibeat mulierem ſe obligare, videri etiã prohibere eam pactum de non petendo facere, poſt Bar. & alios in l. ſi vnus.§.pactus.D.de pac. cum concor. ibi per Tiraq. allegatis, ſcias ipſum etiã Bar. vbi ſupra ſecutum fuiſſe præterea Alex. in conſ. 190. maturè, cir.fin. lib.2. Rui. in conſ.159. ſuper eo, col.2. verſi. & non tantùm, lib.5. Io. de Arno. in commen.196.incipi. quæro adhuc. Et dum idem Tiraq. concludit contractu prohibito videri diſtractum etiam & renuntiationem interdictam, adde idem etiam voluiſſe Nico. Euer. in locis lega. in loco à contractibus ad quaſi contractus, poſt prin. verſi. hinc etiã, ſub fol. 99. appo. Fely. in cap.fin. col. 10. in ver. vtrùm ſtatutum, de for. compe. Nico. Boer. in conſue. Bituri. titu.pri.§.4. in glo. fin. in prin.

2 ¶ Et dum etiam idem Tiraq. vbi ſupra quærit, quid in iure nundum quęſito: & inter alia inquit Bal. in conſ. incip. quidam habuit vxorem domi. Ioannam, velle, vt remitti poſſit, quod tamen conſ. dicit Tiraq. ſe reperire non potuiſſe, ſicuti nec nos potuimus, quanuis habeamus repertorium initiorum omnium Bal. conſiliorum alphabetico ordine compoſitum, adde eam Bal. opinionem vltra per Tiraq. allegata ſecutos etiam fuiſſe Deci. in l. ſeruus, col.2. verſi. vnde ſtatutum, ſub num. 10.C. de pac. Io. de Arno. dialo.

dialo,12. incip. mulieres in Regno, & Curti. iun. in conſ.120. præſupponitur in facto,num.7. & 8. vbi poſt Caſtr. in conſ. infra allegando, id procedere intelligit in donatione, vt ſcilicet minor poſſit eam ſine decreto repudiare. quia nõ acquiritur niſi ſcienti & acceptanti: ſecus in legato quod ignoranti quoque paratur,licèt reuocabiliter.l. à Titio. D.de fur. & videtur ſequi etiam Chaſſa. qui tamen nutat,in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. col.4. verſi. extende quartò, & col.7. verſi. duodecimò limita: in quo tamen articulo Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus ſub num.32.diſtinguere videtur,an prohibeatur alienatio, & tunc repudiari poſſit ius quærendum: ſecus in ſtatuto,de quo ipſe loquitur,prohibente mulierem ſine conſenſu uiri contrahere, & adminiſtrationem bonorum ipſius mulieris in maritum transferente, propter quod, inquit, mulierem pupillo vel adulto curatorem habenti æquiparari,cui non ſolùm actus alienationem continentes facere non licèt, ſed nec alios quoque præiudiciales, per ea quæ allegat: & in illis terminis,quando ſtatutum vtitur verbo alienare,loquitur Caſtr. qui in hac materia allegatur in conſ.171. in caſu. præſenti, col.pri. & 2. lib.2.

3 ℭ Verùm & nos videamus vtra opinio verior ſit: & certè pro opinione contra Tiraq. videlicet immò videri mulierem ius quærendum remittere poſſe, facere videtur tex. in l. ſi ſponſus.§. ſi maritus.D. de dona. inter vir. & vxo. vbi dicitur maritum, qui vxori donare prohibetur, poſſe tamen hæreditatem & legatum repudiare,licèt id vxoris commodo cedat,quia fortè ſit inſtituta aut ſubſtituta,& tex. in l. qui autem.§.proinde,&.§. ſed & illud. D. quæ in frau.credi.vbi licèt prohibeatur debitor in fraudem creditorum alienare, poteſt tamen hæreditatem aut legatum repudiare,cum quo concordat tex. in l. non fraudantur.D. de reg.iur. & eſt ſimilis quoque tex. loquẽs in liberto ꝓhibito fraudare patronũ,in l.pri.§.vtrũ. D. ſi quid in frau. patro. Ad idem tex. in l. nemo ex ſocijs.§.illud.D. pro Soci. vbi poteſt ſocius in fraudem ſocietatis aliquid non acquirere, & tex. in l. alienationis verbum.§. qui occaſione.D. de ver. ſigni. vbi non dicitur alienare qui occaſione acquirendi non vtitur, puta omittendo hæreditatem: & tex. in l. cùm quidam.D. de iu.fis. vbi non dicitur facere fraudem fiſco, qui emancipat filium, vt ipſi filio non ſibi ipſi acquirat hæreditatem.

4 ℭ Quam opinionem qui ſequi mauult, reſpondere poteſt ad iura quæ in contrarium facere videntur, quæ ſtatim referemus, quòd loquantur in caſibus ſpecialibus, ita enim ſoluit gloſ. in d.l. qui autem, in prin. in ver. locupletentur, quam ibi ſequitur Bar. D. quæ in frau. credi. & glo. in l. non fraudantur,in glo.pri.D. de reg.iur. Aut ſecundùm Dyn. in d.l. qui autem, in prin. quem ſequitur Bar. in l.pri.§. ſanè, quem legit cum.§. non quærimus.D. ſi quis omis. cau. teſta. dici poteſt, quòd aut quis eſt obligatus de acquirendis ratione præcedentis contractus, & tenetur etiam de eo quod non acquirit: aliàs ſecus: ſed mulierem dici non poteſt ex præcedenti contractu eſſe obligatam.

5 ℭ Sed tamen pro contraria ſententia facit tex. in l. magis puto.§. fundum autem.D. de reb. eor. vbi prohibetur pupillus legatum ſine decreto repudiare: eſt verum quòd in illo tex. res minorem habet dubitationem, quia loquitur in legato, quod recta via in legatarium tranſit, vt & ibi dicit gloſ. tamen idem etiam arbitramur in alio iure, quod non acquiratur ſine

acce-

acceptatione, vt in donatione, vti poſtea dicemus: Ad idem tex. in l.3. in prin.D. vſufruc.quemadmo.caue. iuncta l.pri. in prin. D.eod.titu. vbi dicitur vſufructuarium teneri cauere de reſtituenda proprietate cùm deſinet pertinere ad ſe vſusfructus, & tamen in d.l.3. in prin. inquit tex. deſinere pertinere vſumfructum dici etiam ſi nec cœperit pertinere, licèt legatus ſit: & tex. in l. ſed & ſi l. §. perinde .D. de peti. hære. vbi non tantùm dicitur quis dolo facere, qui deſinit poſſidere, ſed & qui dolo facit ne poſſeſſionem acquirat, cum quo concordat tex. in l.pri.§. ſanè.D. ſi quis omis.cau. teſta. ad idem tex.in l. ſi verò.§. perueniſſe.D.ſolu.matri.vbi perueniſſe dicitur non ſolùm quod exactum eſt, ſed & quod exigi poteſt: & tex. in l. in fraudem,in prin.D.de iu.fis.vbi fraudem fiſco facit etiam qui non acquirit.

6 ℭ Nec placet illa glo. reſponſio, prædicta iura in caſibus loqui ſpecialibus,quoniam dicere aliquid eſſe ſpeciale non reddita ſpecialitatis ratione, eſt refugium (quod aiunt) miſerorum, vnde glo. in l. item veniunt.§. in priuatorum, in ver. in publica.D. de petitio. hæredi. inquit etiam in fiſco in dubio non pręſumi aliquid eſſe ſpeciale: ſed nec alia Dy. & Bar. doctri. ſatisfacit, quia ea attenta ſequeretur quòd debitor non poſſet in fraudem creditorum repudiare legatum aut hæreditatem, cùm & is ex præcedenti contractu teneatur, & tamen hoc eſt contra tex.in d.l. qui autem.§. proinde, & .§. ſed & illud.D. quæ in frau. cre.

7 ℭ Et tenendo hanc partem non obſtant allegata in contrarium: & primò tex. in d.l. ſi ſponſus.§. ſi maritus.D. de dona. inter vir.& vxo. quia reſpondet gloſ. in d.l. magis puto.§. fundum autem,in ver. pupilli. D.de reb. cor. rationem eſſe, quia donationes inter virum & vxorem non ſunt nec amare,nec tanquam inter infeſtos prohibendæ, vt dicit tex. in l. ſi id quod. §. ſi quas.D.eo.titu. ſed melior eſt reſponſio quia tunc demum donatio inter coniuges interdicitur quum donans fit pauperior, d.l. ſi ſponſus.§. hoc autē,& d.l. ſi id quod.§.ſi quas: ſed qui non acquirit pauperior non fit,ſed qui de patrimonio ſuo deponit, & ita ad literam dicit tex.in d.§. ſi maritus.

8 ℭ Non obſtat etiam tex. in d.l. qui autem.§. proinde, & .§. ſed & illud. D. quæ in fra.eredi. cum eoncor. ſupra allegatis, quoniam ratio eſt quia debitor prohibetur tantùm fieri pauperior diminuendo ex patrimonio,d. l. qui autem,cir.prin. quæ etiam ratio militat in d.l.pri.§. vtrum.D. ſi quid in frau. patro. vt ibi probatur: ad tex. etiam in d.l. nemo ex ſocijs.§. illud. D. pro ſoci. reſpondetur rationem eſſe quia prohibitus eſt ſocius aliquid facere in fraudem ſocietatis deſinendo poſſidere, vt ibi tex. dicit: ad tex. autem in d.l. alienationis.§. qui occaſione.D. de verbo.ſigni. dicitur illum non obſtare, immò facere pro Tiraq. opinione, vt ſcilicet prohibitus alienare, poſſit tamen hæreditatem repudiare, quia id non eſt alienatio.

9 ℭ Non obſtat vltimò tex. in d.l. cùm quidam. D. de iu. fis. quia Bar. ibi poſt glo.in l. defenſionis,in ver. integrum.C. de iu.fis. lib. 10. intelligit illā l. procedere quo ad hoc tantùm,vt quis non puniatur vltra duplum,prout teneretur in quadruplum, in quærendis: ſed verior videtur ſolutio, quòd ibi qui non acquiſiuit non erat adhuc debitor fiſci, quia nondum erat condemnatus,ſecundùm Bar. in d.l. in fraudem,in prin.D.eo.titu. aliàs de directò repugnaret tex. ibi in d.l. in fraudem.

10

10 ℭ Ex quibus colligitur quòd aut prohibetur quis fieri pauperior & de patrimonio ſuo diminuere, ſiue deſinere poſſidere, & tunc poſſit non acquirere: aut prohibetur alienare, & idem videtur: pro quo ſecundo dicto facere etiam videtur tex. in l. item ſi res.§. fin. verſi. poteſt autem. D. de alie.iudi.mut.cau.fac. & in l. non alienat.D. de reg. iur. cui tamen refragari videtur tex. in l. magis puto.§. fundum autem.D. de reb. eor. cui commodum non video reſponſum: nec enim illud placet quòd ſpeciale ſit in legato: nec etiam dici poteſt eam eſſe rationem, quia pupillus prohibeatur actum quencunque ſibi præiudicialem facere, vt dicit Tiraq. in d. tract. de legi.connu. glo.5.num.32.incip. ſed tamen, poſt Caſtr. in d.conſ.171.col. nobis 2. verſi. item ideo dixi, lib. 2. qui in id citant tex. in l. iuſiurandum & ad pecunias.D. de iureiu. ſed voluerunt allegare l. iuſiurandum quod ex conuentione.§.pri.D. eod.titu. quibus addi poteſt tex. in l.2.§. ſi à pupillo. D. pro empto. quia hoc poſſet procedere ſi tex. in d.§. fundum autem, prohiberet pupillum id facere ſine tutoris authoritate, ſed prohibet ſine decreto: conſtat enim iudicis decretum non requiri in omni actu pupillo præiudiciali, ſed tutoris authoritatem: ideo vide quod dicemus infra num. ab hinc 2. Aut verò prohibetur quis facere quemlibet actum ſibi præiudicialem, puta ob ipſius imbecillitatem, vt in caſu noſtro, & tunc intelligitur etiam prohibitus ius nundum quæſitum repudiare, vt dixit Tiraq. quod & rationem habet. Nec contra hoc obſtat tex. in d.l. qui autem.§. proinde, & .§. ſed & illud.D. quæ in frau. credi. iuncta l.pri.§. hæc verba. D.eo.titu. vbi & debitor prohibetur quoſcunque contractus creditoribus præiudiciales facere in fraudē eorũ, quia, vt ſupra diximus, hoc intelligitur quãdo tamē patrimoniũ diminuit.d.l. qui autē, cir.prin.verſ. pertinet autē.

11 ℭ Magis etiam ex prædictis arbitramur veram non eſſe eorum opinionem, qui diſcrimen inter legatum & donationem conſtituunt, vt illud ſcilicet repudiari non poſſit, tanquam ignoranti acquiratur: hæcautem poſſit, quia immò idem dicendum eſt in legato quod in iure quęrendo, vt probat tex. in d.l. qui autem.§. proinde, & .§. ſed & illud, vbi idem ius conſtituitur in legato quod & in hæreditate, & in d.l.pri.§. vtrum, & §. ſeq.D. ſi quid infra. patro. vbi idem expreſsè dicitur in legato quod in donatione & hæreditate: ad quod etiam facit tex. in l. profectitia.§. ſi pater repudiauerit.D. de iu. doti. vbi ſiue legatum ſiue hæreditatem pater dotis conſtituendæ cauſa repudiet, vt apud generum maneat, vtroque caſu non dicitur dos à patre profecta.

12 ℭ Nec obſtat quòd rei legatæ dominium recta tranſeat via in legatarium. l. à Titio, in fi.D. de furt. & ignoranti etiam reuocabiliter tamen quæratur.l. cùm pater.§. ſurdo.D. de leg. 2. quia ad hoc reſpondet I. C. in d. l. pri.§. vtrum.D. ſi quid in frau. patro. dum inquit quanuis enim legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen cùm repudiatur retro noſtrum non fuiſſe palàm eſt: quòd & probat tex. in l. nam ſicut, in prin. D. ad.l. acqui. vbi dicitur legatario repudiante legatum, perinde haberi, acſi legatum non eſſet: ſicque concluditur verius eſſe, vt eodem modo diſtinguatur, quo in donatione: quod ſaltem procedit quando lex aut ſtatutum non vtitur verbo alienare, per d.l. magis puto.§. fundum.D. de reb. eor. & ita reperio voluiſſe etiam Hiero. Cagno. in l. non fraudantur, ferè per totam l.D. de reg. iur. dum inquit, legati repudiationem alienationem

nem eſſe, ſed non patrimonij diminutionem, vbi ex hoc reprobat Bal. in l. pupillorum, poſt prin. verſi. & idem. C. de repu. vel abſti. hæredi. & Corn. in conſ. 32. licèt prima facie, col. fin. lib. pri. contrarium tenentes, ſcilicet non eſſe alienationem, qui tamen etiam fatentur non eſſe patrimonij diminutionem.

13 ℂ Quid autem in remiſſione lucri dotis aut donationis propter nuptias, quam vir aut vxor facit ex forma ſtatuti, an dicatur patrimonij diminutio necne, videbis Barba. in conſ. 59. illud in medium, col. 7. verſi. modò capio, lib. 2. Soci. in conſ. 114. viſo teſtamento, per totum, lib. pri. Deci. in conſ. 260. quæritur breuiter, per totum.

GLOSSA QVINTA IN VER. ASCENDENTIBVS A LIBRIS DECEM IMPER. SVPRA.

1 PRIMO QVAERO, ſi obligatio per mulierem omiſſa huius ſtatuti ſolennitate contracta, ſummā hîc expreſſam exceſſerit, an valebit intra permiſſam: & prima dicendum facie videretur non valere, ſicuti dicimus in donatione inter patrem & filium, & inter virum & vxorem, quæ ſi non inſinuata aureorum quingentorum ſummam excedat, morte non confirmatur, etiam in dictis quingentis aureis, ſecundùm Saly. in l. donationes quas parentes, cir. med. verſi. ſed poteſt dubitari, per glo. ibi in ver. confirmari. C. de dona. inter vir. & vxo. quem refert, ſed ita vt neſcias an eum ſequatur necne, Iaſ. in l. pri. §. pen. col. 4. verſi. iſta doctrina, & clariùs ſequitur Alcia. ibi col. 7. D. de verbo. obliga. & expreſſim ſequitur etiam Soci. in l. pri. col. 19. verſi. prima concluſio. D. ſol. mat. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, eiuſque conſilium à Piſano fuiſſe collegio approbatum, & in l. ſi inter virum, in pri. nota. vbi idem repetit. D. de reb. dub. in conſ. 115. videbatur, col. pri. in fi. verſi. ſecundò concludo, & col. ſeq. in prin. lib. 4. Rui. in conſ. 132. viſa confeſſione, col. fin. verſi. & poſtremò, lib. 4. Pariſ. conſ. 62. ſi non apparet, col. pen. verſi. ad quod dico, lib. pri. conſ. 16. circa præſentem, col. 6. verſi. & intantum, lib. 2. Cur. iun. in conſ. 95. habita diligenti, col. fin. verſi. ſextam facio concluſionem, Chaſſa. in conſ. 7. viſis themate, col. 5. verſi. tertiò per quod, Hyppo. Rimi. inſti. de dona. §. pri. num. 222. vſque ad num. 235.

2 ℂ Veruntamen, hoc non obſtante, nos contrariam probamus opinionem, quam ſubdubius tamen tenere viſus eſt Bal. in l. ſancimus, col. 2. verſi. item tex. eſt arg. C. de dona. loquens in ſtatuto irritante contractum per minorem à decem lib. ſupra ſine certa ſolennitate celebratum, præſumendo eum fictitium, & dolo extortum, inquit enim Bal. illum tex. facere in arg. vti & verè facit, vt à decem libris infra valeat huiuſmodi contractus per minorem factus, ex quo ſumus in caſu, quo vtile & inutile diuidi poſſunt, ſubdens tamen Bal. ſe non determinare, ſed tantùm dubitationem mouere: ſuper quo tamen non erat à tanto viro dubitandum per ea quæ ſtatim dicemus, cùm præſertim is ſoleret etiam in obſcuris & ambiguis nullum dubitandi locum relinquere: & magis in ſpecie huius ſtatuti, ſcilicet in ſtatuto noſtro Comenſi prohibente mulierem vltra libras quinquaginta tertiolorum ſine conſenſu viri aut affinis obligari, ſcimus cōſuluiſſe doctiſ-

ſimum virum D. Apollonium Lambertengum patruum noſtrum, eadem & optima quidem ratione motum, quòd quantitas eſt diuidua, & in diuiduis vtile per inutile non uitiatur, allegando Bar. in l. græcè.§. illud commune. D. de fideius. cui & tu addere poteris, hoc idem probare tex. in l. pri.§. item quæritur ſi quis.D. de aqua quoti. & æſti. in cap. dilectus, pri. de præben. & in quantitate eſt tex. in l. vſuras, in l. placuit, in l. pecuniæ fenebris, in prin. & ibi not.glo. in vèr. pro modo, & Bar. in ſumma. & Saly. D. de vſur. & tex. in l. ſiue generalis, poſt prin. verſi. quærendum eſt, & ibi etiam glo. in ver. infirmari, & Bar.D. de iur.doti. & no. etiam Dyn. in cap. vtile per inutile, col.pri.verſi. alij dicunt, & col. fin. verſi. aliquando vnum, de reg.iur. in 6. iterum Bar. in l.pri.§.pen. in prin. (dum ſe remittit ad dicta per eundem in d.§. illud commune) & ibi Ang. in pri. ver. qui etiam pulchrè declarat, ſi ſimus in indiuiduis, tunc demum vtile per inutile uitiari, ſi inutile ſit potentius vtili: ſecus ſi econtra, vt eſt in ingrediente monaſterium cum reſeruatione bonorum ſuorum, quia cùm ingreſſus ſit, potentior non uitiatur, ſed trahit ad ſe reſeruationem, eamque reddit inefficacem, Imo. cir.prin. qui dicit hanc communem eſſe ſolutionem, Roma. col. pri. poſt prin. verſi. no. vltimò, Caſtr. col.fin. verſi. vltimò no. qui etiam latiùs diſtinguit, Alex. in prin. qui ita communiter teneri aſſerit, Areti.cir. prin.verſi. vltimò no. quod in his, Soci.col.pri. in vlti. etiam nota. Iaſ.col. 2. verſi. quartò not. cum. 3. aut 4. ſeq. qui ad hoc plura cumulat, & Clau. Aquen. cir.prin.verſi. in glo.ſi.D. de verbo. obliga. iterum etiam Bar. in l. ſi. in ſi.D. de iuris.om.iud. & in l. certi conditio.§. quoniam, col.pen.verſi. venio ad ſecundam partem, dum ſe remittit ad dicta per ipſum vbi ſupra, & ibi in d.§. quoniam, Bal. col.3. verſi. oppono quòd vtile, & col.4.verſi. decimus eſt, Saly. poſt prin.verſi. ſextò ex toto tex. no. Caſtr. etiam poſt prin. verſi.no. ergo, Alex. in pri.nota. Io.Mari.Rimi. in 2. Aret. in 6. Soci. col.pri.verſi. quartò colligitur, dum ſe remittunt ad Bal. & alios ſupra allegatos, Iaſ.col.ſi.verſi. in pen. parte, & Deci. in 3. nota.D. ſi cer.peta. Abb. in conſ.73. videtur, in ſi. lib.pri. in conſ.108. illud in effectu, ante fin.verſ. fateor tamen, lib.2. Imo. in cap.fin. col.14. verſi. ſed hìc reſurgit dubium, de feu. iterum Soci. in l. ſi inter virum, col.pri. in prin.D. de reb.dub. iterū etiam Iaſ. in l.2. col.69. verſi. motus quia.C. de iu.emphi. Rui. in conſ.44. viſo ac perlecto, col.2. verſi. ſed non obſtantibus, lib.2.

3 ¶ Et noſtro in propoſito, quando actus ob ſolennitatis omiſſionem eſt nullus, quòd vtile per inutile non uitietur in ſeparabilibus, probat tex. in cap. ſi confirmationem, de electio. in 6. vbi ſi confirmatio inualida ſit, eò quòd in ea non interuenerint debitæ iuris ſolennitates, non propterea inſtitutio canonicè facta tanquam à cōfirmatione ſeparata uitiatur, & ibi not. Gemi. in prin. & Iaſ. in d.l.pri.§.pen. col.3.verſi. circa ſecundam regulam. D.de ver.obli. & in materia venditionis, ſi vendantur plura, quorum aliqua ſint alienari prohibita, aliqua permiſſa, quòd tamen venditio, quò ad prohibita tantùm irritetur, eſt glo. in cap. querelam, & ibi not. Abb. de ſimo. & tradit etiam Iaſ. ind.§.pen.col. etiam pen.verſi. decimò adde, & faciunt quæ dicemus infra in fine, quæſtio. lxxviij.

4 ¶ Non obſtat autem Saly. dictum in d.l. donationes quas parentes.C. de dona. inter vir. & vxo. quia primò reſpondeo, etiam ſi id verum eſſet, tamen noſtrum ad propoſitum non facere, quia ibi duplex concurrit defe-

ctus,

ctus, ratione ſcilicet rei & perſonæ, vt ibi dicit glo. in ver. confirmari: rei, quia donatio quingentorum aureorum ſummam excedens non inſinuata non valet. l. ſancimus. C. de donatio. perſonæ, quia prohibita eſt donatio inter virum & vxorem, & inter patrem & filium in illius poteſtate conſtitutum, tot. titu. D. & C. de dona. inter vir. & vxo. qui duplex. defectus noſtro in caſu non concurrit, & conſtat duo vincula magis ligare quàm vnũ, vt dicemus infra in fine, quæſtio. viij.

5 ℂ Secundò etiam reſpondeo illud Saly. dictum verum non eſſe: & contrarium immò generaliter donationes ſummam aureorum quingentorum excedentes, valere tamen intra aureos quingentos probat tex. in d. l. ſancimus, iuncta l. pen. C. de donatio. & ibi not. glo. in d. l. ſancimus, in ver. trecentos, & meliùs in ver. ſuperfluum, & ibi Odofre. Bal. & Ang. C. de donatio. idem Bal. in conſ. 105. factum tale eſt, col. 2. verſi. primò videndum eſt, lib. 3. Alex. in conſ. 4. circa primum, col. pen. verſi. nec ad hoc obſtat ſi dicatur, lib. pri. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. antep. verſi. quæro vtrum in caſibus. D. de verbo. obliga. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor, in fin. ver. D. de iureiu. in appo. Bar. in l. cùm de indebito. §. ſed hoc, in ver. de op. lib. poſt med. verſi. nec ad hoc obſtat ſi dicatur. D. de proba. Soci. in conſ. 48. in præſenti conſultatione, col. pen. verſi. circa ſecundam dubitationem, lib. pri. Deci. in conſ. 536. in cauſa quæ agitur, col. pen. verſi. ſecundò poteſt reſponderi, Iac. Philip. Porti. lib. commu. opini. pri. reg. 40. limita. 11. Hippo. Rimi. inſti. de donatio. §. pri. num. 220.

6 ℂ Et expreſſiùs in donatione inter virum & vxorem, & inter patrem & filiumfamilias, id voluerunt Io. And. in addi. Specu. titu. de donatio. col. 2. in ver. donationes, poſt prin. Caſtr. ſuboſcurè, in conſ. 345. circa bona, col. 3. verſi. reſpondeo principaliter, lib. pri. Areti. in conſ. 17. conſideratis diligentiſſimè, col. 2. verſi. quod autem non ſit, vbi nominatim Saly. carpit, Iaſ. in l. certi conditio. §. quoniam, col. fin. verſi. contra primum membrum. D. ſi cer. peta. vbi & ipſe expreſſim Saly. reprehendit, Deci. in conſ. 239. primò non videtur, col. 2. verſi. ſecundò prædictę donationi, in conſ. 432. cùm ſit, col. 2. verſi. ſed prædictis, ſi rectè inſpiciatur, dum vtrobique loquitur in donatione inter patrem & filium, Io. Crot. in l. frater à fratre, col. 19. verſi. addite etiam, ſub nu. 91. D. de condi. inde. idem allegatur voluiſſe Ludo. Luſi. in rep. l. ſi inter virum, in pri. nota. D. de red. dub. quam tamen repetitionem non reperio inter meos repe. & idem voluerunt Anto. Alex. in conſ. 123. circa dubium quod videtur, per totum, Rui. in conſ. 44. viſo & perlecto, col. 2. verſi. præterea & tertiò, iuncta col. pen. verſi. & vbi etiã, lib. 2. Io. Lup. ſubdubius tamen, in rep. rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 81. 2. in prin. dum poſteaquam retulit opinio. Saly. & Soci. ſe remittit ad Lud. Luſi. vbi ſupra, Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opini. 5. concluſio. 24. dum poſteriori loco hanc ſententiam recenſet, iuxta notã. per Docto. in l. ſi idem cum eodem. §. fin. D. de iuris. omni. iud.

7 ℂ Quando autem quid diuiduum aut indiuiduum dicatur, ſi id ſcire cupias, nam & ad hanc rem, quam tractamus, maximè pertinet, videbis Bar. in d. l. græcè. §. illud commune, in fi. D. de fideiuſ. Bal. in d. l. certi conditio. §. quoniam, col. 3. verſi. extra noto, & col. 4. & ibi Iaſ. col. fin. verſi. inſeparabile. D. ſi cer. peta. Ang. in d. l. pri. §. pen. poſt prin. verſi. dicitur autem, &

ibi Imo. etiam poſt prin.verſi. & dicitur, Alex.cir.prin. Iaſ.col.2. verſi. indiuiduum dicitur.D.de ver.obliga.Docto. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in prin. eod. titu. de verbo. obliga. gloſ. Bar. & alios in l. vni. C. ſi in commu.eademque.cau. in inte.reſti.poſtu. Afflic. deciſio.213. agitur,in fi. & vide omnino etiam quę dicemus infra in glo.21. in ver. occaſione dotis ſuæ, quæſtio.ij. eademque vltima,& iterum in fine,quæſtio.lxxviij. & mult. ſeq. Ex quibus omnibus inferri poſſe videtur ad ſtatutum Comi. cap. 32. ordi.iudi. diſponens à lib.centum tertiolorum ſupra deferendum non eſſe iuramentū in ſemiplenæ probationis defectum, vt ſcilicet poſſit tamen deferri in ſumma permiſſa, licèt petitio maiorem ſit ſummam complexa.

8 ℂ SECVNDO principaliter quæro, quid ſi varijs ex cauſis mulier ſe obliget,aut plures res vendat,quarum ſingulæ libras decem imper.non excedant, an tunc facienda ſit coaceruatio ad infirmandam ipſam obligationem venditionemue: quod videtur ſi vno & eodem tempore fiat: ſicuti dicimus in donatione plurium rerum eodem tempore facta, quæ tamen inſinuanda eſt, ſi omnes res coaceruatæ quingentorū aureorum ſummam excedant, etiam ſi pluribus fiat perſonis eodem tamen tempore, vt diximus,& etiam ſi ſingularum rerum ſpecificatio fiat,ſecundùm Bar. in l. Modeſtinus, cir.fin.verſi. plus dico, & ibi Imo. poſt prin. verſi. tamen hic, qui expreſsè loquitur etiam in quantitate contra Bar. ibi, & ibi Alex. in appo. ipſius Bar. cir.prin. in ver. diuerſis. D. de donatio. Prac. Papi. in for. libel. quo agi. ex dona. in ver.ſolenniter,num.6.Roma. in conſ.26. pro deciſione, col.pri.verſi. nec videtur, Abb. in cap. Apoſtolicæ, col.pri. verſi. item nota. ibi ſiue plures,de donatio. Alex. in l. ſcire debemus, in fine prin. qui etiam ſpecialiter loquitur in quantitate,& ibi Iaſ.col.3.verſi.ſecundò limita.D. de verbo.obliga. Anto. Cana. in trac. inſinua. quæſtio. lviij. nu. 67. quam & nos opinionem ſequimur.

9 ℂ Quanquam reclament Ang. in d.l. ſcire debemus, in prin. vt ab alijs allegatur,licèt meo in libro id non dicat, & veriùs Barba. inter conſ. Alex. in conſ.vlt. & quidem viſo puncto,col.2. verſi. & adduco quod voluit Bal. lib.4. vbi tamen falsò in id citat Bal. in l. ſancimus.§. ſi quis autem.C. de donati. qui contrarium tenet in fortioribus terminis,vt in ſeqnen.quæſtio. referemus: Quorum ſententiæ quantùm ad quantitatem accedit & Bar. in d.l. Modeſtinus, cir.prin.verſi. & ideo ſi ſimul, dum vult remittentem florenos mille diuerſis tamen ex cauſis debitos, non teneri huiuſmodi donationem inſinuare: cui aſſentitur & Caſtr. ita expreſſim inter quantitatem & res diſtinguens, in d.l. ſcire debemus, quibus quando remiſſio diuerſis eſt perſonis facta, ſubſcribit & Bal. in l. illud, col.pen. verſi. ſextò quæritur.C. de ſac.ſanc.eccle.

10 ℂ Sed nos,vt diximus, indiſtinctè priorem ſequimur opinionem: quam etiam quantùm ad quæſtionem,de qua principaliter tractamus,ex alio confirmamus, quòd coaceruationem in materia fauorabili admittimus, non etiam in odioſa, vt eſt Bar. doctri. in l. ſi idem cum eodem, cir.prin. & ibi ſequuntur Caſtr. num.7. Alex. col.2. verſi. ſecundò facit iſte tex. Io. Mari. Rimi. col.3. verſi. vltimò no. Iaſ. col.pri. verſi.no. quòd coaceruatio, qui communem hanc dicit opinionem, Philip. Deci. in 2. nota. Clau. Aquen. col.2. & Cur. iun. num. 4. in fi. cum 2. ſeq.D. de iuris. om. iud. Ancha. in

cap.pen. & ibi Imo. col.fin.verſi. vltimò inquantum, de donatio. Caſtr. in l. ſi plures, num.6. & ibi Alex. in fin.ver. & Iaſ. in vlt.nota. qui illam l. legit ſimul cum §.fin. legis iurisgentium.D. de pac. Cepol.conſ.cau.crimini.14. pro declaratione, col.4.verſi. circa ſecundum, vbi alios citat concor.iterum Alex. in conſ.113.viſo themate & ſtatutis, per totum, lib.5.rep. in conſ.97. lib.6. Fely. in cap.1. num.18. de proba. in cap. in omni, poſt prin. de teſti. iterum Iaſ. in l. ſcire debemus, col.2. verſi. hinc infertur. D. de ver.obliga. quibus in locis Docto. inferunt ad quæſtionem de eo qui in monaſterio ſtetit per ſex menſes, & egreſſus per aliquod tempus iterum in monaſterium redijt, in eoque per alios ſex menſes permanſit, an dicatur ibi per annũ habitaſſe ad profeſſionem faciendam, & ad ſtatutum diſponens mercatorum libris vſque ad certam ſummam cum iureiurando eredi oportere, an facienda ſit coaceruatio, ſi plures ſummæ diuerſis ex cauſis petantur, quarum ſingulæ ſummam à ſtatuto taxatam non excedant, & ad alias etiã quæſtiones dequibus per eos in locis præalle. Nam hoc ſtatutum conſtat eſſe fauorabile, vt diximus in præfatio. in ſecun. dub.

21 ℂ TERTIO quæro, eodem themate retento, quando mulier ſe pro maiori ſumma, puta pro lib. centum imper. obligat, vel plures res diſtrahit, quarum ſingulæ decem lib. imper. valorem non excedunt, quæro inquam, quid ſi adiecta fuerit hæc clauſula, quòd tot cenſeantur eſſe obligationes quot ſunt decennæ, vel res venditæ, an tunc valida ſit obligatio aut venditio in totum, quod videtur, ſicuti dicimus, quòd licèt donatio quingentorum aureorum ſummam excedens non inſinuata non valeat, vt iam diximus, valet tamen ſi plures fuerint res venditæ quarum ſingulæ dictam ſummam nõ excedant, hac adiecta clauſula, quòd tot ſint donationes quot res, ſecundùm Specu.titu.de inſtru.editio.§. porro, col.4.verſi. donatio autem firma, & in titu. de donatio. col.3.verſi. quid ſi aliquis dat, vtrobique tamen intelligens modò res ipſæ nominentur & ſpecificentur, quem per omnia ſequitur Bal. in conſ.163. ſuper eo. quod quæritur conſilium, poſt prin.verſi. ſed dubitatur, lib.4.

22 ℂ Veruntamen contrariam nos opinionem vti communem ſimpliciter ſequimur: quam tenent Iaco. de Aret. & Cyn. in l. ſancimus.§. ſi quis autem, pri. & ibi Bar. & ipſemet etiam Bal. ſibiipſi parum conſtans, cir.med. verſi. caue tibi, qui ita communiter teneri aſſerit, & ibi etiam Ang. & Saly. C. de dona. Old. in conſ.253. factum tale eſt, cir.med. verſi. reſpondetur, Io. And. in addi.Specu.titu. de inſtru. edi. in d.§. porro, col.4. in ver. ſancimus, ita inquiens communiter teneri, iterum Bar. in l. Modeſtinus, col. fi.verſi. quæro quid ſi fuerit dictum.D. de dona. iterum etiam Bal. ſubdubius tamen, in l. illud, col.5. verſi. ſextò quæritur.C. de ſac. ſan. eccle. in conſ.18. notiſſimum eſt, cir.med. verſi. tertiò dubitatur, vol.pri. in conſ. 400. ſuper primo puncto primò videamus, poſt prin. verſi. item prædicta donatio, lib.5. Prac. Pap. in for.libel. quo agi. pro donatio. in ver. ſolenniter, col.2.verſi. ſed dubitatur, Abb. in conſ.107. quatuor ſunt in pri.dub. lib.2. Imo. in cap. cùm contingat, char.pen. col.2.verſi. an autem quando ſit donatio ſine iuramento, qui cõmunem hanc dicit opinionem, de iureiu. Rom. in conſ.26. pro deciſione eorum, in ſecun.dub. Caſtr. conſ. ibi non eſt dubium, in prin. lib.2. Alex. in conſ.165. viſis duobus, col.2.verſi. bene faciunt, lib.2. in conſ.21. attentis his, col.pri. in prin. lib.3. Guid. Pap.

ſingu.375. incipi.Saly. in l.illud, in fin.ver.& ſingu.197. illa verba,in prin. Barba.in conſ.52. viſo celebri, poſt prin. lib.4. Soci.in conſ.77. in præſenti conſultatione, col.6. verſi.nec prodeſſet, vbi communem hanc dicit opinionem,lib.pri.Thom.Ferra.cau.33.donatio excedens,qui etiam de communi ſententia fidem facit,Cana. in tracta. inſinua. qæſtio,lviij. qui pariter communem hanc ſententiam atteſtatur, Iac.Philip. Porti. lib. commu.opi. pri.reg.40.amp.4. vbi & ipſe citat ſed minùs ordinatè omnes ferè concordan. quos nos ſupra retulimus : cum qua etiam opinione concordat Bal. in l. pri. poſt prin.C.quan. dies leg.ced. vbi tamen ſecus inquit, ſi dictum ſit, quòd tot ſint actus donandi quot ſunt centenaria, ſed in hoc reprehenditur & rectè à Barb. ibi in eius appo. & à Porti. vbi ſupra.

13 ℭ QVARTO quæro, quid ſi hæ obligationes diuerſis ex cauſis procedentes diuerſo fiant tempore : & tunc contra dicimus faciendam ſcilicet non eſſe coaceruationem, non tantùm ſi diuerſis fiant perſonis, ſed etiam ſi eidem, per tex. in l. ſancimus.§. ſi quis autem,pri.C. de dona.vbi ita diſponitur in pluribus donationibus varijs temporibus vni & eidem factis, quæ omnes ſimul iunctæ quingentorum aureorum ſummam tranſcendant, vt tamen inſinuatione non egeant : quod & annotauit Bal. in conſ. 400. ſuper primo puncto, poſt prin.verſi. item prædicta donatio, lib.4. Io. Andre. in addi. Specu. quo loco cum ſupra proximè citauimus, Practi. Papi. in for. libel. quo agi. pro dona. in ver. ſolenniter, col.2. verſi. pro declaratione, Cana. in trac. inſinua. quæſtio. lix. vbi limitat niſi id in fraudem legis fiat, quam nos fraudem præſumeremus ſi ſecundus contractus incontinenti poſt priorem ſequeretur, per ea quæ diximus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, quæſtio. xvij. & quia quæ incontinenti fiunt in eſſe videntur, l. lecta, verſi. dicebam.D. ſi cer.peta. vnde cenſeretur vnus & idem contractus : ad quod ē̄t faciunt quę dicemus infra in gloſ.7.in ver.conſenſus, quæſtio.xiiij. Et facit etiam ad id de quo principaliter tractamus glo.in l. Modeſtinus,in ver. vitij.D. de donatio. quæ per d.§. ſi quis autem, inquit, quum quæritur an immodica ſit donatio, ſingulas ſingulorum temporum donationes ſpectari, & ſequitur Iac.Philip.Porti.lib.commu.opi.pri. reg.40. limita.4. quæ tamen glo. dum loquitur de vſurarum remiſſione, an verum dicat diſſeremus infra quæſtio.vj.

14 ℭ QVINTO quæro, quid ſi in eodem inſtrumento pluribus ſe perſonis mulier obliget pro ſumma fortè lib. ſex Imper. pro ſingula perſona : an et hic omnes ſint ſummæ coaceruandè ad ipſam obligationem irritandam : quod non videtur per nota. per Bal. in l. ſi plures, in ſecun.lectu.cir. med.D. de pac. vbi ſi quis ſexcentos, inquit, aureos donet duobus ſimul, inſinuationem non requiri, niſi illi duo fuiſſent priùs inſolidum obligati, quibus poſteà per donationē facta eſt remiſſio : quod & idem eſſet ſi quis duobus inſolidum ad ſexcentos aureos donationis cauſa ſe obligaret, & Bal. ibi ſequitur Caſt.ante fin.verſi.item Gui.de Cun. inducit quod & quàtùm ad principale dictum tenet Guili. Cun. ibi, & ſequitur Soci. in conſ. 87. in præſenti,col.4. verſi. accedat,lib.pri.

15 ℭ Sed tamen contraria à nobis opinio vti communior ſequenda eſt, videlicet ſimpliciter faciendam eſſe coaceruationem ſecundùm Io. And. in addi. Specu. titu. de dona. col.3. in ver. quod dicitur, Rom. ſing.713. ſe-

cundùm anti. impreſ. & 721. ſecundùm nouis. incipi. pone facta eſt donatio, in conſ. 305. quò ad ſeptimum, in prin. Imo. in cap. cùm contingat, char. pen. col. 2. verſi. dixit etiam quòd ſi donatur, de iureiu. Alex. in d.l. ſi plures, cir. prin. verſi. no. ex prin. de pac. Barba. in conſ. 52. viſo celebri, col. pri. vbi alia etiam ſimilia citat, lib. pri. Iac. Philip. Porti. lib. commu. opini. pri. regu. 40. ampli. 3. & ad hoc etiam facit quod diximus ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. ij.

16 ℭ SEXTO quæro, ſi mulier aliquid annuum promittat, puta quinque ſingulo anno, an & hoc caſu coaceruationem faciemus, qua in quæſtione poteris diſtinguere eo modo quo in donatione inſinuanda diſtinguit tex. in d.l. ſancimus. §. ſi quis autem talem. C. de donatio. cuius tex. argumento ita etiam quando de impedienda iuriſdictione agitur, diſtinguendum putat Bar. in l. ſi idem cum eodem, in fine prin. D. de iuris. om. iud. & quid ſi vſuras futuri temporis remittat mulier, videbis tex. in l. Modeſtinus, cum gloſ. in ver. vitij. D. de donatio. vbi probatur non fieri coaceruationem ad requirendam in huiuſmodi donatione inſinuationem, vbi etiam gloſ. in ver. futuri temporis, dubitatiuè tamen per verbum fortè idem aſſerit, quũ remittuntur vſuræ præteriti temporis, & ibi conſtantiùs ſequitur Bar. in pri. ver. & Rom. poſt prin. quod & nos in caſu noſtro verum arbitramur, quia cùm vſuræ ſint hodie prohibitæ toto titu. extra, in 6. & in Clem. de vſur. debet poſſe mulier eas pro animæ ſuæ ſalute ſine huius ſtatuti ſolennitate remittere, cùm præſertim multa in vſurarum remiſſionem, & in animæ exonerationem facta valeant, quæ aliàs non valerent, vt per Bal. in l. pri. col. 2. verſi. quidam confeſſus fuit. C. de fal. cau. adiec. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ex hoc, poſt prin. D. de eden. Abb. in cap. præterea, 2. in 3. nota. de ſponſa. in cap. iurauit, col. fin. & ibi Fely. num. 2. de proba. iterum Fely. in cap. olim, col. 4. verſi. fallit ſeptimò, de reſcrip. Marſi. ſingu. 202. tu ſcis regulam, poſt med. verſi. eſt & alius caſus, Soci. iun. in conſ. 90. abundè, num. 4. lib. 2. & faciunt quæ diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. vij. & xxvj. & quæ dicemus in fine, quæſtio. xxxix. in fi.

17 ℭ Quid autem ſi etiam non facta coaceruatione vſuræ cuiuslibet anni hanc ſummam excederent: an & tunc valeat remiſſio per mulierem facta omiſſa ſtatuti ſolennitate: & dicendum eſt valere, ſicuti etiam valet donatio harum vſurarum non inſinuata, licèt vſuræ cuiuslibet anni ſummam quingentorum aureorum excedant, quoniam ratio d.l. Modeſtinus, non eſt quia ſingulæ ſummæ diuerſorum temporum ſpectentur, vt ibi dicit glo. in ver. initij, & retulimus ſupra in iiij. quæſtio. huius glo. ſed odium vſurarum, ita ſentit Bar. ibi in ſumma. & clariùs Bal. in l. illud, col. 3. verſi. ſecundò quæritur. C. de ſac. ſan. eccle. & Cana. in d. trac. inſinua. quæſtio. xxxxiij. ad quod alia etiam ratio facit, quam ſupra proximè adduximus.

18 ℭ SEPTIMO quæro, quid ſi mulier vendat rem pro xi. lib. ſed in proxenetam, ad hoc vt contractus effectum ſortiatur, lib. vnam expendat, an detrahi debeat de venditione quòd in proxenetam expenſum eſt, vt proinde contractus valeat tanquam in x. tantùm celebratus videatur: quod videtur, quia ſi extet ſtatutum diſponens de pretio rei venditæ ſoluendam eſſe gabellam ad rationem denariorum ſex pro lib. detrahendum tamen erit quod in proxeneta ſoluitur, vt pro ea ſcilicet ſumma nulla ſoluatur gabella

bella

bella, niſi ſtatutum loquatur de pretio quo venditor rem vendit, ſecundùm Bar. in l. ſed ſi hoc.§.pri.D.de condi.& demon. cum alijs concor. per Tiraq. adductis in tracta. retrac. titu.pri,§.15. glo.pri. num.5. vbi dum admonet Bar. d.l. ſed ſi hoc, legere ſimul cum l. ſi vir vxori, meo in libro non ſic ſed ſeparatim illam legit: & vltra per Tiraq. allegata; id etiam ſecutus eſt Iac.Philip.Porti. lib.commu.opini.pri.reg.40. limita.25. apud quem & etiam apud Tiraq. vbi ſupra num.4. comperies ita quoque conſtitutum eſſe in donationis inſinuatione.

19 ℭ Contraria tamen opinio nobis verior videtur in caſu noſtro, nam diuerſa hoc in caſu ineſt ratio; quia vnum eſt quòd hic contractus ſummam lib. x. excedit, ſed mulier hoc ſtatuto prohibetur ſe vltra dictam quantitatem obligare: & quia cùm hoc ſtatutum ſic loquatur in obligationibus mulierum deſcendentibus ex contractu vel quaſi vel diſtractu aſcendentibus à lib. decem imper. ſupra &c. uidemur eſſe in alio caſu Bar. quando ſtatutum loquitur de pretio quo rés à venditore venit, & ſic de pretio quo quis ſe obligat.

20 ℭ OCTAVO quæro, mulier ſola rem aliquam pro decem lib. vendidit, nunc ad contractus reſciſſionem agit, & probat tempore ſcilicet iudicij eam rem vndecim valere, quæro inquam an id ſufficiat ad infringendam venditionem: quod non arbitramur, quia qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundùm tempus verbi.l. in delictis.§. ſi extraneus, & ibi Bar. D. de noxa. actio. & not. Caſtr. in l. ex facto.§. ſi quis autem, ante fin.verſi. vltimò op.D. ad S. C. Trebel. & Alex. in conſ. 139. circa primum, col. pri. verſi. ſed præmiſſis, lib.6. cum ſimili.

21 ℭ Et videmus in ſimili, quòd in reſcidenda venditione prætextu læſionis vltra dimidium iuſti pretij, non ſufficit probare rem pluris valere, niſi probetur tempore contractus tanti valuiſſe, ſecundùm Bar. in l.2.col.fin. & ibi Albe.col.4.verſi. quomodo poſſit, Bal. col.fi.verſi. ſed pone quidam, Ang. col. etiam fin.verſi. iſta opinio, Saly.col.7.verſi. quæro decimononò, Caſt. col.pri.verſi. in tex. ibi dimidiam, Panta.Cremen. in rep.nu.198. & Hiero. Cagno. num.213. in xxxxvij. quæſtio.C. de reſcin.vendi. eundem Bal. in l. ſi voluntate, per illum tex. & ibi Saly.C. eo.titu. Ang. in conſ. 312. incipi. prout patet, col.5.verſi. ad illud autem, iterum etiam Caſtr. in l. ad reſcindendam, cir.med. verſi. & poſito.C. eo.titu. de reſcin. vendi. glo. in cap. ad aures, in glo.fin. & ibi Docto. extra de reb.eccle. non alie. & alia etiam glo. in cap. cùm dilecti, in glo.2. & ibi etiam Docto. de empti. & vendi. & Docto. in cap. cùm cauſa, eod.titu. Iaſ. in conſ.54. circa dubium, col.antep. verſi. ſecundò & fortiùs, lib.pri.

GLOSSA SEXTA IN VER.

VEL AEQVIVALENTIBVS.

1 QVID ſi res inæſtimabilis eſſet: & videtur huic non eſſe ſtatuto locum, per nota. per Bar. in l.4.§.prætor ait, in fi.D. de dam.infec. vbi ſtatutum, inquit, diſponens de quolibet contractu de quo inſtrumentum extet, ſolui gabellam oportere ad rationem denariorum

nariorum ſex pro libra, non procedere in contractibus ſuper re inæſtimabili, vel qui intereſſe aliquod æſtimabile non contineant factis: & licèt ibi contra eum reclamet Roma. eum tamen ſequuntur Ang. qui illum.§. legit cum.§.toties,cir.prin.verſi.ideo dixit Bar.Imo.col.2.verſi. & ſic facit quod ſi ſtatutum,Alex.col.pen.verſi. item no.ex eo qui reſpondet ad allegata per Roma. dicitque Bar. ſequi etiam Caſtr. ibi,qui tamen id meo in libro non tangit,niſi dicendum putes eum tacite ſequi, ex quo expreſsè nō improbat, ſecundùm ea quæ dicemus infra in glo. 11. in ver. agnati, num. 25. incip. aliter etiam: quod & repetijt idem Bar. in l. ita autem, in prin. D. de admi. tuto. & ſequi videtur etiam Roma. ipſe ſibi contrarius in conſ. 434. incip. punctus, in quo quæritur, poſt prin. vbi tamen in pri.dub. neſcioquid diuerſum conſulit,& clariùs ſequitur quoque Caſtr. in l. in his,in verſ.& per hoc.D. de leg. & Barba. in Clem.fin. col.16.verſi. nec eſt credendum, nu. 45.in fi. & 46. de reſcrip. vbi ponit exemplum quando agitur de re litigioſa, vel iure ſepulchri.

2 ¶ Sed nos,quantùm ad primum exemplum,huic vix opinioni accederemus,per ea quæ diximus ſupra in glo.pri. quæſtio. viij. quò autem ad alios caſus hanc ita demum opinionem ſequimur, modò tamen res ipſa inæſtimabilis aliquo non poſſit modo mulieri damnum ſummam hic taxatam excedens afferre: quod eſt de mente Alex.in conſ.57.perſpectis,col.2.verſ. & ſi quis etiam, lib. 2. vbi hoc dicit in ſtatuto prohibente maritum vxori vltra certam quantitatem relinquere, ſentiens Alex. non poſſe etiam teſtatorem hæredi prohibere ne alienet, aut locet ſine licentia vxoris, ſi huiuſmodi licentia commodum contra formam ſtatuti ipſi poſſit vxori aliquo modo afferre,volens tamen Alex.hoc eſſe ab ipſo hęrede id allegante probandum: quæ opinio potiſſimùm videtur hoc in ſtatuto procedere, quod generaliter prohibet mulierem ſe obligare ex contractu, vel quaſi, vel diſtractu,principaliter, vel in conſequentiam,à libris decem imper. ſupra,vel æquiualentibus,a dicta quantitate ſupra.

GLOSSA SEPTIMA IN VER. CONSENSVS.

1 PRIMO QVAERO, an tacitus quoq; conſenſus ſufficiat: quā quæſtionem latè tractauit Andre. Tiraq. in trac. de legi. connu. in glo.7. in ver. exprez, in prin. vſque ad num. 49. vbi concludit non ſufficere quando requiritur pro ſolennitate, & ad integrandam alicuius perſonam,poſt Docto. præſertim Aret. in l.2.§. voluntatem.D. ſolu. matri. cum alijs concor. per ipſum Tiraq. adductis,vbi dum num.14.& 15. inquit tunc demum hoc verum eſſe in ſtatuto de quo loquitur,tacitum ſufficere conſenſum,ſi concedimus pro ſolennitate requiri,de quo dicit ſe dixiſſe in glo.6. in ver. conſentement, num.37. vſque in finem,vbi contrarium concludit, conſenſum ſcilicet uiri in contractu vxoris à ſtatuto requiſitum ob illius præiudicium non ad integrandam mulieris perſonam deſiderari: ex quibus ſatis colligere potes lector Tiraq. velle maritum poſſe tacitum quoque conſenſum præſtare: quo tamen in articulo nos contraria in ſententia ſumus, quam veriſſimam arbitramur, quoniamquicquid ſit in conſuetudine requirente conſenſum viri in contractu vxoris,de qua Tiraq.

loqui-

loquitur, certum eſt hoc noſtrum ſtatutum hunc conſenſum ob mulieris imbecillitatem & ſic pro ſolennitate exigere, non ob uiri aut agnatorũ præiudicium, vt diximus ſupra in præfatio. in pri. dub. itaque concluſio ſit, conſenſum hunc tacitum non ſufficere, tametſi etiam quando conſenſus pro ſolennitate requiritur, contrariam poſſe opinionem defendi, dicat Rip. in d. §. voluntatem, in ſecun. nota. qui tamen tandem priorem ſequitur opinionem: & quam præter allegata per Tiraq. tenet etiam Io. de Arno. in commen. 60. incip. cùm in Regno: quam & nos ſequimur.

2 ℭ Hanc autem communem ſententiam multis limitat & declarat modis Tiraq. vbi ſupra num. 16. vſque ad num. 49. vbi dum declarat, quid ſi expreſſum quis conſenſum præſtare nequeat, quia fortè mutus, & allegat Ang. in l. ſi pater naturalis, cir. fin. verſi. quæro hic. D. de adoptio. volentem tutorem mutum tacitam poſſe authoritatem præſtare: ipſe autẽ Tiraq. hoc inquit de directo videri contra tex. in l. pri. §. mutus. D. de tute. vbi dicitur mutum tutorem dari non poſſe, quoniam authoritatem prẽſtare nequit: cui & tu adde quæ nos dicemus infra in glo. 8. in ver. mariti, quæſtio. xv. ſed dici poteſt Ang. id intellexiſſe vbi contingat mutum fuiſſe à iudice decretum: fuerunt enim qui opinati ſunt, ſi tutor aliquis detur, qui dari non poſſit, dationem valere, quorum an rectum ſit iudicium, nos quoque diſſeruimus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xij.

3 ℭ SED HIC SECVNDO, pro declaratione præcedentis quæſtionis quæro, an ſaltem in actibus tacitis, qui ſcilicet tacitè celebrantur, vt in coeunda ſocietate, tacitus ſufficiat conſenſus, non obſtante quòd pro ſolennitate & ad integrandam perſonam requiratur: & ſufficere videtur, ita enim in pupillo, vt ſocietatem cum tacita tutoris authoritate contrahere poſſit, puta ſi damna & lucra tutor pupilli nominè communicet, voluit Bal. in l. ſi patruus, col. fin. nu. 15. C. com. vtri. iud. cum alijs concor. per Tiraq. adductis in d. trac. de legi. connu. glo. 7. num. 20. & 21. vbi tamen Tiraq. ipſe num. 22. cogitandum relinquit, ob authoritatem Aret. contrarium tenentis in l. gerit, col. fin. D. de acqui. hære. vbi Aret. reſpondet ad tex. quo contraria innititur ſententia, ad tex. inquam in l. fiſtulas. §. fundum. D. de contra. empti. quòd loquatur quando tractatur de executione contractus antea cum patre pupilli celebrati, quam tutor executionem facere poteſt ad ſuum etiam ſuiipſius commodum, quem etiam tex. plures alij Docto. ita intellexere, quorum magnam partem refert And. ipſe Tiraq. in eo trac. de legi. connu. gloſ. 5. num. 168. incip. ſed & ad hoc, & præterea Saly. in l. cùm ipſe, cir. fin. C. de contra. empti. ſed et vltra Areti. eandem etiam opinionem, in ſocietate per pupillum contrahenda, requiri expreſſum tutoris conſenſum, voluit Rom. in conſ. 413. quò ad primum, in 6. dub. ſub nu. 12.

4 ℭ Veruntamen priorem nos opinionem ſequimur, quæ etiam communior videtur, cùm præſertim hi quos citat Tiraq. d. num. 168. loquantur quo ad hoc vt tutor ſibiipſi authorari poſſit, vt ſcilicet tunc demum poſſit, cùm de nuda agitur executione, per tex. in §. fundum, qui ita loquitur: de quo & nos dicemus infra in glo. 10. in ver. cum ipſo marito, quæſtio. ix. quam noſtram ſententiam, in ſocietate per pupillum contrahenda tacitum tutoris conſenſum ſufficere, tenuerunt vltra per Tiraq. allegata, Bal. in l. ſi fratres, cir. med. verſi. & eſt ſimile. D. pro ſoci. & in addi. ad trac. Bar. de

duo.fra. num.17. in fi. & 18. Saly. in l. mandatum, num.5.C.manda. Abb. in conſ.87. quidam fecerunt,infi.lib.2. Alex. in conſ.132. perlectis,col.pri. verſi. pro hoc benè,lib.5. Soci. in conſ.160. in præſenti,col.5.verſi. reſpondetur,lib.2. Deci in conſ.213. viſis his,col.pen. verſi. venio ad ſecundum, in conſ.548. viſa conſultatione,poſt prin. Io.Lup. in rep.rub. de dona. inter vir. & vxo.§.68. in verſi. ad idem facit not. dictum.

5 ℂ Ex quibus alia quoque ſimilis quæſtio decidi videtur, ſi mulier contractum aliquem tanquã alterius hęres celebret,cui contractui vir aut agnatus conſentiant,an ex hoc etiam conſentire videantur vt mulier adeat hæreditatem: qua in quæſtione videbis Corn. in conſ.165.circa primum,col. 8.verſi. tamen reſpondetur, vſque in fin. conſilij, lib.2. & Soci. in conſ.92. in cauſa domini Antonij, col.9. verſi. primò quòd dicta mulier,cum 2.col. ſeq. vſque ad 3. difficul.lib.3. diuerſa inuicem conſulentes, pluribus ſubtilibusque argumentis hincinde adductis, ita vt nobis verendum ſit, quam in ſententiam tranſeamus, vti veritus eſt & Io. Mar. Rimi. qui indeciſam ſic quæſtionem reliquit in rub.C. qui admit. col.6. verſi. & ex iſtis, & col. ſeq.

6 ℂ Si nobis tamen noſtrum licet iudicium interponere, in negatiuam partem,quam Soci. tuetur,magis inclinamus,per ea quæ dicemus infra hac eadem gloſ. quæſtio. xxxij. quibus non ſatis videtur Corn. reſpondiſſe: intelligendo tamen, niſi vir aut agnatus ſciant mulierem antea hæreditatem non adiuiſſe, & ita concordari poſſe opiniones videntur. Nec refragatur quòd pręſens intelligere videatur,vt dicemus infra hac eadem glo.quęſtio. xxxiij. præſertim cum agatur de coniuncto,qui ſcire præſumitur facta coniuncti.l. octaui.D.un.cogna.l. de tutela.C. de in inte. reſti. quo argumento vtitur Corn. in d.conſ.165. col.pen.verſi. nec refragatur,quia verum eſt virum aut agnatum videri intelligere quod mulier agit, dum ei conſentit, videri ſcilicet intelligere naturã contractus,ſuper quo conſentit: ſed non etiã ex hoc intelligere præſumitur quòd antea mulier hæreditatem non adiuerit,quia cum illum contractum mulier faciat tanquam hæres, meritò poteſt conſentiens credere,eam priùs adiuiſſe hæreditatem: & regula d.l. octaui, cum ſimili. locum non habet quò ad contractus, vt dicemus infra hac eadem gloſ.quæſtio.xxvij. Nec huic ſimilis videtur præcedens quæſtio,quia vltra quòd ibi conſentiens ipſe actum facit, ſcit præterea, aut ſcire debet, per eum actum, qui geritur, & cui conſentit, ſocietatem induci: hîc autem neſcit, ex quo tanquam hæres mulier contrahit.

7 ℂ TERTIO principaliter quæro,quid ſi ſtatutum præſentiam ſimul & conſenſum requirat,vt noſtrum Comenſe ſtatutum facit, an & tunc ſatis ſit præſentem tacitum conſenſum accommodare, quæ quæſtio difficultatem habere videtur, quia verbum conſenſus, cum pro ſolennitate exigitur, vt iam diximus, importat vt tacitè præſtari non poſſit: at verbum præſentia importat vt expreſſo conſenſu opus ſit, vt per Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. in glo.7. in 4.limita. num.32. & ſeq. veruntamen concludendum eſt, hîc quoque & fortiùs tacitum non ſufficere conſenſum, vt expreſſim voluit Rui. in conſ.159. ſuper eo de quo quæritur,col.2.verſi. & iſtud etiã clariùs, lib.5. vbi loquitur in ſtatuto requirente conſenſum & præſentiam copulatiuę duorum propinquorum in contractibus mulierum.

8

8 ¶ QVARTO quæro, an conſenſus iſte poſſit per procuratorem, nuntium, vel epiſtolam præſtari: quam quæſtionem latè tetigit Andre. Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 6. num. 20. cum mult. ſeq. ſed nos eam latiùs & clariùs pertractantes, quinque caſus conſtituemus, qui ad hoc ſtatutum & ad noſtrum Comenſe priuatim pertinent. Et primus ſit ſi ſtatutum requirat non ſolùm conſenſum ſed & præſentiam viri aut agnati, vt noſtrum Comenſe ſtatutum facit: aut etiam ſi duntaxat præſentiam exigat, & tunc dicendũ eſt, id expediri nõ poſſe per nuntiũ, procuratorem, vel epiſtolam, vt poſt alios quos citat voluit Tiraq. in d. tract. de legi. connu. glo. 6. num. 31. incip. præterea, vbi num. 32. reprobat Areti. opinionem exiſtimantis id tantùm procedere, vbi fit mentio perſonæ, puta ſi ſtatutum dicat quòd mulier contrahere non poſſit ſine præſentia perſonæ viri aut agnati: ſecus ſi præſentiam mariti vel agnati ſimpliciter requirat: quam & nos Tiraq. ſententiam contra Areti. veriorem arbitramur: & vltra per ipſum Tiraq. allegata, vbi præſentia requiritur, non poſſe per alium ſuppleri, addo uoluiſſe etiam Bal. in conſ. 201. in prouincia. col. 2. verſi. præterea conſiderandum, lib. pri. vbi loquitur in ſtatuto prohibente minorem contrahere ſine præſentia & voluntate duorum eius conſanguineorum, Barba. in cap. cùm parati, col. pri. & ibi Philip. Fran. col. etiam pri. verſi. vltimò no. de appella. Soci. in conſ. 48. in præſenti, col. fin. verſi. & primò aſpectu, vbi alios citat concor. lib. pri. Fely. in cap. cauſam matrimonii, col. 4. verſi. ſecundò allegant, de offi. delega. Io. de Arno. in ſingu. 16. incip. etiam præcedentibus, Cur. iun. in l. fin. col. 3. verſi. & bene facit quod voluit. C. de procura. & ita ſcimus conſuluiſſe etiam doctiſſimum virum D. Apollonium Lambertengum patruum noſtrum.

9 ¶ QVINTO quæro, & hic ſecundus eſt caſus, quid quando quis iuſtum habet impedimentum: quo caſu Ang. in l. Pomponius, in prin. verſi. vltimò nota. D. de procura. inquit procuratorem admitti, etiam vbi perſonalis præſentia requiritur, cuius concordan. citat Tiraq. vbi ſupra d. gloſ. 6. num. 34. quid autem ſi quis relegatus eſſet vel bannitus, dicemus infra in glo. ſequen. in ver. mariti, quæſtio. x.

10 ¶ Sed illud omnino prætereundum non eſt, quòd licèt ex hoc ſatis dici poſſet abſentem maritum poſſe procuratorem conſtituere ad præſtandum mulieri contrahenti conſenſum, iſtud tamen hoc in ſtatuto non procederet, cùm loco viri abſentis, agnati conſenſum requirat, vt infra dicitur, vti etiam diſponit noſtrum Comenſe & etiam Cremonenſe ſtatutum, quod loco affinium in iuriſdictione non exiſtentium, duorum vicinorum parochiæ conſenſum exigit, ideo concluſio, quam ſupra firmauimus, procedere poteſt in impedimento infirmitatis, vt dicemus infra in glo. ſequen. quæſtio. xx.

11 ¶ SEXTO quærò, & hic tertius tangitur caſus, quid in quaſi contractibus, vt in hæreditatis aditione: & certè glo. in l. ſi per epiſtolam, in glo. uni. in pri. ſolutio. D. de acqui. hæredi. ſentit tunc authoritatem non eſſe ipſo in actu interponendam, ideoque & per epiſtolam præſtari poſſe.

12 ¶ Verùm eam glo. reprobat Andre. Tiraq. in d. tracta. de legi. connu. in glo. 6. num. 30. incip. ſecundò limita, poſt Areti. in d. l. ſi per epiſtolam:

cui & tu addes illam glo. ibi hanc conſtanter opinionem non firmare, dum ſtatim ſubdit, vel ibi authoratur pupillo, hic iubet ſeruo: & ſic vult dicere glo. aliud quando tractatur de authoritate interponenda, quia inſtitutus ſit ipſe pupillus, cui neceſſe habet tutor authorari: aliud quando inſtitutus eſt pupilli ſeruus, vti erat in caſu illius legis, tunc enim, quia requiritur iuſſus in aditione per ſeruum facienda, non autem authoritas, vt l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. D. eod. de acqui. hæredi. ſufficit ſi per epiſtolam præſtetur: quam ſecun. ſolutio. ſequuntur Bar. ibi in d. l. ſi per epiſtolam, & Rom. cir. prin. Caſtr. & Imo. vterque in pri. ver. Bal. in l. is cui hæres. §. fin. D. eod. titu. de acqui. hære. Alex. in l. bonorum, col. pri. verſi. adde alium, & ibi Io. Mari. Rimi. num. pri. Iaco. à San Geor. num. 5. C. qui admit. & ratio differentiæ, an inſtitututus ſit pupillus, an eius ſeruus, eſt ſecundùm Rimi. vbi ſupra, quia quando inſtitutus eſt ſeruus, eius tantùm factum attenditur, per tex. in l. inde Neratius, in prin. D. ad l. Acqui. & de hoc etiam, quòd aliud ſit in iuſſu eius, qui in noſtra eſt poteſtate, & aliud in tutoris authoritate, vt ille ſcilicet per nuntium aut epiſtolam præſtari poſſit, hæc non poſſit, eſt tex. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. D. de acqui. hæredi.

13 ¶ SEPTIMO, quæro, & hic quartus ſequitur caſus, quid quando quis mittit nuntium vel procuratorem ad conſentiendum cùm actus celebrabitur, vel ad præſentandam epiſtolam tempore celebrationis actus: & videtur id permiſſum eſſe, quia ceſſat ratio, quòd authoritas ipſo ſit in actu interponenda, & ita dubitatiuè tamen per dictionem fortè loquentes voluerunt Areti. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, ante fin. verſi. nec poteſt aſſignari. D. de acqui. hære. & Andre. Tiraq. in d. glo. 6. num. 24. incip. ratio autem, in fi.

14 ¶ OCTAVO quæro, & hic quintus & vltimus eſt caſus, quid quando ſtatutum requirit tantummodo conſenſum, & nuntius aut procurator conſtituitur ſimpliciter ad conſenſum præſtandum: & tunc vera eſt concluſio, quòd ſi authoritas vel conſenſus requiritur ad integrandam minoris vel mulieris perſonam, non ſufficere ſi per nuntium vel epiſtolam præſtetur, aliàs ſecus, ſecundùm Docto. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. D. de acqui. hæredi. cum infi. concor. per And. Tiraq. congeſtis in trac. de legi. connu. in glo. 6. num. 21. incip. verùm, vſque ad num. 29. ſed hoc ſtatutum hunc viri & agnati conſenſum ad ſupplendam mulieris perſonam introduxit, vt aſſeruimus ſupra in præfatio. in pri. dub. igitur conſequens eſt, vt per nuntium aut epiſtolam interponi non poſſit, & ita in conſenſu conſanguineorum in contractibus mulierum requiſito voluerunt Alex. & Iaſ. in locis per Tiraq. vbi ſupra num. 26. incip. cuius ratio eſt, commemoratis: & vltra per Tiraq. adducta, authoritatem per nuntium vel epiſtolam præſtari non poſſe, ſecus tamen in conſenſu, voluit etiam Bar. in l. fin. §. neceſſitate, cir. fin. verſi. quæro quando pater. C. de bon. quæ lib. de quo ad aliud propoſitum meminit Tiraq. vbi ſupra num. 28. qui dum inquit illam Bar. deciſionem dubiam reddi, quatenus vult patris conſenſum in iudicio per filium familias agitando requiſitum poſſe per nuntium vel epiſtolam accomodari, cùm & hic conſenſus, ſecundùm ipſum Tiraq. ad integrandam filijfamilias perſonam requiri videatur, ſecundùm glo. in d. §. neceſſitate, de quo tamen ſe remittit ad Docto. ibi, adde tu communem immò eſſe opinionem ob patris potiùs præiudicium, quàm ad ſupplendam filij perſonam, deſide-

rari, ideoque in aduentitijs, in quibus patri non quæritur vſus fructus, non eſſe neceſſarium, vt per Areti. in conſ. 72. proponitur, col. pen. verſi. ad ſeptimum, ſi ſolerter inſpiciatur, dum hanc opinionem tenet, & communem eſſe affirmat, non requiri patris conſenſum in iudicio per filiumfamilias moto in caſibus, in quibus pater in bonis filij vſumfructũ non habet, licèt conſulat ad euitandam contrariam opinionem, ſecundùm quam ad integrandam filij perſonam requireretur, ipſum patrem ad conſentiendum interpellari, Alex. in conſ. 20. viſo proceſſu, col. fin. verſi. nec obſtat prædictis, lib. 2. in l. pri. §. fuit quæſitum, col. antep. verſi. ſed puto, & col. ſeq. D. ad S. C. Trebel. qui etiam vtrobique communem hanc eſſe opinionem aſſerit, de quo etiam per Soci. ibi in d. §. fuit quæſitum, col. antep. & pen. & vide etiam omnino quæ diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, num. 26. incip. nos autem, cir. fin.

15 ℭ Aduertendum tamen eſt quantùm ad conſenſum per procuratorem præſtandum, rem noſtro quidem iudicio dubitationem non habere: ſed quantùm ad nuntium, hoc non omnino in rem tranſit iudicatam, quia ſunt qui contrarium tenent, conſenſum ſcilicet etiam ad integrandam alicuius perſonam requiſitum, per nuntium præſtari poſſe, ita enim in ſtatuto conſenſum conſanguineorum in contractibus mulierum requirente, hanc differentiam inter nuntium & procuratorem, vt ſcilicet conſenſus iſte per illũ præſtari poſſit, per hunc non poſſit, conſtituit Iaſ. in l. fin. in fi. vbi plures citat concor. C. de procura. quamuis Tiraq. vbi ſupra num. 26. eum tam in nuntio quàm in procuratore in negatiuam partem citauerit: & idem quod Iaſ. voluit Io. de Arno. in ſingu. 16. incipi. etiã præcedentibus, vbi inquit conſenſum propinquorum in contractibus mulierum requiſitum, poſſe per nuntium quoque & epiſtolam præſtari, quod & de nuntio voluit Crauet. in diſputa. incipi. diuino ſubſidio ex corde poſtulato, poſita poſt trac. de ante temp. num. 54. iunctis præcedentibus, vbi allegat recentio. in l. pri. §. item acquirimus. D. de acqui. poſſeſ. ſecundùm quam opinionem in caſu noua. conſtitu. ſtatus Mediolani, titu. de tute. cap. & quia plerunque, permittentium creditorem poſſe contra pupillum tutore carentem agere citatis tantùm duobus proximioribus agnatis, vt ſcilicet, licèt huiuſmodi agnati non poſſint ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere, exemplo tutorum & curatorum. l. neque vbi glo. & Docto. C. de procu. poſſint tamen nuntium, iudicari vidimus in noſtra Comenſi ciuitate per Mag. D. Petrum Franciſcum Odeſcalcum non mediocris eruditionis adoleſcentem, & nobis vti fratrem honorandum.

16 ℭ Verùm priorem nos tamen opinionem ſequimur, vt ſcilicet hic conſenſus nec per nuntium quidem præſtari queat, quando de hoc authoritatem, cuius vim conſenſus iſte obtinet, vt ſæpe diximus, per nuntium præſtari non poſſe, eſt tex. expreſſus in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. D. de acqui. hære. & in d. §. tutor, inſti. de aut. tuto. vbi probatur non poſſe etiam per epiſtolam interponi, quod vltimum probatur & in l. obligari. §. tutor. D. de aut. tuto. & ita omnino tenendum tanquam veriſſimum arbitramur, cùm præſertim authoritates per Iaſo. adductæ aliter loquantur, quàm ipſe eas referat, quoniam affirmant quidem conſenſum, in caſu de quo loquuntur, poſſe per nuntium præſtari, ſed tamen non conſtituunt differentiam inter nuntium & procuratorem, immò idem in vtroque ſentiunt, quod & ex

eo colligitur, quòd admittunt poſſe quoque per epiſtolam accomodari: ſed tamen animaduertendum eſt eos loqui in conſenſu patris requiſito in iudicio per filiumfamilias agitato, vti eos etiam refert Tiraq. in d. glo.6. num.28.incip. ex quibus, qui patris conſenſus non requiritur ad integrandam filijfamilias perſonam, ſed ob ipſius patris præiudicium,vt iam diximus in prin. huius quæſtionis: & recentio. in l.pri.§. item acquirimus.D. de acqui. poſſeſ. quos citat Crauet. non loquuntur in nuntio à ſolis conſanguineis conſtituto, ſed à muliere cum interuentu ipſorum conſanguineorum, volentes vt ſi ad certũ ſpecialem actũ fuerit conſtitutus,tunc cùm poſtea procurator ipſe contrahit,neceſſarius ampliùs nõ ſit dictorum conſanguineorum conſenſus, de quo & nos dicemus infra in glo.20. in ver. conſtituere procuratorem, quæſtio. ij. & ita in caſu noua. etiam conſtitu. de tute.cap.& quia plerunque,re maturiùs digeſta ſentiendum arbitramur, cùm & ibi agnatorum conſenſus ad integrandam minoris perſonam,& loco ſcilicet authoritatis tutoris requiratur, quanuis aliàs & nos interrogati à dicto D. Odeſcalcho, quid de ea re ſentiremus, in eandem ſuiipſius ſententiam iuiſſemus,unà cum Mag.quoque D.Aloyſio Turriano viro vtique doctiſſimo, Iaſo. & ſequacium authoritate decepti.

17 ¶ Quis autem dicatur nuntius,videbis glo. in l. multum intereſt, in ver. comparaſti, & ibi latè Bal. col.3. verſi. modò quærendo, & col.ſeq. Saly. col.3.verſi. ſed dubitari, & Caſtr. inſi.C. ſi quis alte. vel ſibi, Bar. in l. qui autem.§.fin.D. de conſti. pecu. in l. ſi pupilli.§. item ſi procurator, col.pri. verſi. aduertendum tamen.D. de neg. geſ. iterum Bal. in l. ei qui, col. fin. verſi. quæro quid in nuntio, & ibi Saly. col.pen.verſi. de mutuo.C. quod cum eo,Io. Crot. in rep.l. ſi is qui pro emptore,num.154.D. de vſuca. vbi cumulat differentias inter nuntium & procuratorem.

18 ¶ NONO, præſuppoſito quòd aliquo caſu conſenſus iſte per procuratorem aut nuntium præſtari poſſit,quæro,quid ſi conſtitutus fuerit ad præſtandum mulieri vendenti conſenſum, ipſe autem eidem donanti præſtet, an validus ſit contractus, quod colliges ex tex.in l. ſicut.§. ſed ſi permiſerit.D. qui.mod.pig. vel Hypo. ſolui. vbi etiam habes quid è contra, ſi permittatur alicui donare an poterit vendere,per quem tex. in terminis noſtri ſtatuti Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. in glo. in ver. & autoritè, in fi. ſi maritus, inquit, vxori conſentiat, vt vendat, aut emat,quæ poſtea permutet, valere tamen permutationem, ſubijciens Chaſſa. generaliter ex illo tex. probari, conceſſo vno alienationis modo, alium quoque ſimilem vel meliorem conceſſum videri.

19 ¶ Veruntamen noſtro in caſu nos contrarium verius eſſe arbitramur, quoniam fines mandati ſunt diligenter obſeruandi.l. diligenter.D. manda. cap. cùm dilecta, & ibi Docto. de reſcrip. quod potiſſimum procedit in nuntio,qui eſt organum domini, & qui illius verba formaliter refert,vt tradunt Docto. in locis ſupra num. ab hinc 2. allegatis: & ita in vaſallo, cui dominus donare permiſit, voluit Afflic. in cap. pri. in 12. nota. de prohi. feu. alie. per Fride.

20 ¶ Ex quibus ſatis conſtare arbitramur non obſtare quæ in contrarium adduximus: quanquam etiam ſpecialiter reſpondemus ad d.§. ſed ſi permiſe-

miſerit, id ſimpliciter non probare, conceſſa venditione, conceſſam videri donationem, quia immò contrarium ibi diſponitur, quando creditor ideo rem venire iuſſit, vt accepto pretio ſibi ſatisfieret: præterea ille idem tex. loquitur in creditore, & ſic in conſenſu requiſito ob præiudicium conſentire debentis, ſed ſecus arbitramur in authoritate vel conſenſu, qui per modum authoritatis ad integrandam prohibiti contrahere perſonam exigitur, vti eſt in caſu noſtro, iuxta ea quæ diximus in præfatio. in pri. dub. & alibi ſæpe: & moueor per tex. in l. ſi pupillorum.§. ſi prætor.D. de reb. eo. vbi id ſtatuitur in authoritate & decreto iudicis, quod in alienatione rei immobilis minoris xxv. annis requiritur, vt ſcilicet ad vnguem ſit obſeruandum, adeò vt ſi prætor permiſerit tutori fundum alienare, non poſſit ſuper eo hypotecam conſtituere, per quem tex. ſic quòd ad vnguem obſeruandum ſit iudicis decretum, tradit Bar. in d.§. ſed ſi permiſerit, vbi idem etiam dicit in authoritate Epiſcopi, eccleſiæ pro alienandis bonis immobilibus conceſſa, vt ad permutationem extendi non poſſit, vbi tamen declarat quomodo intelligatur, dicitque ſemel id ex facto accidiſſe: & ita intelligendum arbitramur eundem etiam Bar. in l. alio, col.3. in fi.verſi. ſequitur in verbis, & col.ſeq.D. de alimen. & ciba. lega. vbi dicit permiſſionem vendendi à Prætore vel Iudice conceſſam ſtrictè intelligendam per dictum.§. ſi Prætor: ſecus ſi a priuato conceſſa ſit, per d.l. ſicut.§. venditionis.D. qui. mod. pig. vel hypo. ſol. quoniam hoc vltimum intelligendum opinamur quando tractatur de conſenſu requiſito ob alterius præiudicium, non autem ad integrandam prohibiti perſonam: ad quod etiam facit, quia hoc poſteriori caſu, cùm conſenſus ad ſupplendam minoris uel mulieris perſonam requiritur, non generaliter ſed ſpecialiter ad certum actum præſtandus eſt, vt dicemus infra hac eadem gloſ. quæſtio.xxi. debetque in ipſo actu non etiam ante aut poſt ex interuallo accõmodari, vti etiam aſſeremus infra hac etiam gloſ. quæſtio.xij. ſicque concluditur Chaſſa. dictum verum non videri, niſi illud ſuſtinendum putes ex eo quòd conſuetudo, de qua ipſe loquitur, viri conſenſum in contractu vxoris requirens, ad ipſius viri intereſſe, non ad mulieris fragilitatem reſpexiſſe videatur, vt concludit Andre.Tiraq. in d. trac. de legi. connu. in glo.6. num.36. vſque in fin. de quo et nos meminimus ſupra in præfatio. in pri.dub. & vide etiam quę diximus ſupra in glo.pri. quæſtio.xvij. vbi diſſeruimus an prohibita venditione prohibita quoque cenſeatur permutatio. Quid autem de donatione, an & ea ſub venditionis prohibitione comprehendatur, idipſum cernes apud Bart. & alios poſt gloſ. ibi in l.2.C. de vſuca. pro empto. et de vtroque apud Bart. & alios in l. filiusfamilias .§. diui, in viij. quæſtio. cum concor. ibi per recentio. adductis, de leg.pri.

21 ℭ DECIMO quæro, quid ſi conſtituatur quidem procurator aut nuntius ad conſentiendum mulieri vendenti, ſed adijciatur Titio: ipſe autem procurator vel nuntius conſenſum præſtet mulieri Sempronio vendenti: quo etiam caſu concludendum eſt inutilem eſſe venditionem, rationibus in præceden. quęſtio. adductis: quod & in conſenſu vaſallo à domino prȩſtito annotauit Afflic. in d.cap. pri.in 12. nota. col.pri. poſt prin. verſi. ſed iuxta hoc, vbi concor. allegat, & communem hanc dicit opinionem, de prohi. feu. alie. per Fride.

22 ℭ VNDECIMO quæro, conſtitutus eſt procurator vel nuntius, vt

mulieri

mulieri in cuiuſdam rei venditione decem aureis facienda conſentiat, is autem eidem mulieri conſentit eandem rem quinque tantùm aureis diſtra henti, an & hic nullus ſit contractus: quod magis videtur rationibus quas in nona quæſtio. adduximus: & probat optimè tex.in d.l.ſicut.§. ſed ſi permiſerit, verſi. quod ſi conſenſerit, vbi Ang.D. qui.mod.pig. vel hypo. ſol. vbi etiam in fi. habes ſi res pluris venierit, quàm conceſſum ſit, venditionem tamen valere: & in conſenſu domini præſtito vaſallo, notat Afflic. quo loco eum in præceden. quæſtio. citauimus num.12.

23 ℂ DVODECIMO quæro, an hic conſenſus poſſit ex interuallo quoque præſtari, & ſic an ratificatio ſufficiat: & cùm requiratur per modum authoritatis, & ſic ad integrandam mulieris perſonam, vt ſæpe diximus, dicendum eſt non ſufficere: & ita nuncupatim in ſtatuto conſenſum propinquorum in contractibus mulierum requirente voluit Bal. in l. pri. col.antepen. verſi. extra quæritur,ſtatuto cauetur.C. qui admit. cũ concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi. connu. in glo.6. num. 8. incip. ex quo plerique, & vltra per eum allegata ſenſit & glo. in l.fin.§. neceſſitate, in glo. mag. poſt med.verſi. item an lite conteſtata, iunctis præcedentibus, ibi & eſt ratio.C. de bon. quæ lib. dum inquit patris conſenſum ad integrandã filijfamilias perſonam requiri, & ideò poſt litis conteſtationem præſtari non poſſe, & ibi quantùm ad caſum noſtrum Bart. col.antep. verſi.quæro quid ſi ab initio, dum inquit gloſ. dictũ verum eſſe, ſi tenemus patris conſenſum in iudicio per filiumfamilias agitato ad ſupplendam ipſius filijfamilias perſonam deſiderari, de quo & nos diximus ſupra in 8. quæſtio.hu ius gloſ.Rapha.Cuma.in conſ.178. theſaurarius, cir.fin. dum, inquit, ratificationem ſufficere quando mandatum non pro forma ſed propter ipſius mandantis præiudicium exigitur, Imo. in l. tam is .§. pri.D. de donatio. dum inquit, quando actus eſt nullus fauore illius qui ex poſt facto conſentit, tunc valere conſenſum poſtea adhibitum, aliàs ſecus,vt eſt in conſenſu patris requiſito in iudicio filijfamilias,qui nõ validat iudiciũ,ſi eo inchoato ſuperuenit,cùm deficiat ex rigore iuris, tanquã cũ perſona minus legitima agitatum, ſecundùm glo. in d.§. neceſſitate: de quo tamen tu vide quæ diximus in d.viij.quæſtio. iterum idem Imo. in l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum, in fin. ver.D. de acqui.hære. dum dicit authoritatem poſt actum præſtari non poſſe: & ſpecialiùs in ſtatuto conſenſum conſanguineorum in contractibus mulierum requirente, vt ex interuallo præſtari nequeat, voluerunt etiam Fely. in c. cùm dilecta, col. 14. verſi. amplia ſexto. de reſcrip. Iaſ. in d.§. iuſſum, col.pen.verſi. ſecundò limita, Cur.iun. in aut. ſacramenta,num.33.& ſeq.C. ſi adner. vendi. Io. de Arno. in ſingu. 32. ſæpenumero, Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§. pri. in glo. in ver. & autoritè, in prin. Rolan. à Val. in conſ.97. prima facie,in prin.lib.pri.

24 ℂ Et licèt reclament Nico. Boer. in conſue. Bituri. titu. pri.§.4. in glo. pri. col.6.verſi. & no. quòd ſufficit, & Arnol. Ferro. in conſue. Burdi.titu. de ſta. & iu. perſo.§.3.col.4.verſi. & ſi maritus, nos tamen priorem opinionem vti veriorem & communiorem ſequimur, ſaltem in hoc ſtatuto, quod, vt in præfatio. in pri.dub. diximus, ad integrandam mulieris perſonam huiuſmodi conſenſum requirit.

25 ℂ DECIMOTERTIO quæro, quid ſi ſtatutum præſentiam requirat,

rat, aut vtrunque, præſentiam ſcilicet ſimul & conſenſum, vt noſtrum Comenſe & Cremonenſe ſtatutum facit,& certè fortiùs tunc dicendum erit non poſſe ex interuallo præſtari ob naturam illius verbi præſentiam, quæ eſt vt in ipſo actu interponatur, vt diximus ſupra quæſtio. iiij. huius gloſ. vbi ex hoc aſſeruimus nõ poſſe per nuntium, procuratorem, vel epiſtolam accõmodari, & expreſſim in caſu iſto ratificationem non ſufficere, voluit ipſe quoque Bal. in d.l.pri. cir.fin.C.qui. admit. cuius authoritatæ fræctum ſcimus ita quoque aliquando conſuluiſſe D. Apollonium Lambertengum patruum noſtrum virum in forenſibus negotijs uerſatiſſimum, quod & prætereà tradidit Tiraq. in d.trac. de legi.connu.glo.6.num.31. incip. præſentia, vbi alios citat concor. & vltra eum Alex. in l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum,ante fin. ſub num.15.D. de acqui. hære. Philip. Peruſi. in cap. cùm parati, col.2. cir.med. de appella. Fely. in cap. cauſam matrimonij, col.5. verſi. ad illud quòd ratificatio, de offi. dele.

26 ℂ DECIMOQVARTO quæro, quid ſi incontinenti poſt actum ſequatur, an ſufficiat: quod videtur per ea quæ latè tradit Andre.Tiraq. in trac.retrac. titu.2.§.pri. glo.5. per totam, & in propoſito noſtro in authoritate, cui ſimilis eſt hic conſenſus, cùm & is ad integrandam mulieris perſonam requiratur,vt ſæpe diximus,annotauit glo. in l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum, in ver. perfecto negotio, & ibi Bar. col.pri. verſi.opp. hic dicitur, Imo. col.fin.verſi. in glo. negotio, & verſi. tutiùs tamen eſt, & Iaſ.col. 2. verſi. tertia differentia.D. de acqui. hære. & alia etiam glo. in l. obligari.§. tutor, in ver. debet, & ibi etiam Bar.D. de aut.tuto. vbi Bar. ipſe intelligit incontinenti, idest non interueniente alio medio actu diuerſo, & ſic antequam quis ad alia diuerſa negotia diuertat, per tex. in l. continuus,in prin. D. de verbo. obliga. iterum alia quoque glo. in.§. tutor, in ver. poſt tempus, inſti. de aut.tuto. iterum etiam Bar. in l. ſi autem plures,cir.med.verſi. quandoque autem requiritur authoritas.D. de aqua plu.arcen. Io. Andre. in addi. Spec. titu. de ceſſi.acti. col.4. verſi. ſed nunquid ratione, in ver.§. pri.cir.med. verſi. ſed nunquid,& Tiraq. vbi ſupra num.7. & ſpecialiùs videlicet conſenſum propinquorum in contractibus mulierum requiſitum incontinenti poſt actum interponi poſſe, voluit Bal. in l.pri.col.antep.verſ. nunc reuertor.C. qui admit. Fely. in cap. cùm dilecta, col.15.verſi. ſufficit tamen,de reſcri. & nonnulli alij ex his quos citat Tiraq. in d.trac. de legi. connu. in glo.6. num.2. & præterea Iaſ. in l. vniuerſa, col. fin. verſi. adde quòd ex ea infertur.C. de praeci. Imper. offe. licèt aliqualiter meo in libro corruptus ſit, Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. in glo. in ver. & authorité, in prin. Rolan. à Val. conſ.97. prima facie, cir.prin.lib.pri.

27 ℂ Verùm diuerſam in ſententiam facere videtur,quòd ratio qua contraria innititur opinio eſt quia quæ incontinenti fiunt ineſſe videntur.l. lecta, verſi. dicebam.D. ſi cer.peta. vti hanc rationem adduxit glo. in d.§. tutor, ſed iſtud non eſt ſecundum veritatem, ſed per quandam potiùs fictionem, vt probatur ex illo verbo creduntur, quo tex. ille vtitur, quod fictionem notat, glo. in l. conficiuntur, in prin. in ver. quoniam creditur.D. de iu. codi. & iterum ex verbo perinde, quod eiuſdem eſt naturæ, vt probat tex. in l. ſacrilegij, pri.§. is autem, & ibi glo. in ver. condemnatus,& Bar.D. ad l. Iuli. pecu. quæ fictio in ſtatutis non admittitur, l.3.§. hæc verba.D. de neg.geſ. & ita d.l. lecta, verſi. dicebam,in ſtatutis locum non habere,decla

rant

rant ibi Aret. in 6.nota. Soci. in 5. & Iaſ. col.8. verſi. not. etiam ex verſi. dicebam,& Tiraq. in d.trac.retrac. titu.2.§.pri. gloſ.5.num.27.vbi alios citat concor. qui tamem illam glo. in d.l. conficiuntur, corruptè allegat in ver. creditore.

28 ℂ Quibus tamen non obſtantibus nos priorem ſequimur opinionem: pro qua videtur tex. in d.l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum, ibi perfecto negotio, & ibi not. glo. & Docto. in locis ſupra allegatis: ſed pro ea nos meliorem addimus tex. in l. nunquam in vſucapionibus, in prin.D. de vſuca. in illis verbis,poſt longum tempus,argumento à contrario ſenſu,quod argumentum in iure noſtro fortiſſimum eſſe inquit tex. in l.pri.§. huius rei,& ibi not. Bar. & alij recentio. qui id declarant.D. de offi. eius.

29 ℂ Non obſtat quod diximus, incontinenti factum per quandam tantùm fictionem videri ineſſe, & ſtatuta fictionem nō admittere,quia animaduertendum eſt id non eſſe generale, ſed in odioſis duntaxat ſtatutis procedere, non etiam in fauorabilibus, per ea quæ diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio.viij. in fi. vti fauorabile eſt hoc noſtrum ſtatutum,vt diximus in præfatio. in 2.dub.

30 ℂ DECIMOQVINTO quæro, an poſſit hic conſenſus ex interuallo præcedere: & poſſe probat glo. in d.l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum, in ver. perfecto negotio, in prin.D. de acqui. hæredi. dum inquit tutoris authoritatem etiam ante actum præſtari poſſe,vbi allegat tex. in l. nunquā, in prin.D. de vſuca.& voluit allegare 2. (ſunt enim duæ eo in titu. eiuſdem initij leges) cui nos quoque addimus hoc idem meliùs videri probare tex. in l. filiusfamilias.§. item videamus.D. de donatio. vbi dicitur patris conſenſum in donatione filijfamilias requiſitum ante quoque interponi poſſe.

31 ℂ Contrariam tamen opinionem nos veriorem arbitramur, authoritatem ſcilicet non ante actum ex interuallo, ſed ipſo in actu præſtari oportere: quam tenuerunt Bar. in d.§. iuſſum, in prin. & ibi Caſtr. col.pri.verſi. no. etiam hîc, Alex. col.3. num.9. Iaſ. col.2.verſi. tertia differentia, cum concor. per Tiraq. adductis in d.trac. de legi. connu. glo.6. num.pri. & 2. apud quos comperies,hoc inter conſenſum,iuſſum,& ſimilia,& authoritatem intereſſe, vt conceſſus iuſſus & ſimilia ante actum præſtari poſſint: authoritas non poſſit: & ne decipiaris lector,ſcias conſenſum,de quo ſtatutū hoc loquitur per modum authoritatis, & ad integrandam mulieris perſonam deſiderari, vt in præfatio. in pri.dub. & alibi ſæpe aſſeruimus.

32 ℂ Nec obſtat d.l. nunquam,2.D. de vſuca. quia immò opoſitum probat, dum vult emptorem rem à pupillo emptam præſcribere non poſſe, ſi tutor per errorem initio venditionis authoritatem præſtitit: ad tex. autem in d.l. filiusfamilias.§. item videamus.D. de donatio. reſpondeo loqui in ſimplici conſenſu, non autem in authoritate aut conſenſu in vim authoritatis requiſito,& ita illum tex. intelligit Bar.in l. tam is.§.pri.cir.fin.D. de dona. cau. mor. dum inquit conſenſum ante actum præſtari poſſe, per illum tex. non etiam authoritatem.

33 ℂ DECIMOSEXTO quæro,an hic etiam conſenſus præſtari queat

in

in abſentia partis,cum qua mulier contrahit, puta ſi pars per epiſtolam mulieri miſſam dicat ſe ei aliquid vendere: & dicendum eſt tunc cùm mulier epiſtolam recipit, & venditioni annuit, hunc poſſe conſenſum interponi, tametſi parte abſente,ex quo contractus antea non dicebatur perfectus,ita eſt bonus tex. in tutoris authoritate loquens,quam ſæpe diximus huic noſtro conſenſui æquiparari, in l. obligari.§.fina.D. de aut. tuto. & no. glo. in.§. preceden.d.§.fin. in ver. debet,& Ang. in d.l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum, poſt prin.verſi. & debet.D. de acqui.hæredi. & hoc modo declarantur iura diſponentia authoritatem in ipſo actu eſſe interponendam,in l. obligari.§. tutor.D. de autho. tuto. & .§. tutor, inſti. eod.tit.

34 ℭ Nec his aduerſantur ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio. lix. quia quæ ibi aſſeremus ſecundùm hanc declarationem intelliguntur, vt ſcilicet ſi mulier inutiliter contraxerit non adhibita ſtatuti huius ſolennitate, poſſit de nouo actum celebrare interueniente partis præſentia ſiue veriùs conſenſu, qui poterit etiam per epiſtolam præſtari poſtea cum ſtatuti ſolennitate ab ipſa muliere acceptandam per ſupradicta.

35 ℭ DECIMOSEPTIMO quæro, an conſenſus iſte ſemel præſtitus reuocari poſſit: quam quidem quæſtionem in terminis ſtatuti viri conſenſum in contractibus vxoris exigentis tetigit Andr. Tiraq. in d.trac. de legi. connu. in glo.8. quæſtio.xiiij. nu.125. & 126. vbi concludit non poſſe per multa quæ allegat: cui quantùm ad conſenſum patris filio ad pias cauſas teſtanti præſtitũ, vt reuocari nequeat, addo voluiſſe etiam Philip.Peruſi. in rub. de teſta. in 6. col.28. verſi. decimò quæritur: & quantùm ad conſenſum viri in contractu vxoris neceſſariũ, voluiſſe præterea videtur Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. in glo. in ver. ſanz licencè, cir. med. verſi. nunquid autem, dum ſequitur Ang. per Tiraq. vbi ſupra commemoratum, ſcilicet in conſ. 284. vti ab ipſo Chaſſa. citatur, ſed eſt in conſ. 290. thema tale eſt, col.4. vti aduocatur à Tiraq. ſed nobis col. 3. verſi. præterea hic: ſuper quo nec nos dubitandum arbitramur quantùm ad actus irreuocabiles, vt ſunt regulariter omnes contractus.l. ſicut.C. de actio. & obliga.l. in commodato.§. ſicut.D. commo. cum ſimi. nam cùm hic conſenſus det robur contractui, reuocato conſenſu reuocaretur contractus, quod ex ſuprascriptis iuribus prohibetur.

36 ℭ SED MAIVS eſt dubium,& iſta xviij. ſit quæſtio,quid de actu reuocabili (de vltima non loquimur voluntate, quia ad eam ſtatutum hoc non pertinet): puta in procuratoris conſtitutione: quo in articulo idem etiam concludendum opinamur, vt maritus ſcilicet ſolus aut agnatus qui conſenſum mulieri præſtitit, illum reuocare non poſſit: ita enim in tutore, cuius authoritas huic conſenſui ſimillima eſt, vt ſæpe diximus, eſt Bar. doctri. in l. neque tutores, in pri.lectu. col. fin. verſi. quæro extra gloſ. C. de procu. vbi velle videtur, ſi tutor conſenſum pupillo procuratorem conſtituenti interpoſuit, ipſum non poſſe tutorem ſolum eundem procuratorem reuocare, ſi procurator ad ea facienda conſtitutus ſit, quæ tutor ſolus facere non poterat,& ita eum ibi intelligunt & ſequuntur Bal.& Saly.& ſequuntur etiam Alex. Anto. ab Alex. Iaſ. & Cur.iun. quanuis hi eum intelligant poſſe tunc procuratorem à tutore ſolo reuocari, ſi conſtitutus ſit in caſu in quo plenam tutor habet adminiſtrationem, quod tamen modicum quantũ

ad

ad caſum noſtrum à præcedenti intellectu differt: quam etiam doctri. repetijt idem Bar. in l. actor, col.fin.verſi. iuxta prædicta.D. rem rat.habe. & ſequuntur etiam Caſtr. in l. ſi per epiſtolam,cir.med.verſi. ſed quæro quan do factum, Imo.cir.med.verſi. an autem poſſet, & Fran. Areti. cir.fin. qui communem hanc dicit opinionem.D. de acqui. hæredi. & Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.5. num.91.incip. ſolus autem.

37 ℭ Et generale eſt, vt qui non poteſt ſolus actum de nouo facere,ſicuti ſolus non poteſt maritus aut agnatus, non poſſit etiam illum reuocare,vti in caſu noſtro reuocaretur,ſi concederemus poſſe conſenſum reuocari,vt ſupra diximus: hanc autem regulam probat tex. in l. tria onera.§.fin. cum gloſ.vlti. quæ concor. citat.D. de ſerui.ruſti.prædio. & not. etiam glo. in l. is cuius, in glo. mag. cir.med.D. de procu. Imo. in l.pri. col.4. verſi. concludé quòd infra annum.D. de teſta. Iaſ. in aut. ſi qua mulier, col.8. verſi. ergo ſuccedit,& iterum col.9.verſi. in iſto paſſu.C. de ſac.ſan.eccle.

38 ℭ Et facit præterea quod in ſimili voluit Soci. in conſ. 189. viſo teſtamento, per totum, max. col.fin.lib.2. vbi ſi ſtatutum, inquit, diſponat præmortua vxore maritum dimidiam partem dotis lucrari, & vxor de integra dote viro conſentiente teſtando diſponat, non reuocari tamen teſtamentum, licèt maritus vxore viuente conſenſum reuocet, ſubdens Soci. etiam vbi non impediretur conſenſus reuocatio, ſi tamen quis non ſolùm conſenſiſſet, ſed & ius ſuũ renuntiaſſet,ſecundùm ea quæ dicemus infra in glo. 10. in ver. cum ipſo marito, num.47.incip. & ſimiliter,reuocato conſenſu non reuocari tamen iurium ſuorum renuntiationem: quem refert & ſequitur Io. Lup. in rep.rub. de dona. inter uir. & vxo.§.54. col.pri. verſi. & ſecundùm iſta: vide tamen quæ dicemus infra in glo.23. in ver. nec in donationibus cauſa mortis reuocabilibus, quæſtio.iiij.

39 ℭ DECIMONONO quæro, an hic conſenſus poſſit in vltima etiã voluntate per virum aut agnatum condita accommodari: & poſſe voluit Bal. in l. ſi pater, in fi. ver.C. de ſponſa. loquens in ſtatuto prohibente minorem xxv. annis contrahere ſine conſenſu patris, ita etiam inquiens ſe conſuluiſſe,& ſequitur Alex. in l. apud Iulianũ.§.fi.in ver.dicit ſtatutũ,poſt prin.verſi. & an ſufficiat.D. ex qui.cau. in poſſeſ.ea. & idem in ſtatuto prohibente mulierem contrahere,vel diſtrahere, aut mortis cauſa donare, aut inter viuos, vel vltimam voluntatem condere ſine præſentia viri, patris, & filiorum xiiij. annis maiorum, ſi eos habeat, aliàs duorum eius propinquorum,conſuluit idem etiam Bal. in conſ.23. præſuppoſito ſtatuto,in fin.ver. lib.5. & facere etiam videntur quæ diximus ſupra in glo.pri.quæſtio.ij. vbi fortiùs aſſeruimus ſtatutum hoc locum non habere cùm mulier ex teſtatoris,& ſic non ſolùm viri aut agnati, ſed & extranei præcepto alienat.

40 ℭ Verùm hanc nos Bal. & ſequacium ſententiam falſam opinamur, & contra alias duas communes concluſiones,quarum prior illa eſt,quòd conſenſus iſte non poteſt mulieri ad contrahendum generaliter præſtari, vt paulò poſt dicemus quæſtio. xxi. altera quòd idem conſenſus non poteſt ante contractum per mulierem celebrandum accommodari, vt affirmauimus ſupra hac etiam glo. quæſtio. xv. ſed in ipſo actu interponendus eſt, vt & aſſeruimus ſupra quæſtio.xij. huius quoque gloſ. Et ſic candide lector

habes

habes Bal. dictum procedere non poſſe, ſiue intelligamus eum loqui quando generalis præſtitus eſt conſenſus ad omnes contractus & obligationes, ſiue etiam ſpecialis ad vnum duntaxat contractum, ex quo in ipſo actu interponendus eſt, ideoque & ipſe Bal. in d.l. ſi pater, fatetur hoc non procedere, vbi requiritur patris præſentia, cùm tunc in ipſo actu pręſtari debeat, vt & nos diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. xiij. Et ita cùm hæc iam ſcripſiſſemus, reperimus Roma. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, col. 2. verſ. ad quod adde. D. de acqui. hære. qui & ipſe videtur Bal. reprobare, dum poſteaquam eum retulit, inquit, intelligendum vbi conſenſus in vim ſimplicis conſenſus præſtandus eſt, ſecus ſi in vim authoritatis, quia tunc idem iudicatur quod de authoritate, vbi poſtea col. 3. verſi. quandoque dici, inquit authoritatem in ipſo actu, & antequam ad alios actus quis diuertat, eſſe interponendam, nam hic conſenſus per modum authoritatis in ipſo actu interponendus eſt, vt diximus in d. quæſtio. xv. Quæ opinio clarior etiam apparebit ex ſolutione contrariorum.

41 ¶ Non obſtat igitur tex. qui videtur Bal. opiniónem probare, licèt ipſe eum non alleget, tex. inquam in l. pri. C. quan. decre. opus non eſt, quia primò dici poteſt eum non loqui quando conſenſus in vltima voluntate fuit præſtitus, ſed quando id pactus eſt venditor in contractu veditionis, vt ſibi ſcilicet fundus retrouenderetur, vt intelligunt glo. pen. & fin. Bar. & Saly. ibi: quia tamen alia ſunt iura ex his quæ allegauimus in d. glo. pri. quæſtio. ij. loquentia etiam in caſu quo in vltima voluntate præſtitus eſt conſenſus, vt in l. pen. & ibi glo. & Docto. C. eod. titu. C. quan. decre. opus non eſt, ideo aliter reſpondeo dicta iura, & quæ nos in d. ij. quæſtio. aſſeruimus loqui & procedere quando defunctus alienari poſſe permiſit fundum ipſius defuncti proprium, tunc enim in traditione per minorem facienda iudicis decretum non requiritur, ſecus ſi alienari iuſſit fundum ipſius minoris, ita nota. probat tex. in l. magis puto. §. ſi fundus. D. de reb. eor. vbi ita diſtinguitur, vt ſi teſtator alteri minoris fundum legauerit, in illius traditione iudicis decretum ſit neceſſarium, ſin autē ipſius teſtatoris proprium, ſecus: quem tex. ab ipſo Bal. atque etiam Saly. didicimus illum ſic in id aduocantibus, in l. cùm ipſe, vtriſque, cir. fin. C. de contra. emptio. & vide etiam quæ dicemus infra in fine, quæſtio. lxxiiij.

42 ¶ VIGESIMO quæro, ſi contractus per mulierem geſtus fuerit conditionalis, an etiam conſenſus per virum aut agnatum præſtandus ſit conditionaliter interponendus, an verò purè: & magis eſt vt purè interponi debeat per bonum tex. in tutoris authoritate loquentem, in l. & ſi conditionalis. D. de aut. tuto. & not. glo. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, in ver. perfecto negotio, & ibi Caſtr. col. 2. verſi. adde aliam, Alex. col. etiam 2. verſi. aliam differentiam, & Iaſ. col. item 2. verſi. quarta differentia. D. de acqui. hære. & vide etiam quæ dicemus infra in glo. 14. in ver. cum authoritate alicuius iuſdicentis, quæſtio. vij.

43 ¶ VIGESIMOPRIMO quæro, an poſſit hic conſenſus generaliter præſtari ad quoſcunque contractus faciendos: Quam quæſtionem tetigit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 7. num. 113. incip. ex quibus, vbi tamen eam non decidit, ſed decidi inquit ex multis ibi per eum adductis, inter quæ vnum eſt, quod noſtro in propoſito confert, & quod nos affir-

matiuam

matiuam in ſententiam vocat, videlicet quòd quando conſenſus alicuius ad integrandam alterius perſonam, vt eſt in caſu noſtro, vt ſæpe diximus, requiritur, tunc poteſt generaliter præſtari: ſecus ſi in ſignum repudiationis, quia fortè agatur de intereſſe cōſentire debentis, deſideretur: ita enim voluit Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum, in fi. dum inquit patris conſenſum in iudicio per filiumfamilias agitando neceſſarium, non poſſe generaliter præſtari, ſi teneamus illum requiri in ſignum repudiationis, ſecus ſi ad integrandam filijfamilias perſonam, & ibi ſequuntur Ang. cir. med. verſi. & ſubdit Bar. Caſtr. qui illum. §. legit cum. §. iuſſum, col. pri. verſi. ſecundò requiritur, Rapha. Cuma. qui eodem modo illum. §. legit col. 3. verſi. poteſt nunc inferri, ſub num. 9. Alex. col. pen. in fi. verſi. extra glo. ſi rectè inſpiciatur, Iaſ. ante med. verſi. ſubdit tamen. D. de acqui. hære. & ſentit etiā Io. Andre. in addi. Specu. titu. de acto. §. pri. col. 14. verſi. ſed quid ſi pater filio, in ver. iuſſum: & idem in ſtatuto prohibente mulierem teſtari ſine cōſenſu propinquorum, quòd poſſit generaliter præſtari voluit Io. Duran. de arte teſta. titu. pri. cau. 2. num. 4. & ſpecialiùs in ſtatuto diſponente mulierem contrahere non poſſe ſine conſenſu conſanguineorum, Alex. in conſ. 189. viſo ſtatuto, col. 2. verſi. quintò probatur, lib. 7. vbi mouetur ex doctri. Bar. in d. §. ſed vtrum, quam dicit communiter approbari, & Alex. ſequitur Alcia. lib. de ver. ſigni. 2. char. 7. col. 2. verſi. lex ait, mulier abſque duorum agnatorum.

44 ¶ Verùm, ſi nobis licet noſtrum interponere iudicium, nos eam opinionem falſam arbitramur, & contra aliam communem opinionem, qua probatur totum contrarium verius eſſe, videlicet, ſi conſenſus requiratur ob præiudicium conſentire debentis, tunc poſſe generaliter præſtari: ſecus ſi ad integrandam prohibiti contrahere perſonam, vt diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. xij. vbi aſſeruimus conſenſum hunc, cùm requiratur ad integrandam mulieris perſonam, debere in ipſo actu interponi, ideoque ex interuallo interpoſitum nullum eſſe: ſicuti etiam nullus eſt ſi ante actum adhibeatur, vt in xv. quæſtio. dictum eſt: Ex quo etiam proditum eſt, huiuſmodi conſenſum non poſſe per procuratorem aut nuntium præſtari, vt etiam affirmauimus ſupra in viij. quæſtio. nam ſi debet in ipſo actu & non ante aut poſt accommodari, neſcio videre quomodo poſſit generaliter ad quoſcunque contractus faciendos præſtari, maximè quia ratio quæ ſtatuentes mouit, in caſu noſtro fuit, ne mulieres in contractibus deciperentur, vt per Docto. in l. transactionem. C. de transac. & ſæpe diximus: vnde ſi vir aut agnatus generalem mulieri dat contrahenti poteſtatem, non etiam ſpecialem, in ipſo actu, cùm mulier contrahit, non poteſt dolo aduerſarij occurrere: quæ omnia potiſſimùm procedunt attento quòd per virum aut agnatum conſentientem iurandum eſt de credulitate, mulieri vtilem eſſe contractum, nam ſi mulier nundum ad contractum aliquem ſpecialem deuenit, quomodo maritus agnatuſuæ id iurare poterit? & ita cùm hæc iam ſcripſiſſem, reperi illud primum Bar. dictum in d. §. ſed vtrum, quatenus loquitur de conſenſu per modum authoritatis & ad integrandam alterius perſonam requiſito, illa eadem ratione quam nos ſupra adduximus reprobaſſe etiam Areti. ibi in d. §. ſed vtrum, qui illum. §. legit cum. §. iuſſum, col. fin. verſi. in glo. ſuper ver. ſpecialiter: & Alcia. vbi ſupra reprobare videtur Andre. Tiraq. in tracta. de legi. connu. glo. 5. num. 197. incip. tertium membrum, & ſeq.

45

45 ℭ Sic & aliud caput Bar. & aliorum in d.§. ſed vtrum, quatenus dicun patris conſenſum in iudicio per filiumfamilias agitando requiſitum non poſſe generaliter præſtari, ſi tenemus in ſignum repudiationis, & ſic ob patris intereſſe deſiderari, verùm non videtur per tex. in l. filiusfamilias.§. item videamus.D. de donatio. vbi ad hoc, vt filius poſſit quamcunque donationem facere, ſufficit ſi pater ei liberam peculij adminiſtrationem conceſſerit, ita vt etiam donare poſſit; vbi magis etiam dicitur aliquando ſufficere, ſi concedatur libera peculij adminiſtratio, non expreſſa donandi facultate, vt ſcilicet poſſit tamen filius donare, & ſpecialiùs quantùm ad conſenſum patris in iudicio filijfamilias neceſſarium, veriùs videtur ob patris præiudicium in ſignum repudiationis requiri, vt tenuit idemmet Bar. in l. fin.§. neceſſitate, col. pri. & 2. C. de bon. quæ lib. quæ opinio magis eſt communiter recepta, vt diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. viij. & tamen quòd poſſit generaliter præſtari, ſimpliciter voluerunt glo. in l. ſi longiùs.§.pri. in glo.mag. cir.med.verſi. ſed nunquid, & ibi eam ita ponderat & ſequitur Bar. ante fin.verſi. quæro vtrum pater, & Caſtr. cir.fin.verſi. in glo. ibi ſed nunquid.D. de iudi. & videtur tenere etiam Specu. præſertim ſi vnus ſpecialis caſus exprimatur, in titu. de acto.§.pri. col.14. verſi. ſed quid ſi pater filio, Cyn. in d.§. neceſſitate, in iij. quæſtio. & ibi Bal. col.pen. verſi. quæro vtrum ſufficiat, Albe. col.4.verſi. ſed nunquid valet generalis conſenſus, & Fulg. in fin.ver. iterum Bar. in l. filiusfamilias, in fi. D. de donatio. dum inquit huiuſmodi conſenſum quomodocunque præſtari poſſe, iterum etiam Bal. in rep.l.pri. col.6. verſi. nunc incidenter .C. de ſac. ſan. eccle. in conſ.285. caſus coràm R. ante fin.verſi. ſed ad hoc reſpondetur, lib.pri.Rom. in l. ſi quis mihi bona.§. ſed vtrum, cir.prin. D. de acqui. hære. Alex. in l.pri.§. fuit quæſitum, col.pen.verſi. non omitto. D.ad S.C. Trebel. in conſ.59. viſo proceſſu, col.2. verſi. vnde dicit Cyn. lib.2. Iaſ. in l.pri.§. item acquirimus, col.2.verſi. ſecundò facit. D. de acqui. poſſeſ. & propiùs ad terminos noſtros, videlicet in ſtatuto prohibente vxorem ſine conſenſu mariti, vel minorem ſine conſenſu conſanguineorum obligari, hanc noſtram opinionem tenuit Caſtr. in d.§. neceſſitate, col.antep. in fi. verſi. & hæc eſt intentio, vbi vult huiuſmodi conſenſum in ipſo actu, non poſt aut ante generaliter, præſtari debere, cùm requiratur ad integrandam, ſecundùm eum, vxoris & minoris perſonam.

46 ℭ Ne tamen decipiaris Lector, ſcias quod diximus ſimplicem conſenſum ratione præiudicij conſentire debentis requiſitum, poſſe generaliter præſtari, locum non habere in hæreditatis aditione, per tex. expreſſum in d. l. ſi quis mihi bona.§. ſed vtrum. D. de acqui. hære. nam ibi eſt ſpeciale, vt ibidem ſentit glo. in ver. ſpecialiter, & poſt eam Docto. vbi Iaſ. alia quoque ponit ſpecialia in hæreditatis aditione, & not. etiam Io Andre. in addi. Specu. titu. de acto.§.pri. col. 14. verſi. ſed quid ſi pater filio, in ver. iuſſum: & ratio ſpecialitatis colligitur ex Bar. vbi ſupra, quia ſcilicet qui adire vult aut repudiare hæreditatem, certus eſſe debet de iure ſibi competenti. l. qui hæreditatem. l. ſi is ad quem, & l. in repudianda. D. de acqui. hære. & hoc modo intelligendo Bar. in d.§. ſed vtrum, ſuſtineri poſſet: & pro prædictorum declaratione videbis etiam quæ diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xxiiij. & videndus eſt etiam ad materiam tex. in l. generali, in prin. D. de rit. nupti. iuncta l. 2. D. eod. titu.

47 ¶ VIGESIMOSECVNDO quæro, an hic poſſit conſenſus ad duos ſaltem actus accommodari: quod videtur per tex. in l. accipientis. D. de aut.tuto. vbi permittitur tutori eadem voce pro duobus diuerſis actibus authoritatem interponere, vbi Bar. eum ita ſummat, ex hoc etiam decidens, procuratorem plures coràm eodem iudice cauſas habentem, poſſe vno & eodem actu omnibus reſpondere his verbis, ego me præſento in quolibet termino, quem hic habeo, aut in omnibus meis cauſis, eis aliter non declaratis: quod etiam repetijt in l. ſi finita.§. Iulianus, col.3. verſi. ſed quid ſi quis erat.D. de dam. infec. quod Bar. dictum ſequuntur ibi in d.§ Iulianus, Rom. col.2. verſi. item inquantum Bar. quærit, & Alex. col. 8. verſi. item inquantum Bar. hic concludit ſufficere, & Ang. in l. duo rei, quę eſt 4. & ibi Imo. in verſi. item inducitur. D. de duo. reis, iterum Rom. ſing. 310. ſecundùm anti. impreſ. & 314. ſecundùm nouiſ. incip. hæſitatū, Barba. in conſ.8. ſcribitur præclarè, in fi. lib. pri. Fely. in cap. imputari, col. pen. in fi. verſi. vltimò dicit hic, de fi. inſtru.

48 ¶ Eſt verum quòd Andre. Tiraq. in tracta. retrac. titu. pri. §. pri. glo. 21. num. 17. incip. veruntamen, videtur illum tex. in d. l. accipientis, intelligere vt procedat quando tractatur de vnico actu, in quo idem tutor duobus authoratur pupillis, puta ſi quis duorum ſit pupillorum ſimul litigantium tutor, quorum pupillorum vnus ſit actor alter reus, quia poterit eodem actu & authoritate ambobus pupillis tutor author fieri.

49 ¶ Sed tamen glo. pri. & Bar. in d. l. accipientis, illum tex. procedere intelligunt etiam ſi diuerſa ſint iudicia, puta quia vnus duorum ſit tutor pupilorum, quorum alter ad vnam rem contra Sempronium agat, alter ad aliam rem ab eodem Sempronio reconueniatur: aut etiam quando quis eſt tutor vnius tantùm pupilli contra Sempronium ad vnam rem agentis, & ab eodem Sempronio ad aliam reconuenti: ideo in practica non erit ab eorum opinione recedendum, max. cum Tiraq. vbi ſupra, ſuam opinionem non firmet, ſed cogitandum relinquat, quoniam, inquit, & Pomponius uir vtique ex Iuriſconſultis doctiſſimus hac in re in d. l. accipientis relatus dubitauit: Ex his autem colliges Lector hæc eadem procedere quando maritus aut agnatus præſens eſt ipſis actibus quibus conſentit: non enim poſſet ita conſentire, conſentio tibi mulieri vt duos actus facere poſſis, etiā ſi eos ſpecificet, quia hoc eſſet contra ea quæ ſupra diximus, quatenus affirmauimus hunc conſenſum non niſi in ipſo actu eſſe interponendum.

50 ¶ VIGESIMOTERTIO quæro, ſi dubitetur vtrum conſenſus iſte interuenerit necne, ad quem onus id probandi incumbat: & dicendū eſt ei qui cum muliere contraxit: ſicut dicimus in contrahente cum pupillo, qui probare debet tutoris authoritatem interceſſiſſe, ſi id negetur, l. quęcunque. §. fina. cir. fin. verſi. qui à pupillo, & ibi glo. in ver. tutore authore, & Bar. D. de publi. in rem actio. l.2. cum glo. in ver. probaueris, & ibi Saly. cir. prin. C. ſi quis igno. rem mino. eſſe, Abb. in cap. ea noſcitur, col.2. verſi. in glo.3. de his quæ fi. à præla. ſi. con. capi. & non eſt ſuper hoc dubitandum, quia extrinſeca eſt huius ſtatuti ſolennitas, vt diximus in glo. pri. num.331. incip. verùm in oppoſitum: quæ non præſumitur niſi probetur, ſecundùm Docto. in l. ſciendum. D. de verbo. obli. & quia mulier negans ſolennitatem interceſſiſſe, cùm nitatur negatiua, non tenetur eam probare,

quia probatur eo ipſo quòd contrarium nõ probatur.l. actor.C. de proba. ſuper quo tamen quomodo probetur negatiua videbis latè Fran. Hercu. in ſuo trac. quis teneatur proba.nega. & quibus modis, per totum. Et facit etiam tex. in l. in bello.§. factæ.D. de capti. & poſt.reuer.

51 ℭ VIGESIMOQVARTO quæro,an ſaltem hic conſenſus præſumatur ob temporis diuturnitatem: qua in quæſtione in ſimili ſtatuto Comi prohibente maritum poſt menſem contracti matrimonij vxorem dotare ſine præſentia prætoris,ſcio plures doctiſſimos Vallis tellinæ Doctores,videlicet D. Gregorium Guizardum,& D.Iacobum Cattaneum diuerſa eodem in facto conſuluiſſe: ille enim aſſerebat nullum fuiſſe dotale inſtrumentum ob prætoris defectum: hic autem contra affirmabat propter diuturnum tempus, quod eo in caſu fluxerat, allegans Roma. Alex. & Iaſ. in l.ſciendum.D. de ver. obli. & in l. qui in aliena, in prin.D. de acqui. hære. cuius domini Cattanei conſilium, cùm ad dictum D. Guizardum delatum eſſet, idem Guizardus in ſuæ opinionis defenſionem adduxit,propter temporis diuturnitatem ſolennitatem non præſumi,quando ex inſtrumenti inſpectione conſtat illam non interueniſſe, citans Caſtr. in conſ. 81. col. 4. nulla libri mentione facta (ſed quē nos infra emendatiùs citabimus) Alex. in conſ.pri. col.pen. vol.4. Areti. in cap. quoniam contra,ad fin. de proba. Iaſ. in conſ.148. col.pen. verſi. ſecundò reſpondetur, lib.4. Deci. in conſ. 564. col.3. Ex quibus Lector vides quæſtionem hanc admodum dubiam reddi, vti etiam clariùs perſpicere poteris ex latiùs pro & contra adductis per Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.7. num.39.incip. limita octauò,vſque ad nu. 49. ideoq; pro declaratione nobis placet caſus aliquot diſtinguere.

52 ℭ PRIMVS eſt, quando is, de cuius conſenſu agitur, viuit, & interrogatus an conſenſerit, negat ſe conſenſiſſe, & tunc illius dicto ſtatur, ſecundùm Saly. in l. ſi filiusfamilias, col.pri. cir. fin. verſi. & faciunt hæc.C. de peti.hære. Abb. in cap. ea noſcitur, ante fin.verſi. item non facit, de his quæ fi. à præla. ſi. con. capi. Alex. in conſ.9. viſo themate, col.2.verſi. non obſ. ſi diceretur, & col.fi. verſi. poteſt etiam aliter reſponderi, lib. 3. Rui. in conſ.41. de duobus,col.5. num.11. lib.pri. quod & optima ratione fundatur, quoniàm in claris ceſſant coniecturæ & præſumptiones .l. continuus.§. cum ita.D. de ver. obli. Et facit etiam quod not. Soci. in conſ. 254. viſa & conſiderata, col.2.verſi. præterea in caſu noſtro, lib.2. & quod not. Seba. Van. in trac. de nulli. ſenten. titu. qui. mod. ſenten. nul. repa. num. 92. ſub. char. omnium 491.

53 ℭ SECVNDVS eſt caſus, qui xxv. quæſtionem affert, quando conſtat eum, cuius conſenſus requiritur, nullam actus notitiā habuiſſe: & tunc etiam in ea ſumus opinione, vt conſenſiſſe non præſumatur, quoniam d.l. ſi filiusfamilias.C.de peti.hære. quę huius eſt materiæ clauis,ita intelligitur, ſecundùm Bal. ibi in pri.ver. dum dicit,licèt filiusfamilias non poſſit adire hæreditatem ſine iuſſu patris,tamen ſi patre ſciente diu tenuit hęreditatem, præſumi patris iuſſum præceſsiſſe, & iterum dum ſubdit, ſi quis ſit electus ſciente eo,ad quem confirmatio pertinet, præſumi confirmationē interceſſiſſe, & clariùs Alex. in d.conſ.9. col.fin.verſi. præterea, lib.3. in conſ.11. viſo proceſſu, col.fin. verſi. præterea Arnoldus, lib. 4. Fely. in cap. ſicut, col.18.verſi. ſeptimò & vltimò,& col.ſeq. de re iudi. Iaſo. in conſ.176. ſuper

per Caſtro, col.fin. verſi. tertiò principaliter, lib.2. Deci. in conſ.409. viſo conſilio, col.3.verſi. & pro vera reſolutione, Goza. in conſ.73. circa dubia, col.3.verſi. toties, Afflic. deciſio. Neapo. 107. in cauſa domini Motiæ, col. fin. Soci. iun. in conſ.56. viſo puncto, col. pen. verſi. ſed & quartò, lib. 2. Crauet. in tracta. de anti. tempo. parte 3. num. 18. & videtur ſequi etiam Tiraq. in rracta. præſcrip.§. pri. glo.4. char. 11. pag. 2. verſi. alij item hoc intelligunt.

54 ℭ SED HIC VIGESIMOSEXTO dubitatur, quoniam prædicta loquuntur in lapſu decem annorum: illud enim diuturnum ſiue longum tempus dicitur, ſecundùm glo. in d.l. ſi filiusfamilias, in ver. detinuit, & ibi Docto.C. de peti.hære. dubitatur inquam, quid ſi fluxi ſint xxx. anni, & videtur conſenſum præſumi, quoniam hoc tempore præſumitur etiam quando tractatur de præiudicio tertij, licèt aliàs decennio tantùm non præſumatur: ita enim voluerint Imo. in cap. peruenit, col.4. in prin. verſi. & no. ex prædictis, de empti. & vendi. Alex. in conſ.79. circa primum, col.3. verſi. fortificantur, lib.pri. in conſ.pri. ponderatis his, col.pen.verſi. non obſtat quòd poſt longum tempus, lib.4. in conſ. 16. viſo inſtrumento locationis, col. 2.verſi. item in caſu, eod.lib.4. in conſ.179. viſis & ponderatis, col.pen. verſi. nec obſtat longitudo, lib.7. in l. ſciendum, col.4.verſi. quod intellige.D. de verbo. obliga.Corn. in conſ.181. viſis nonnullis, col. 6.verſi. ſed ſolùm dubitatur, lib.2. Soci. in conſ.254. viſa & conſiderata, col.2.verſi.ſed contra, lib.2. in conſ.266. in cauſa quæ vertitur, col.15.verſ. ex quibus infero, dum allegat Imo. vbi ſupra, lib.2. in conſ.270. conſideratis, col.3.cir.prin. iuncta col.præceden.eo. lib.2.Fely. in cap. illud, col. 3. in fi. verſi. ſecundò eſt aduertendum, de præſump. in cap. Albericus, col. fi. ante fin. de teſti. Cur. ſen. in conſ. 76. ſuper motiuis, col. 2. in fi. Iaſ. in conſ. 54. circa dubium, col.4. verſi. tertiò principaliter, lib. pri. Deci. in conſ.442. in cauſa in qua, col.4.verſi. tertiò illa præſumptio, in conſ.638. communitas Spedię, col.pri. poſt med.verſi. & contra Bal. Goza. in conſ. 73. circa dubia, col.3.verſi. ſecundò & fortiùs, Alber. Brun. in trac. de for. & ſolenni. titu. de probatio. & præſumptio. formæ & ſolenni. adhibitæ, col.11.verſi. prędicta reſtringuntur, ſub fol. nobis 80. Crauet. in conſ.317. in caſu, col.2.verſi. & iſta opinio, lib. pri. & in trac. anti. tempo. parte 3. num.6. ex quibus præſertim ex Alex. in d. conſilijs, intelliges id procedere data eius, de cuius conſenſu agitur, ſcientia & patientia.

55 ℭ Verùm quoniam ita homines natura comparauit, vt faciles ſint ad diſſentiendum, ita etiam admonente Iuriſconſulto in l. item ſi vnus.§. principaliter.D. de arbi. ideò & hic ſunt qui contrarium tenent, vt ſcilicet in fluxu xxx. annorum non requiratur ſcientia & patientia conſentire debentis, ita enim ſentiunt, qui dicunt concurrente ſcientia & patientia conſentire debentis, ſufficere x. annorum curriculum ad præſumendam ſolennitatem interceſsiſſe: inter quos Butri. in cap. illud, cir. fin. de præſump. Caſtr. in conſ. 202. in cauſa confinium, col.2. verſi. ſed huic obſtant, lib. pri. in conſ.375. ne ſub æquiuoco, col.pri. cir.fin.verſi. dicet aliquis, eod. lib.pri. ſi rectè inſpiciatur, habeaturque ad præcedentia relatio, Alex. ſibi ipſi parum conſtans, in conſ.45. viſa facti narratione, in fin.ver. lib.3. in l. qui in aliena, in prin. col.3. verſi. vnde Imo.D. de æqui. hære. Corn. in conſ.145. in ſupraſcripto themate, col.pen. verſi. facit ſi valet, lib.4. Iaſ. in

l.pri. col.5. verſi. tertiò ſingu. limita.C. qui admit. & videtur etiam ſequi Andre. Tiraq. in trac. præſcri.§.pri. glo.4. char. illius glo.11. pag.pri.verſi. ſunt & qui.

56 ℭ Qua in controuerſia priorem nos opinionem veriorem arbitramur, nam quantùm ad caſum noſtrum pertinet, illud certum eſt, contrahentem eum muliere non ſeruata ſtatuti ſolennitate, in mala eſſe fide, vt latè docuimus ſupra in glo.pri. num.119. incip. ſed Rom. eum mult.ſeq. ſed tempus xxx. annorum malam fidem non tollit, licèt in dubio faciat bonam præſumi, vti etiam per omnia diximus in d. glo. pri. quæſtio. lxxx. num.298. & mult. ſeq. vnde ſi præſupponimus eum, cuius conſenſus ſequiritur, actus notitiam non habuiſſe, prout in dubio præſumitur per l. veriùs.D. de proba. & voluit expreſſim Caſtr. in d. conſ. 202. quo loco eum ſupra citauimus, lib.pri. de quo tamen quantùm ad caſum noſtrum infra ſtatim dicemus, ſi rectè conſideremus, dicimur eſſe in caſu claro, quòd quis in mala ſit fide: vnde tolli non debet xxx. annorum curriculo, ſed quando præſupponimus conſentire debentē actus notitiam habuiſſe, nec contradixiſſe, tunc dicere poſſumus, nos in caſu dubio eſſe, quoniam dubitari poteſt, an per notitiam habitam & contradictionem non factam voluerit quis conſentire, ideoque ratione huius dubij lapſus xxx. annorum debet conſenſum inducere, & ſic facere vt bona fides præſumatur, ſecundùm ea quæ diximus in d.glo.pri. quæſtio. lxxx.

57 ℭ VIGESIMOSEPTIMO quæro, an in dubio præſumatur vir aut agnatus actus notitiam habuiſſe: quod videtur, quia agnatus præſumitur ſcire facta agnati.l. octaui.D.vnde cogna.l. de tutela.C. de in inte. reſtimino. & ita voluit Alex.in conſ.9.viſo themate, col.fin. verſi.præterea poſito, lib.3. vbi magis velle videtur capitulum dici coniunctum Epiſcopo, ideoque præſumi idipſum capitulum ſciuiſſe contractum per Epiſcopum celebratum, & conſequenter præſumi conſenſiſſe.

58 ℭ Sed nos huic Alex. ſententiæ (quod tanti viri pace dixerimus) nō accedimus, quoniam regula d.l.octaui, & d.l.de tutela, procedit in morte, infirmitate, et ætate, vti illa iura loquuntur, necnon & in cæteris continuis actibus: non etiam in momentaneis, vt ſunt contractus, de quibus Alex. & nos loquimur: ita enim limitarunt Caſtr. in l.pri.cir.fin.verſi.tu aduerte, & ibi ipſe Alex. col.5.& 6. Iaſ.col.4. in fi. verſi. intelligas tamen, Deci.col. 4. verſi. tertiò Bar. hic, in pri.lectu. & col. 3. verſi. ſucceſſiuè dum Bar. in ſecun. & iterum num.57. in tertia, Cur.iun. col.9. verſi. ſecunda concluſio, & verſi. tertia ſit concluſio, Fran. Rip. num.46. & Alcia. in ver. tituli, col.3. verſi. poſtremò.D. ſi cer. peta. Bal. & alij in l. quoniam ſororem, C. de iu. deli. iterum Alex. in conſ.71. videretur, col.fi.verſ.nec ad hoc obſtat quòd coniunctus, lib.pri. in conſ.80. examinato, col.3. verſi. non ob. quòd teſtis, lib.2. in conſ.121. viſo, col.3. verſi. ſed non eſt probatum, lib.3. in conſ. 138. viſo puncto, in fi. lib.7. Fely. in cap. Petrus, num.4. de homi. in cap. literis, col.pen. verſi. eſt verum, de præſump. Rui. in conſ.122. circa dubium, in fi. lib.5. Corn. in conſ.147. quia cauſa eſt, col.3. verſi. licèt enim, lib.2. Soci. in conſ.97. in præſenti, col.pri. verſi. nec huic, lib.4. Neui. in ſylua nupti.lib.2.num.153. quam & nos opinionem ſequimur: quanquam contrarium ſenſiſſe videatur idem Corn. in conſ.165. circa primum, col.

pen.

pen.verſi. nec refert, lib.2. de quo etiam meminimus ſupra hac eadem glò. quæſtio. ij. num.5. & 6.

59. ℭ TERTIVS eſt caſus, ex quo xxviij. formatur quæſtio, quando in ſcriptis factus fuit cōtractus, & ex inſtrumenti inſpectione ipſam conſtat ſolennitatē non intercesſiſſe, & tunc partem negatiuam non præſumi, tenuerunt Caſtr. in d. conſ.81. incip. in cauſa quæ vertitur inter Reuerendum patrem, col.3.verſi. tertiò inducit, lib.2. Imo. in conſ. 110. in cauſa quæ vertitur, col.pri.verſi. nec ob. ſi dicatur, Alex. in conſ.pri. ponderatis his, col.fin. in prin.verſi. ex inſpectione, lib.4. Areti. in cap. quoniam contra, col.fin.verſi. & quia ſuperiùs, de proba. Iaſ. in l.pri. col.5.verſi. quintò limitatur.C. qui admit. in conſ.176. ſuper Caſtro, in fi. lib.2. in conſ.140. communitas, col.pen.verſi. ex inſpectione, lib.4. in conſ. 148. viſo proceſſu cauſæ, col.fin.cir.prin.verſi.ſecundò reſpondetur, eod.lib.4. Dec. in aut. ſi quis in aliquo, col. 5. verſi. ſed tamen conſiderandum eſt .C. de eden.in conſ.13. diligenter cōſideratis, col.pri.verſ. nec ob. quòd propter, in conſ. 36. & pro tenui, col. pen. verſi. non obſtat quòd præſumptio, in conſ.445. in caſu ad me, col.pen.verſi. nō obſtat quòd exemplum, in conſ. 564. in cauſa Magnificorum, col.2. in fi. verſi. non obſtat quòd propter, Rui. in conſ.41. de duobus, col.7. verſi. non obſtat etiam quod ſecundo loco, lib.pri. in conſ.63. videtur, col.5.verſi. non obſtat dum ſecundò, eod. lib.pri. in conſ.28. in cauſa & lite, col.fin.verſi. ſecundò dicitur, lib.4. Afflic. deciſio.107. in cauſa domini motiæ, num.5. & 6. Bertran. in conſ.154. alienatio, col.2.verſi. nec opponitur, lib.2. Alber. Bru. in trac. de forma & ſolenni. titu. de proba. & præſumptio. formæ & ſolenni. adhibitæ, col.12. verſi. eſt tamen aduertendum, Soci.iun. in conſ. 56. viſo puncto, col. pri. verſi. conſuetudo autem, iuncta col. 3. verſi. ſecundò etiam, vbi communem hanc dicit opinionem, lib.2.

60. ℭ Verùm contraria in ſententia fuiſſe videntur Ancha. in conſ. 136. ex conſilijs, poſt prin. dum inquit præſumi interueniſſe conſenſum ſuperioris in inſtrumento translationis per quòddam monaſterium factæ: & tamen non exprimit conſenſum ipſum fuiſſe in inſtrumento enuntiatum, Alex. in conſ.79. circa primum, col.2. verſi. ſed præmiſſis, lib.pri. in conſ. 45. viſa facti, in fi. lib.3. dum & ipſe præſumit ſolennitatem ob temporis diuturnitatem intercesſiſſe, & tamen non refert eam fuiſſe enuntiatam, Areti. in conſ.36. caſus talis, in fi. dum vult ſi in inſtrumento ſolennitas enuntietur, præſumi in recenti quoque facto interueniſſe, expreſſiùs Mari. Soci. ſen. in conſ.15. viſis prædictis, col.pen. verſi. & ad prædicta, Io. Mari. Rimi. loquens in ſtatuto conſenſum conſanguineorum in contractibus mulierum exigente, in l.pri. col.14. verſi. ex quibus, iuncto verſi. item reſpectu. C. qui admit. Iaſ. in l. ſciendum, col.5. num.16. & ſeq. D. de verbo.obliga. Deci. in conſ.341. viſo puncto, col.pen.verſi. non obſtat ſi dicatur, in conſ.409. viſo conſilio, col.pri.verſi. non obſt. quòd propter, Tiraq. in tract. præſcri. §.pri. glo.4. char.11. illius glo.pag.2.verſi. poſtremò hoc intelligas, & ſentit etiam Fely. in cap. Albericus, col.fin. de teſti. dum inquit, ſi in ipſo inſtrumento ſolennitas enuntietur, eam in facto quoque recenti præſumi, ſi autem non enuntietur, tunc longo tempore opus eſſe: nos autem in ſequenti caſu noſtrum interponemus iudicium.

61 ℭ QVARTVS & vltimus eſt caſus, qui xxix. nobis quæſtionem conſtituit, quando ſumus in dubio: quo in articulo Bal. Ang. Imo. Areti. & Iaſ. in d.l. qui in aliena, in prin.D. de acqui. hære. tenuerunt ſolennitatem præſumi, cum alijs concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi.connu. glo.7. num.39. & 40. vbi etiam num.44. inquit,hanc opinionem veriorem & communiorem eſſe, quam etiam partem vltra per eum adducta, ſecuti ſunt etiam Io.Mari.Rimi. in l.pri.col.14.verſi. ex quibus,iuncto verſi. item reſpectu.C.qui admit. Io. de Arno. in commen.60.incip. ex quo in regno, in fi. Nico. Boer. in conſue. Bituri. titu.pri.§.4. in glo.pri. col.6. in fi. verſi. quid ſi vxor contrahit, & ſeq. vbi communiorem hanc dicit opinionem, Arnol. Ferro. in conſue. Burdi. titu. de ſta. & iu. perſo.§.3. col.5. verſi. & ex lapſu,& col.6.verſ.ex antiquitate,Crauet.de anti.tempo. parte 3. limita. 5.num.22. Hippo. Rimi. inſti.qui.alie.lic. vel non, in prin.num.90. & communem hanc eſſe opinionem atteſtatus eſt Deci. in conſ.222. viſo puncto, col.3.verſi. quartò prædicto Franciſco.

62 ℭ Contrarium tamen cenſuit Bal. in l.2.cir.med.verſ. item ſi ſtatutum.C. de legi.hære. cum alijs concor. per Tiraq. vbi ſupra, num.42. & 43. cumulatis: ita vt illi addere poſſis Deci. idem tenentem, in conſ.442. in cauſa, num.22. & 23. Marſi. ſingu.323. diuturnitas, cir.fi. & qui hanc partem tenent, pluribus modis reſpondent ad iura quæ in contrarium adducuntur: ideo nos quoque videamus vtra opinio verior ſit.

63 ℭ Igitur pro hac poſteriori opinione facere videtur quod dicimus mandatum etiam mille annorum curriculo non præſumi,ſecundùm Bal.in l. & qui non, cir.fin.C. ſi ex fal.inſtru. & iterum ſuboſcurè in l. pri. col.pri. poſt prin.C. de reb.alie. non alie.Alex. in conſ.81. lecto & diſcuſſo,col.4.verſi. quarta ratione,lib.3. in conſ.pri. ponderatis,col.pen.verſi.non obſt. quòd poſt tempus,lib.4. in conſ.191. perſpecto inſtrumento,col.2.verſi. nec obſtat longitudo temporis,& col.ſeq. in prin. lib.6. in l. qui in aliena,in prin. col.3. verſi. item adde quòd licèt.D. de acqui. hære. in l. ſciendum, col. 4. verſi.vnum tamen.D. de ver.obli. Io.Mari.Rimi. ſuboſcurè tamen,in l.pri. col.13. verſi. vnam tamen limitationem.C. qui admit. Soci. in aut. ſi quis in aliquo,col.2.verſi. & pro hac deciſione,& ibi Deci.nu.31.& 2.ſeq.C.de eden. idē Soc.in cōſ.254.viſa,col.2.verſ. ad hoc enim,lib.2.Cur.ſen. in cōſ. 49. Philippus Maria,col.14.verſ. ſextò adducere vidētur,Fely.in cap.ſicut, col.17.verſ. ſextò aduerte,de re iudi.Iaſ. in cōſ.140. cōmunitas,col.2. verſ. itē dicti homines,lib.4.Deci.in cōſ.215.in cauſa,col.pri.verſ.vlteriùs, Afflic. deciſio.345. ſunt anni, col.4.verſi. nec poteſt ex tempore, nu.7. & deciſio. 368. in cauſa nobilium,col.pen.verſi. item allegabatur in contrariū, Marſi. in l. ſi quis ne quæſtio,col.19.verſi. vlteriùs hic habemus regulam, ſub nu. 103.D. de quæſtioni. & iterum ſubdubius tamen in ſingu.323. diuturnitas temporis, cir.med.verſi. tene tamen menti, Bertran. in conſ. omnium pri. viſo proceſſu,col.7. ſub num.33.lib.pri. in conſ.3. inſpecto,in 8.dub. poſt prin.lib.3.Cur.iun. in trac.feu. quæſtio.pri.col.2.verſi. confirmo hanc primam, Balb. in trac.præſcrip. parte pri. tertiæ partis principalis, quæſtio.x. num.28. & 2.ſeq. vbi communem hanc dicit opinionem, Rui. in conſ.41. de duobus,col.7.num.19.lib.pri. in conſ.28. in cauſa & lite, col.pen.num. 19. lib.4. Pariſi. in conſ.47. intentio dominorum, col. 5. verſi. & potiſſimùm,lib.pri. in conſ.2. legitimatio,col.3. in fi.verſi. & certum eſt, lib.2. in

conſ.36. quòd prætenſa vnio, col.pri. verſi. nec dicta facultas, lib. 4. Rip. lib. reſpon. reſponſo 101. bene digeſta, in prin. vbi communem hanc dicit opinionem, Bero. in cap. quoniam contra, col.5. verſi. niſi eſſemus, ſub nu. 14. in fi. de proba. Chaſſa. ſubdubius tamen, & non omnino pedes figens, in conſue. Burgun. rub. 9. §. item 9. in glo. in ver. & ſe doibt faire le dict deſaneu, col.2. verſi. vnum dicit ſingulare, Crauet. in conſ. 266. in cauſa communitatis, col. fi. verſi. aliter etiam reſpondeo, lib. pri. D. Io. Cepha. in conſ. 65. in præſenti, nu. 16. qui de communi etiam ſententia fidem facit, lib. pri.

64 ℭ Et propiùs noſtrũ ad caſum confert quod voluit Ang. dubitanter tamẽ, ita vt dicat ſe id pro conſtanti nõ ponere, in d.l. qui in aliena, poſt med. principij, verſi. & ſi quis fortè. D. de acqui. hære. ſi quis rem à minore cum tutoris authoritate emptam diu poſſederit, præſumi iudicis decretum interueniſſe, licèt de eo non conſtet, modò tamen de emptione appareat, quod probat per tex. ibi in bonorum poſſeſſione loquentem, cùm & ſecundùm ipſa Digeſtorum tempora iudicis decretum in agnoſcenda bonorum poſſeſſione requireretur. l. pri. §. decretalis. D. de ſucceſ. edic.

65 ℭ At diuerſam non mediocriter opinionem iuuat quod traditum eſt ab Alex. in conſ. 113. vti allegatur à Tiraq. in loco ſtatim allegando, ſed mihi 111. incip. viſo & diligenter, col. pen. verſi. quartò comprobatur, lib. 4. conſenſum domini in alienatione rei emphiteoticæ neceſſarium. l. fin. C. de iu. emphi. ex temporis diuturnitate præſumi, eum concor. per Tiraq. adductis in d. trac. de legi. connu. glo. 7. nu. 41. incip. & ſimile: & præterea Iaſ. in l. qui in aliena, in prin. col. fin. verſi. adde ſimiliter. D. de acqui. hære. in l. pri. col. 5. verſi. item pro extenſione, num. 16. C. qui admit. Deci. in conſ. 409. viſo articulo, col. pri. num. 11. Goza. in conſ. 11. in hac cauſa, col. 3. verſi. ſolennitas extrinſeca, D. Io. Cepha. in conſ. 47. tres ſunt, col. 2. verſ. & propiùs facit, lib. pri.

66. ℭ Verùm vt tandem lector ſcias quid nos hac in re ſentiamus, in ea ſumus ſententia, vt vtrunque caſum, ſcilicet tertium & quartum complectendo diſtinguamus, an enuntiata non ſit ſolennitas in ipſo inſtrumento, & tunc non præſumatur: ſi verò ſit enuntiata demum præſumatur, ſi interuenerit ſcientia & patientia eius cuius conſenſus requiritur, ita enim per omnia voluit Fely. in cap. ſicut, col. 18. in prin. verſi. ſeptimò & vltimò, & col. ſeq. num. 33. de re iudi. vbi in hanc quoque ſententiam citat Alex. in conſ. 373. ad fin. ſed eſt in conſ. 9. viſo themate ſupraſcripto, col. fin. verſi. præterea poſito, lib. 3. & in conſ. 501. col. 3. ſed eſt in conſ. 16. viſo inſtrumento locationis, col. 2. verſi. confirmantur, lib. 4. & voluiſſe videtur etiã Deci. in conſ. 341. viſo puncto, num. 13. dum ſequitur Alex. & Fely. vbi ſupra, & clariùs idem Deci. in conſ. 409. viſo, num. 12. & 13. In cap. quoniam contra, col. 20. verſi. ſucceſſiuè Abba. num. 39. ante med. de probatio. Afflic. deciſio. 368. in cauſa, num. 7. & 8. Goza. in conſ. 73. circa dubia, col. pri. verſi. quartò quoties, iuncta col. 5. verſi. ad quartum reſpondeo, Alber. Brun. in tracta. de forma & ſolenni. titu. de proba. & præſump. formæ & ſolenni. adhibitæ, col. 11. verſi. prædicta reſtringuntur, dum ſequitur Fely. vbi ſupra: & quantùm ad ſcientiam & patientiam, videlicet eſſe neceſſariam, voluerunt etiam alij quos citauimus ſupra hac eadem glo. quæſtio. xxv.

67 ℭ Nec obſtat Bal. dictum, quocunq; diuturno etiam mille annorum tempore mandatum non præſumi, quia id non omnino in rem tranſit iudicatam, quoniam contrarium tenent ipſemet Bal. ſibi contrarius in conſ. 337. in primis videndum eſt an illud, col. fin. verſ. quo ad ſecundũ, lib. pri. Caſtr. in conſ. 84. viſa facti narratione, cir. fin. lib. pri. Alex. in addi. Bar. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem, in ver. integris, cir. med. verſi. adde quòd ſi quis. D. ad l. Iuli. de adul. Cur. ſeni. in conſ. 76. ſuper motiuis, col. 2. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, Iaſ. ſubdubius tamen, in l. pri. col. 5. verſi. limita ſecundò, & ibi Deci. col. 4. verſi. vnum notandum eſt, in pri. lectu. & col. 8. verſi. vnum ſolùm, ſub num. 83. in tertia lectu. C. qui admit. iterum Iaſ. in l. ſciendum, col. 7. verſi. limitat domi. Alex. D. de verbo. obliga. iterum etiã Deci. ſuboſcurè tamen, in conſ. 199. viſis & diligenter, col. ii. verſi. præterea etiã in mandato, in conſ. 297. non patitur, col. pri. verſi. nec obſtat ſi dicatur; Soci. iun. in conſ. 139. in controuerſia, col. 2. verſi. ſecundum quod, lib. 3. vbi inquit dici poſſe hodie hanc opinionem eſſe communem, Nico. Boe. deci. 281. venditio, per totum, Crauet. in conſ. 317. in cauſa prohibitionis, col. pri. in fi. verſi. vniuerſa difficultas, & ſequi videtur etiam Cattel. Cot. memo. incip. mandatum procuratoris, & Tiraq. in tract. præſcri. §. pri. glo. 4. char. illius glo. 9. pag. 2. verſi. trigeſimoprimò, & ſentit etiã Soci. in conſ. 153. quod eſt primum, 2. vol. incip. pulchra & ſubtilis, col. 2. verſi. ad hanc obiectionem, dum loquitur de ſolennitate tutelæ, quæ mandato videtur æquiparari; ſicuti eum inducit Crauet. vbi ſupra, quem Soci. ſequitur etiam Nico. Boer. deciſio. 124. teſtator, col. 5. verſi. pro hac concluſione.

68 ℭ Quo tamen in articulo nos idem dicendum arbitramur quod ſupra de alia ſolennitate aſſeruimus, & ita voluerunt Deci. in conſ. 36. & pro teneui, col. 4. verſi. non obſtat quòd mandatum, dum mandatum, inquit, ex diuturnitate temporis præſumi, quando aliquæ adſunt coniecturæ, & quando in inſtrumento enuntiatur, & in conſ. 486. viſis & conſideratis, col. fi. verſi. ſecundò principaliter, Goza. in conſ. 11. in hac cauſa, col. 2. verſi. præterea mandatum, iuncta col. 3. verſ. quintò adduco, & videtur velle et Albe. Bru. quo loco eum ſupra num. ab hinc 2. citauimus, Seba. Van. in trac. de nulli. ſenten. titu. qui. mod. ſenten. nul. repa. num. 92. cir. fin. ſub fol. omniũ 491. Soci. iun. in conſ. 56. iuſtiſſimi iudices, col. 3. verſi. ſecundò etiam reſpondetur, lib. pri. Crauet. in d. conſ. 317. col. 2. verſi. ſecundò reſpondeo, lib. pri. Cagno. in l. velle, col. 9. verſi. poſtremò diligenter, vſque in fi. D. de reg. iur. Tiraq. in d. trac. præſcri. §. pri. glo. 4. char. illius glo. 9. pag. 2. verſ. iſtis autem duabus: apud quos præſertim Cagno. colliges, an alterum tantùm ſufficiat, coniecturas ſcilicet aliquas concurrere, an ſolam enuntiationem, an verò vtrunque ſit neceſſarium: & quid ſi à Principe enuntiatur, ponit Cur. iun. in d. conſ. 49. col. 61. verſi. ad ſextum: & quid item in his quæ non eſt veriſimile quem ſine mandato pro alio facturum, puta in ſolutione pecuniæ, tangit Tiraq. vbi ſupra, verſi. ſecundò vt non procedat, vbi inquit tunc mandatum præſumi, poſt alios quos citat, ita vt illi addere poſſis Io. Mari. Rimi. in l. pri. col. 13. verſi. adde etiam quòd vbi, & ibi Deci. col. 4. verſi. & ita primò dictum Bal. C. qui admit. Soci. iun. in d. conſ. 139. col. 2. verſi. ſed quicquid ſit, lib. 3. Cagno. in d. l. velle, nu. 151. vbi alios citat concor. idque declarat: quanquam Alex. in d. conſ. 81. lib. 3. & Deci. in d. aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. contradicant, videlicet enuntiationem quoq; in inſtrumento factam mandatum non probare: & quantùm ad ſcientiam,

&

& patientiã,illã ſcilicet eſſe neceſſariã,ſenſit & Balb. quo loco eũ ſupra pro contraria parte citauimus,dum reſpondens ad l. ſi filiusfamilias.C. de peti. hære. diuturnam,inquit,patris patientiam,& conſequenter etiam ſcientiam ibi interueniſſe: quod & clariùs ante eum voluit Goza.in conſ.94. an Illuſtriſſima,num.48. & ita etiam intelligendum opinamur quod ſupra de emphiteota diximus.

69 ℭ Non obſtat etiam dictum Ang. in d.l.qui in aliena,in prin.D.de acqui. hære. quia verum non videtur, & contra Ang. videtur tenere Imo. ibi. cir. med. dum inquit fortè non eſſe bonum ſimile quod Ang. adducit de bonorum poſſeſsione,quia ibi non fit præiudicium alicui in re ei quæſita: hic autem in re eius propria: præterea Ang. tamen expræſsè requirit tutoris authoritatem, vt de ea conſtare debeat, quoniam non præſumitur.l. quæcunque.§.fin.D. de publi. in rem actio. & dictum eſt ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. xxiij. quæ tutoris authoritas huic noſtro conſenſui aſſimilatur, vt ſæpe diximus.

70 ℭ Non ignoramus tamen quantùm ad caſum quando ſolennitas in inſtrumento non enunciatur, Crauet. nouiſſimè in trac. de anti. temp. parte 3. limita.7.num.27. & ſeq. aliter diſtinxiſſe,vt ſcilicet præſumatur quidem, ſed poſſit tamen contrarium probari, ita inquiens Caſtr. loqui in d. conſ. 81. lib.2. dum inquit ſententiæ ſolennitatem non præſumi,quando producuntur acta,ex quorum inſpectione apparet de nullitate ſententiæ,propter ipſorum actorum ineptitudinem,nam ratio illa eſt, ſecundùm Crauet. quia hoc modo citationis defectus clarè probatur per actorum inſpectionem, cùm in illis deſcribi ſoleant ſolennitates iudicij: cui addo ita ipſum etiam Caſtr. intellexiſſe Goza. in conſ.73. circa dubium,col.5.verſi. ad quartum, Cur.iun. in conſ.130. habita,col.2.num.4. & D.Io.Cepha. in conſ.47. tres ſunt, col.2.verſi. nec dicatur, lib.pri. Vnde ſecundùm Crauet. non meruit Caſtr. reprehendi à Deci. in d.conſ.341. & in conſ.558. quod tamen vltimum non reperimus, niſi illum citare voluerit in conſ. 409. ſupra à nobis commemorato: meruiſſet autem reprehendi Caſtr. (inquit Crauet.) ſi dixiſſet nullitatem ſententiæ probari ex ipſius ſolius ſententiæ ſine actis productione,ex qua apparet adhibitam non fuiſſe ſolennitatem, & ſimiliter ſi dixiſſet, ex productione inſtrumenti contractus, ex quo conſtet ſolennitatem in eo requiſitam non interceſſiſſe,probari ipſius contractus nullitatem & ſolennitatis omiſſionem,cùm potuerit aliunde ſolennitas adhiberi,& de ea in alia ſcriptura apparere.

71 ℭ Cui nos quoque ſententiæ accedimus quantùm ad id quòd poſſit probari contrarium, ſolennitatem ſcilicet non interueniſſe, quoniam iſta ſimplex eſt præſumptio,ideoq; contrariam admittit probationem,iuxta nota. per glo. fin. in l. ſiue poſſidetis, & ibi Docto.C. de probatio. cum ſimili. Et dum Crauet. vbi ſupra id intelligit,contrarium probari poſſe per contrariam quoque præſumptionem, hoc & nos admittimus, modò tamen contraria illa præſumptio fortior ſit iſta,ſecundùm ea quæ dicemus infra in fine,num.120.incip.ad quod etiam facit, puta ſi contraria præſumptio eſſet magis ſpecialis,ſecundùm ea quæ dicemus etiam in fine, num. 127. incip. quibus concinnit: & verum etiam videtur Caſtr. loqui quando contrarium euidenter probatur, cùm loquatur quando de relatione nuntij nõ coſtabat

per

per actorum exhibitionem, quo caſu Caſtr. hanc appellat probationē per facti euidentiam, cùm ſoleant nuntiorum relationes in actis inſcribi: cui dum inquit probationem quæ fit per facti euidentiam, optimam eſſe, adde hoc adeò verum eſſe, vt nunquam excluſa videatur poſt didicita quoque teſtificata, vt latè per Andre. Tiraq. in trac. retrac. titu. pri. §. 4. in glo. pri. num. *36.* incip. has autem, cum 2. aut *3.* ſeq. vbi infini. citat concor. ſecundùm quam Tiraq. opinionem nos aliquando iudicauimus, quæ etiam noſtra ſententia executionem habuit.

72 ℂ Sed quantùm ad id quod dicit Caſtr. ſolennitatem præſumi, licèt non ſit in actu enuntiata, ea ratione quòd aliunde adhiberi potuerit, quam etiā rationem attulit Deci. in d. conſ. 541. col. *6.* verſ. nec obſtat ſi dicatur, conſiderandum eſt hoc procedere poſſe in ſolenniiate quæ etiam ante vel poſt actum adhiberi poſſit, vt eſt in conſenſu, qui propter præiudicium conſentire debentis requiritur: ſed ſecus eſt in conſenſu de quo ſtatutum hoc loquitur, vt per omnia diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. xij. & ad hoc optimè facit quod dicit Deci. in d. conſ. 409. col. pri. verſi. nec obſtat illud, vbi declarando allegatum Caſtr. dictum in d. conſ. 81. lib. 2. inquit, quando in inſtrumento apparet interpoſitam non eſſe ſolennitatem, tunc verè dici, ſolennitatem ipſam tempore confecti inſtrumenti non fuiſſe adhibitam, quia ſi interueniſſet, veriſimiliter fuiſſet in inſtrumento expreſſa, ſed per hoc non inferri alio non potuiſſe die adhiberi: vnde concurrente temporis diuturnitate, pręſumi debet interceſſiſſe: quod & aſſeruit Crauet. quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 2. ex hoc enim intelligere potes Lector, quantùm ad caſum noſtrum, etiam ſi pręſumeretur ſolennitas in alio inſtrumento alio fortè die aut etiam hora interueniſſe, id tamen non prodeſſe, cùm hic conſenſus in ipſo actu aut incontinenti ſtatim ſit interponendus, vt diximus in d. quæſtio. xij. & xiiij.

73 ℂ Scias tamen Lector Deci. in conſ. 442. in cauſa in qua moleſtator, col. 4. verſi. nec obſtat ſi dicatur quòd immò, hanc regulam, ex temporis diuturnitate ſolennitatem præſumi, ſingulariter, quod maximè ad caſum noſtrum pertinet, limitaſſe, vt ſcilicet regula procedat in eo qui actum gerere poteſt: ſecus in eo qui nō poteſt, vt pupillus & minor prohibitus ſine certa ſolennitate contrahere, ea colorata ſatis ratione, quòd vbi veritas locum habere non poteſt, ibi nec fictio. l. qui ad certum. D. loca. cui alium tu quoque tex. addere potes in. §. minorem, inſti. de adoptio. quod Deci. dictū refert, ſed ita vt neſcias an ſequatur necne, Tiraq. in d. trac. præſcrip. §. pri. glo. 4. char. illius glo. 11. pag. 2. verſi. rurſus.

74 ℂ Verùm iſta Deci. limitatio nihil aliud eſt, vt & ſentit Crauet. in d. trac. de anti. tempo. parte 3. limita. 5. num. 52. quàm concluſionis deſtructio, ideoque nec vera videtur, cùm minor prælatus & huiuſmodi perſonæ ſine certa ſolennitate actum gerere nequeant, & tamen ſi gerant, præſumitur debita ſolennitas interceſſiſſe, eo ſcilicet modo quo ſupra diximus, vt per Docto. in locis ſupra allegatis, ſicque Deci. argumentum tollitur, cùm præſumamus ob temporis diuturnitatem ſolennitatem ipſam fuiſſe adhibitam, qua interueniente poſſunt pupillus, minor, & aliæ huiuſmodi perſonæ actum gerere: quod potiſsimùm procedit quoniam dicimus præſumptionem liquidam immò liquidiſſimam eſſe probationem. l. licèt Imperator,

vbi not. Docto. præſertim Iaſ. qui plures citat concor. D. de lega. pri.

75 ℭ Ex his autem omnibus,quæ ſupra diximus,inferri poteſt ad pulchram & arduam quæſtionem, ſuper qua aliquando conſuluimus vnà cum toto noſtro Comenſi collegio. In carceribus Reuerendi Patris Fratris Gaſparis Sacchi hæreticæ prauitatis dictæ Comenſis ciuitatis Inquiſitoris detenta erat mulier quædam nomine Maſiola lamia, quam ſtrigam vulgo vocamus,quæ de hæreſi conuicta & relapſa erat: ſed dubitabatur an iudici eſſet ſeculari tradenda,eò quia abiurauerat in manibus Reuerendi cuiuſdam Patris Fratris Sigiſmundi tanquam delegati dicti Reuerendi Inquiſitoris, & Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Comenſis, ſeu eius generalis Vicarij, de qua delegatione non conſtabat: veruntamen nos,attenta temporis diuturnitate, quoniam abiuratio facta fuerat lapſis iam annis xxxiiij. & concurrentibus alijs etiam coniecturis,de quibus infra, conſuluimus dictam mulierem vti relapſam brachio eſſe ſeculari tradendam, ſicuti poſtea tradita fuit, & igne combuſta, cum licentia Excellentiſſimi quoque Mediolani Senatus, quę ſemper ſolet adhiberi: in qua etiam ſententia fuit totum noſtrum Comenſe collegium,& etiam duo dictæ ciuitatis,ne dicam ſeculi, lumina, Reuerendiſſimus ſcilicet D. Io. Antonius Vulpius Comenſis Epiſcopus meritiſſimus,vir forenſibus in negotijs verſatiſſimus, & Illuſt. D. Io. Thomas Odeſcalchus Regius & Ducalis Mediolani Senator digniſſimus, vir vtique integerrimus & doctiſſimus,qui etiam retulit Reuerendiſſimum D.Hieronymum de Federicis Epiſcopum Martoranenſem ſibi ſignificaſſe, ſimilem in ciuitate Mantuæ quæſtionem olim accidiſſe,vbi Reuerendus Inquiſitor, cùm ei ab eius conſultoribus reſponſum fuiſſet, rem dubitationem habere,ſummum conſuluit Pontificem,qui cauſam Rotæ decidendam commiſſit, quæ auſa non fuit negotium terminare, ſed diffiniendum iterum dicto Inquiſitori remiſit, qui eam tandem ſententiam, in qua & nos fuimus, elegit: ſed quoniam ea in cauſa in noſtra Comenſi ciuitate verſa ſinguli collegę ſingula dedere vota,aliqui oretenus,aliqui in ſcriptis,ideo placuit votum noſtrũ,quod in ſcriptis,re priùs cũ nonnullis alijs collegis digeſta, dedimus, hic interſerere, quia ad hanc rem, de qua principaliter tractamus, nonnihil pertinet, tenor itaque illius talis eſt,videlicet.

76 ℭ In præſenti conſultatione,qua quæritur,an dicta Maſiola vti relapſa iudici ſit ſeculari tradenda, difficultas in eo verſari videtur, an delegatio in præfatum Reuerendum P. Fratrem Sigiſmundum,qui abiurationem recepit, facta præſumatur ex temporis diuturnitate: quo in articulo Doctores variarunt: nam Practi. Papi. in for. ſenten. diffi. in ver. cuius quidem commiſſionis,in fi. & Fely. in cap. ſicut, col.18. num.31. de re iudi. tenent præſumi: cuius rei diuerſum cenſuit Augu. Bero. in cap. quoniam contra, num.15. & ſeq. de proba. vbi dicit Inno. in cap. cùm in iure,de offi. dele. quem in id citant Practi. & Fely. id non dicere, ſed aliud,de quo infra: cuius Bero. opinio verior videtur, quia delegatio nihil aliud eſt quam mandatum,quod ex diuturnitate mille quoque annorum non pręſumitur,vt ibi Bero. inquit,aſſerens hanc communem eſſe opinionem,quod & verum videtur,quia vltra Bal.per eum allegatũ in l.2.C. ſi ex falſ.inſtru. idem etiã tenuerunt ipſe quoq; Bal.in l.pri.poſt prin.C.de reb.alie.nõ alie. Alex. in cõſ. 81. lecto,col.4.verſi. quarta ratione,lib.3. in conſ.pri. ponderatis, col.pen. verſi. non obſt. quòd poſt tempus,lib.4. in conſ.191. perſpecto,col.2.verſ.

non

non obſtat longitudo, & col.ſeq. in prin. lib.6. in l. qui in aliena, in prin. col.3.verſi. item adde quòd licèt.D.de acqui.hære. in l. ſciendum,nu.20.D. de verbo. obliga. Io. Mar. Rimi. in l.pri. col.13.verſi. vnam tamen.C. qui admit. Soci. in aut. ſi quis in aliquo,col.2.verſi. & pro hac, & ibi Deci.nu. 31. & 2.ſeq.C. de eden. iterum Soci. in conſ.254. viſa, col.2.verſi. ad hoc enim,lib.2. Cur.ſen. in conſ.49. Philippus Maria,col.14.verſi. ſextò adducere videntur,Fely.in cap. ſicut,col.17.verſ. ſextò aduerte,Iaſ. in conſ.140. communitas, col.2. verſi. item dicti homines, lib.4. iterum Deci. in conſ. 215. in cauſa,col.pri. Afflic.deciſio. 345. ſunt anni,col.4. & deciſio.368. in cauſa nobiliũ,col.pen.Marſi. in l. ſi quis ne quæſtio,nu.103.D. de quæſtio. in ſingu.323. diuturnitas,cir.med.verſi. tene tamen menti,Bertran. in conſ. pri. viſo proceſſu, num.33. lib.pri. in conſ.3. inſpecto, in 8.dub. poſt prin. lib.3. Franci.Balb. in trac.præſcrip. parte pri. tertiæ partis principalis,quęſtio.x. num.28. cum 2. ſeq. vbi communem hanc dicit opinionem, Rui. in conſ.41. de duobus,col.7. num.19. lib.pri. in conſ.28. in cauſa & lite,col. pen. num.19. lib.4. Pariſi. conſ.47. intentio dominorum, col.5. num.38. vol.pri. in conſ.36. quod prætenſa vnio, col.pri. verſi. nec dicta facultas, lib.4.Rip.reſpon.101. bene digeſta,in prin. vbi communem hanc dicit opinionem,Crauet. in conſ.266. in cauſa,col.fin.verſi. aliter etiam, lib.pri. D. Io. Cepha. in conſ.65. in pręſenti,num.16. vol.pri. qui etiam de communi ſententia atteſtatur:& licèt contrariam partem tenuerint plures quos refert & ſequitur Crauet. ſibi contrarius in conſ.317. in cauſa,col.2.verſi.vniuerſa difficultas, lib.pri. priorem tamen opinionem communiorem eſſe colligitur ex ſupra allegatis,vti etiam plures atteſtati ſunt.

77 ℭ Sed tamen his non obſtantibus contraria nos in ſententia ſumus,quoniam præſupponi videtur in facto dictam delegationem fuiſſe in ipſa abiuratione enuntiatam, quia ſcilicet abiuratum eſt coram dicto Reuerendo P. Fratre Sigiſmundo vti delegato dicti Reuerendi Inquiſitoris,& quia ex aliis quoque actis per dictum P. Fratrem Sigiſmundum factis, & confirmatis per dictum Reuerendum Inquiſitorem & Reuerendum D. Vicarium Epiſcopalem,conſtat dictos Inquiſitorem & Vicarium notitiam habuiſſe,qualiter P. Frater Sigiſmundus ſe pro delegato gerebat, quibus caſibus concordant Doctores mandatum præſumi, vt per Deci. in conſ.36. & pro tenui,col.4.verſi. non obſtat quòd mandatum,in conſ.486. viſis,col.fin.verſ. ſecundò principaliter,Goza. in conſ.11. in hac cauſa, col.2.verſi. præterea mandatum,iuncta col.3.verſ. præterea adduco,Soci.iun. in conſ.56. iuſtiſſimi iudices,col.3.verſi. ſecundò etiam,lib.pri.Cagno. in l. velle,col.9.verſ. poſtremò diligenter, vſque in fin.D. de reg.iur. Crauet. in d.conſ.317.col. 2.verſi. ſecundò reſpondeo, lib.pri. Tiraq. in trac. de præſcri.§.pri. glo.4. fol. illius glo.9. pag.2.verſi. iſtis autem duabus,& idem in omni alia ſolennitate, vt his ſcilicet caſibus præſumatur, licèt aliàs ſecus, voluerunt Fely. in d.cap. ſicut,col.18.verſ.ſeptimò & vltimò,& col.ſeq.nu.33.de re iudi. poſt Alex. quem citat, Deci. in conſ.341. viſo puncto, nu.13. dum allegat Fely. vbi ſupra, & Alex. in loco per Fely. commemorato, iterum idem Deci. in cap. quoniam contra, col.20.verſi. ſucceſſiuè Abb. num.29. ante med. de proba. Afflic. d.deci.368. num.7. & 8.

78 ℭ Secundò principaliter moueor quoniam agitata coràm Reuerendo P. Fratre Sigiſmundo,facta fuerunt parte præſente & non contradicente,quo

caſu opponi non poteſt de defectu delegationis per doctri. Bar. in l. pri. col.2.verſi. vltimò no.C. de relatio. cum concor. per Iaſ. adductis in l. quę dotis,num.77.D.ſolu.matri, & in ſpecie defectus delegationis tradit Inno. in cap. cum in iure,col.pri. cir.fin. in ver. de mandato,2. vbi ſequuntur Io. And.col.2.verſi. de commiſſione, Abb.col.pri. in fi.verſi. quo ad primum, & col.2.verſi. venio ad tertium, de offi. dele. Ang. in conſ.198. pro deciſione, poſt prin. Crauet. in d.conſ.266. col.pen.verſi. in duobus enim, lib. pri. vbi loquitur etiam in vniuerſitate,vt ex præcedentibus conſtat : quod eſt notandum ad id quod infra dicemus de. in integrum reſtitutione, cùm non dicat ibi Crauet.vniuerſitatem in hoc reſtituendam: nam minorem & vniuerſitatem,quod ad in Integrum reſtitutionem attinet,ęquiparari palàm eſt, ſecundùm communem Doctorum opinionem, de qua atteſtatur Deci. in conſ.42. & pro facultate, in fin.ver. & magis in ſpecie defectus delegationis Inquiſitoris hæreſis,vt ſcilicet huiuſmodi exceptio opponi non poſſit, ſi ſententia parte præſente & non contradicente lata ſit, tradit Chaſſa. deciſio.vni.titu. de præſump. ſub fol. nobis.183.vbi communem hanc eſſe opinionem aſſerit.

79 ℭ Confirmatur & tertiò noſtra hæc eadem ſententia, quia dictus Reuerendus P. Frater Sigiſmundus plures fecit actus, cùm contra plures lamias proceſſerit,ideo cum creditus fuerit mandatum habere,& proinde toleratus,valere debent geſta per eum,iuxta l. Barbarius.D. de offi. præto. Nec dicatur illam l. locum non habere in delegato, de quo tangitur ibi per Iaſ. qui neutram tamen opinionem expreſsè firmat, quoniam immò contraria communior eſt ſententia, quam tenent & atteſtantur Fely. in cap. cum dilecta,col.2.verſi. lex Barbarius, de reſcrip. & Deci. in cap. ſciſcitatus,num. 11. eod.titu.

80 ℭ Nec obſtat quòd dicta Maſiola ſit mulier, ideoque ei ſuccurri debeat in eo quod errauit in non faciendo ſibi delegationem oſtendi ab ipſo Reuerendo P. Fratre Sigiſmundo,quia reſpondetur,mulieri non ſuccurri niſi in caſibus à iure expreſſis.l.fi.vbi glo. & Docto.C. de iur. & fac.igno. cum concordan. per Andre. Tiraq. adductis in tracta. de poen. cau.11. in fi. & faciunt etiam dicta per eum eo in loco, nu.7.8.18. & 19. dum inquit mulierem,ruſticum, aliaſque huiuſmodi perſonas non excuſari ſi errant circa ius naturale,vel quaſi, vel gentium, vel in his quæ introducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, vel pro forma aut ſolennitate, vti conſtat de rigore iuris & ſolennitate eſſe,quòd pręſens in iudicio & non contradicens, ſibi præiudicet,vt ſupra diximus.

81 ℭ Non obſtat etiam quòd eadem mulier fuerit minor abiurationis tempore, & ideo curator ei dari debuerit ad proceſſum contra eam formandum,quia minor ſine curatore in criminalibus, etiam ſi confiteatur,ſibi nõ præiudicat.l. clarum.C. de aut. præſtan. & facit tex. in l. minor xxv. annis omiſſam.D.de mino. vbi minor læſus ob omiſſam aliquam exceptionem, reſtituitur,quoniam hæc difficultas ceſſat,ex quo audio datum ei fuiſſe curatorem,licèt dictam curam non viderim: præterea hic non agitur de concedenda aliqua reſtitutione,ex quo non petitur: item lapſum eſt quadriennium ad illam petendam conſtitutum.l.fi.C. de temp. in inte.reſti. cap.pri. de in inte. reſti. in 6. & cle. vni. eo. tit. & licèt dictum quadriennium non

currat niſi à die ſcientiæ ſecundùm Bal. in l. falſam, cir. med. C. ſi ex falſ. inſtru. cum ſimili. per Tiraq. adductis in trac. retrac. titu. pri. §. 35. glo. 4. nu. 43. tamen id intelligitur modò ignorantia ſit probabilis, ſecundùm Bal. vbi ſupra, & Cur. iun. in conſ. 6. circa has, num. 24. & 25. quæ hic probabilis non videtur, cùm agatur de facto ipſius mulieris, quæ præſens fuit agitatis contra ſe. Et facit etiam quia lapſi ſunt pluſquam xxx. anni, nam licèt dictum quadriennium ignoranti, vt iam diximus, non currat, præſcribitur tamen xxx. annis iuri dictam reſtitutionem petendi, ſecundùm Corn. in conſ. 244. videtur in hac, col. 2. verſi. his tamen, lib. 4. de quo tamen per Tiraq. vbi ſupra, num. 43. Quæ etiam omnia confirmantur ex nota. per Care. in trac. de hæreti. num. 114. & mul. ſeq. vbi inquit in crimine hæreſis non ſeruari iudiciorum ordines, & non admitti aduocatum, procuratorem, vel defenſorem, ſaltem quando conſtat quem eſſe hæreticum, vti in caſu noſtro, & hoc ſtantibus maximè priuilegijs ipſius Reuerendi Inquiſitoris, circa hoc, vt audio ampliſſimis. Sic itaque meum eſt votum, dictam Mariolam vti relapſam iudici eſſe ſeculari tradendam.

82 ℭ TRIGESIMO quæro, quid ſi ſtatutum expreſſum requireret conſenſum: an & tunc ea quæ ſupra diximus locum habeant: & Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 7. num. 44. cum quat. ſeq. concludit locum habere poſt Butri. Panor. & Alex. quos citat: cui addere poteris idem quoque in ſtatuto patris conſenſum in contractibus filijfamilias requirente voluiſſe Bal. in l. filiusfamilias, in fi. C. de peti. hære.

83 ℭ TRIGESIMOPRIMO quæro, an hic conſenſus immediata ſit dominij transferendi cauſa: & non eſſe, ſed cauſam præbere habilitandi perſonam transferentem, voluit Bal. loquens in ſtatuto conſenſum propinquorum in contractibus mulierum exigente, in l. mater tua, in fi. C. de rei vendi. quem refert & ſequitur Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. xx. ſub num. 177. vbi alios citat concor. trahitque id etiam ad conſenſum viri in contractu vxoris à ſtatuto requiſitum, apud quem etiam remiſſiuè comperies cuius ſit effectus indagatio iſta.

84 ℭ TRIGESIMOSECVNDO quæro, quid ſi vir aut agnatus mulieri contrahenti cõſentiens ignoret quid mulier agat: an valebit quod agitur, & putem non valere, per tex. in l. non multùm. D. de aut. tuto. vbi ita ſcribitur, non multùm intereſſe, an adfuerit tutor cùm negotium contraheretur, an præſens ignorauerit quale eſſet quod contraheretur, & ita per illum tex. multaque alia ſimilia tradidit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. xxij. vbi ex hoc inquit, ſi ſimulet vendere, & donet mulier, non valere contractum, vbi idem dicit Tiraq. ſi ſtatutum præſentiam requireret: cui addere poteris hoc etiam voluiſſe Bal. in cap. cùm in veſtri, nu. 2. de electio. & Marſi. de præſentia iudicis loquentem, in l. qui ignorans, num. 37. D. ad l. Corne. de falſ. Fely. in cap. cauſam matrimonij, col. 5. verſ. ſecundò allegant, de offi. dele. quod ideo tu lector annotare poteris ad glo. quoque 14. in ver. cum authoritate alicuius iuſdicentis.

85 ℭ TRIGESIMOTERTIO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, an præſens in dubio intelligere præſumatur, ita vt contrarium alleganti onus probandi incumbat: & Bar. in l. pri. §. fin. D. de aut. tuto. ſi

teſtis,

teſtis, inquit, dicat ſe præſentem fuiſſe, præſumi & intelligentem: ſubdens tamen Bar. ſecus eſſe ſi alium præſentem fuiſſe deponeret, quoniam non ſequitur, ergo & intelligentem fuiſſe, quia potuit vnus ab alio fuiſſe ſeparatus: quem referunt & ſequuntur Bal. in l.pri. cir. fin. verſi. adde, hic vnum verbum. C. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. & in cap. cùm in veſtri, num. 4. de electio. Ang. in §. ſi quis igitur, col.pri.verſi. ibi præſentibus, in aut. de fi. inſtru. Flori. in Iob. carmen. §. fi. D. de teſti. Butri. Abb. Cardi. Floren. & Imo. in cap. peruenit, 2. de teſti.cogen. iterum Abb. in proœ. Grego. col. 4. verſi. & hæc faciunt, & ibi Fely. col.fi. verſi. itèm inquantum, Docto. in l. pri. D. ſi cer. peta. in l. hæredes palàm. §. pri. D. de teſta. & in l. pri. in prin. D. de ver. oblig. iterum Imo. in l. 2. §. fin. col. 2. verſi. ſed ſi abſens, & ibi Alex. col. 3. verſi. in glo. in ver. ſed aſſiſtens (vbi reprobat Bal. ibi & alibi in loco per eum commemorato contrarium tenentem) Areti. col. 3. verſi. in glo. ſuper verbo, ſi abſens, Iaſ. ſubdubius tamen, col. 4. verſi. no. ex glo. Clau. Aquen. col.fi. verſi. in ea. in fi. & Rip. col. 4. verſi. in ea. glo. ibi quò ad animum, qui alios citant concor. D. ſolu.matri. iterũ Alex. in conſ. 180. in cauſa Angelorum, col.pri.verſi. & licèt ipſe teſtis, lib. 2. in conſ. 111. viſo ſuperiore, col. 3. verſi. nam licèt teſtis, lib. 3. Fely. in cap. cauſam matrimonij, col. 5. verſi. ſed vtrum, de offi. dele. in cap. cùm cauſam, col. 8. verſi. ſecundò declara, & col. ſeq. de teſti. vbi hanc latè materiam declarat, Iaſ. in rub. C. de in ius vocan. col. 2. verſi. & ita teneo, & iterum in l. pri. in fin. ver. D. eo. titu. Crauet. in conſ. 281. in hac cauſa, col. 3. verſi. ſecundò reſpondeo, lib. pri. & licèt multi ex his ſimpliciter loquantur, præſentem in dubio præſumi & intelligentem, tamen id accipiendum eſt vt ſupra diximus, cùm ſcilicet aliquis de ſuiipſius non etiam tertij præſentia deponit, cùm Bar. in id citatus ita loquatur: dictum enim Doctoris ſecundùm authoritatem, quam allegat, intelligitur, vt docet idem Bar. in l. non ſolum. §. ſi liberationis, col. 2. D. de lib. lega. Et iſta communis eſt opinio, vt atteſtatur Alex. in d. l. 2. §. fi. D. ſol. matri. quanuis ipſum Bar. in d. l. pri. §. fi. D. de aut. tut. aliter intellexerit idem Alex. in conſ. 134. in cauſa & lite, col. 2. verſi. Simon quartus teſtis, lib. 2. dum loquens de teſte de ſui ipſius præſentia deponente, inquit, non præſumi eum intelligentem fuiſſe, per doctri. Bar. in d. l. pri. D. de aut. tuto. & per glo. in cap. præſentium, in ver. interrogatoria, de teſti. in 6. cum ſimili. per eum alle. & per nos ſupra & infra cõmemoratis: ſed malè, vti etiã illum reprehendit Iaſ. in d. rub. C. de in ius vocan. nec contrariũ dicit glo. in d. cap. præſentiũ, quia tantùm inquit, ſi teſtis deponat ſe præſentẽ fuiſſe, poſſe partẽ, contra quam deponit, eum interrogari facere, an & viderit, quia potuit præſens fuiſſe & tamen non vidiſſe.

85 ¶ Ex quibus concludendum videtur in caſu noſtro, ſi notarius ſcripſerit in inſtrumẽto mulierem quid egiſſe præſente viro aut agnato, in dubio pręſumendum eſſe eum intelligentem non fuiſſe: cuius tamen contrarium verius arbitramur, quoniam quod dictum eſt cùm quis de aliena præſentia atteſtatur, intelligi de corporali non autem mentali, locum habet in teſte ſit oretenus deponente, non autem in atteſtatione in ſcriptis per notarium facta, quia tunc præſentia accipitur pro intelligentia, quoniam verba notarij ſunt cum effectu intelligenda, vt nota. in l. pri. C. de vſur. & in l. ſciendum. D. de verbo. obliga. & ita eſt de mente Bar. & Bal. in l. pri. C. de erro. aduo. & clariùs eiuſdem Bar. in l. coràm. D. de verbo. ſigni. & in trac. de teſti. cap. 15. incip. teſtis dixit aliquid ſcire, in fi. & ſequitur Soci. in conſ.

189. viſo teſtamento dominæ Marianæ, col.antep.verſi. ſed poſlet contra hoc, lib.2. Quam & nos opinionem ſequimur: quanquam Iaſ. ſubdubius tamen in d.l.2.§.fi. col.5.verſi. in contrarium facit. D.ſolu.matri. nihil intereſſe putet inter aſſertionem notarij & teſtis, volens vtroque caſu præſentiam cum intelligentia accipiendam, vbi reſpondet ad gloſ. in d.l.pri.C. de vſur. videlicet eam ibi reprehendi per Docto. & in l. ſciendum. D. de verbo.obli. ſed fallitur Iaſ. quia illam glo. in d.l.pri. ſequuntur ibi Iaco.Butri. Iaco. de Areti. Oldra. Cyn. in addi. licèt priùs contrariam ſententiam tenuiſſet, quam poſtea in meliùs mutauit, Bar. per totam l. Bal. col.pri.verſi. oppono, & videtur quòd ſolennitas, qui dicit ita tenere alios Docto. communiter, Albe. ante med.verſ. in glo. quando præſumitur, Ang. per totam l. Saly.col.2.verſi.opp.2. quòd ſolennitas, iuncta col.3.verſi. quæſtione iſta ſic deciſa, Caſtr. poſt prin.verſi. in glo. quæ incipit, quando quæritur, iterum Bar. in d.l. ſciendum, col.2.verſi.opp. & videtur, & in verſi. aut de ſolennitate formali, & ibi Ang. in lectu.col.pri.verſi. ſolennitas autem extrinſeca, & iterum in rep.col.3.verſi. ex prædictis autem, Caſtr.col.2.verſi. item adhuc contra, Imo. col.2.verſi. ſi quæritur, Alex.col.3.verſi. tertio limita, Areti.col.2.verſi. in ea.glo. ibi item no. & col.ſeq. qui communem hac dicit opinionem, Iaſ. ipſe col.10.verſi. quærit Bar. de ratione, Aquen. col.3. verſi. ſecundò principaliter, qui id declarant quomodo intelligatur: quam etiam glo. communiter approbari fatetur Roma. ibi in d.l. ſciendum, col. 2.verſi. ſed dubitatio maxima eſt, licèt ipſe alterius ſit ſententiæ, & quam glo. præterea ſequuntur idem Ang. & Imo. in l.his verbis.D. de duo. reis, Alber.Brun. in trac. de for. & ſolen.titu. de proba. & præſum.for.& ſolen. char. 8. col. illius char. 2. verſi. & præſentia, fol. omnium 85. Et ſi aliter teneremus, ſequeretur quòd omnia inſtrumenta corruerent, cùm notarij ſoleant in fine inſtrumentorum dicere, actum in tali loco, præſentibus pro teſtibus tali & tali, aut ſimilibus verbis vti: & quòd inſtrumentum hoc modo confectum valeat, conſuluit in ſpecie Caſtr. in quodam conſ. à me nuſquam tamen reperto, cuius initium fertur eſſe, ad primum quæſitum dicendum videtur, quòd hic tractetur: cuiusmodi tamen initium nullum reperitur: ſed illud ſic refert & ſequitur Fely. in d. procem. Grego. cir. fin. vbi & ipſe ex hoc dicit ſupradictam concluſionem, præſentem, in dubio præſumi, & intelligentem, procedere poſſe quando in inſtrumento aſſeritur quem præſentem fuiſſe, quod Caſt. conſ. ſequitur etiam ipſe Iaſ. in d. l. 2.§.fi. col. 6. verſi. confirmatur per illud.D. ſolu. matri.

87 ℭ Quanquam etiam quæ ſupra diximus de teſte, de alterius præſentia oretenus deponente, nobis limitanda videntur ſecundùm nota. per Bal. in l. teſtium, col.3.verſi. quæro igitur interrogatus, iuncto verſi. modò hic inſurgit.C. de teſti. vbi quando vnus, inquit, teſtis de alterius præſentia deponit, ſi ille alius neget ſe præſentem fuiſſe, ſi quæratur an hi teſtes contrarij dicantur, diſtinguendum eſſe, vt ſi verba ad præſentiam localem ſint relata, quia dictum ſit, ego nõ interfui in tali loco, ſine dubio alterum eſſe falſum: ſi autem ſermo ad mentalem præſentiam & abſentiam referri poſſit, tunc dicit Bal. ex hoc contrarietatem quidem non apparere, ſed tamen ſuſpicionẽ oriri, cuius ſuſpicionis ratione iudex de veritate inquirere debet, quod inquit de facto Paduę ipſo legente accidiſſe, & ibi per omnia ſequitur Saly. col.2.verſi. quæro igitur primò, & verſi.ſeq.

88 ℭ TRIGESIMOQVARTO quæro, an hic conſenſus ſit formaliter vt ſonat præſtandus, puta conſentio vel conſenſum præſto, an verò æquipollentia verba ſufficiant, puta ſi quis dicat ſe præſtare licentiam aut voluntatem, aut ſimilibus verbis vtatur: Et Ang. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, poſt prin. verſi. & debet ſemper. D. de acqui. hære. loquens de tutoris authoritate, quam conſtat cum hoc conſenſu, de quo loquimur, ſimilitudinis plurimùm habere, vt ſæpe diximus, per alia, inquit, verba quàm authoritatis præſtari non poſſe, vbi idē quoque dicit de prætoris authoritate in ordinamentis ciuitatis à ſtatuto requiſita, cuius infini. concor. cumulauit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 7. num. 3. vbi dum allegat Iaſo. in l. pri. col. 4. verſi. quartò nota. facit. D. de vulg. & pupil. voluit allegare de lib. & poſt. & vltra per eum adducta idem etiam voluit Soci. in conſ. 24. viſis, col. 8. verſi. cum ergo in terminis, lib. pri. & hanc eſſe opinionem aſſeruit Iaſ. in d. §. iuſſum, col. 2. ſub num. 13.

89 ℭ Sed contrarium, reprobata Ang. & ſequacium ſententia, tenuit Imo. in d. §. iuſſum, col. fin. verſi. & dicit etiam hic Ang. iunctis fina. ver. quanquam à Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, & à nonnullis alijs idē Imo. ibi cir. prin. allegetur ſibi contrarius in diuerſa eſſe ſententia, ſed falsò, quia Imo. ibi cir. prin. hanc quæſtionem non tangit, ſed tantùm d. col. fin. d. verſ. & dicit etiam hic Ang. vbi relata ipſius Ang. opinione, eam, inquit, eſſe notandam, veruntamen eam poſtea in fin. ver. reprobat, dum dicit, aduerte quòd contra Ang. videtur obſtare l. 3. cum glo. D. de aut. tuto. per quem tex. iſta pars contra eum verior videtur, hæc ille: quam poſteriorem ſententiam plures quoque alij ſecuti ſunt, quos etiam in vnum collegit idem Tiraq. vbi ſupra, num. 4. qui & eam ſequi videtur, & præterea Bal. in conſ. 290. hæ quæſtiones, cir. fin. verſi. item conſenſus, lib. 3. vbi allegat bonum tex. in l. etiam. D. de aut. tuto. & Chaſſa in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in glo. in ver. & autoritè, poſt prin. verſi. & aduerte: quam opinionem veriorem etiam fateri videtur Rom. in d. §. iuſſum, col. pen. in fi. verſi. pondera tamen, dum eam probari inquit in d. l. 3. cum glo. D. de aut. tuto. licèt dicat conſulendo non eſſe ab Imo. opinione, qua Ang. innititur, recedendum. Ex quibus omnibus colliges Lector hanc opinionem hodie communiorem eſſe, quicquid Iaſ. fuerit atteſtatus, quam ideo nos quoque ſequimur: pro qua etiam faciunt quæ dicemus infra in glo. 14. in ver. cum authoritate alicuius iuſdicentis, quæſtio. iij.

90 ℭ TRIGESIMOQVINTO quæro, an hic idem conſenſus in ſcriptis præſtari debeat: quod videtur per ea quæ dicemus infra in glo. 14. in ver. cum authoritate alicuius iuſdicentis, quæſtio. iiij. ſed ibi de authoritate iudicis locuti ſumus: ſed in conſenſu viri & agnati ſecus dicendum arbitramur, quia non reperitur expreſſum, tutoris authoritatem huic conſenſui ſimillimam, vt ſæpe diximus, in ſcriptis eſſe præſtandam, ideo & ſine ſcriptis præſtari poſſe concludendum eſt: de conſuetudine tamen ſolet hic conſenſus in ſcriptis accommodari, ſed id ad cautelam, vt facilior ſit probatio, fieri arbitramur: caſus autem in quibus de iure ſcriptura requiritur, ſi id ſcire cupias, comperies apud gloſ. in cap. pri. §. poſtquam autem, in ver. in ſcriptis, & ibi Docto. de cenſi. in 6. apud glo. & Doctor. in l. pri. vbi Iaſ. col. 12. verſi. in fi. glo. qui concor. citat. C. de iur. emphi.

91 ℭ TRIGESIMOSEXTO quæro, an interrogationem præcedere oporteat antequam conſenſus iſte præſtetur: quod videtur, ſicuti in ſtipulatione obſeruatur, quæ aliàs inutilis eſt l. pri. in prin. D. de verbo. obliga. & inſti. eo. titu. in prin.

92 ℭ Veruntamen contrariam opinionem probamus per tex. in l. etiam ſi non interrogantis. D. de aut. tuto. vbi dicitur tutoris authoritatē, quæ huic conſenſui proximè accedit, vt ſæpiſſimè diximus, nulla quoq; interrogatione præcedente præſtitā valere, modò dicat tutor ſe probare id quod agitur.

93 ℭ TRIGESIMOSEPTIMO & vltimò quæro, quid ſi per vim aut metum conſenſus iſte præſtitus fuerit, quia vir aut agnatus inuitus conſenſerit, an valeat quod à muliere actum eſt: quod non arbitramur per tot. titu. D. & C. de eo quod met. cau. & per tex. noſtrum ad propoſitum magis facientem in l. pri. §. fi. D. de aut. tut. vbi ſi tutor inuitus detineatur, vt authoretur, non valet quod agitur.

94 ℭ Quod tamen intelligendum opinamur, modò talis ſit vis aut metus, qui in conſtantem virum cadat, quoniam id generale eſt, vim metumque non excuſare, nec actum irritum facere, niſi ſit huiuſmodi. l. metum, pri. & 2. & ibi glo. Bar. & Ang. poſt prin. D. de eo quod met. cau. l. 2. §. fin. & l. ſeq. vbi id optimè declaratur quomodo intelligatur. D. ex qui. cau. maio. l. ſi quis ab alio, in prin. & ibi Docto. D. de re iud. l. fin. C. de his qui per met. iud. non appel. l. vani timoris, & ibi glo. D. de reg. iur. l. inter poſitas, & ibi Bar. & alij id latè declarant. C. de tranſac. cap. veniens, cap. conſultationi, vtrobique in fi. & ibi glo. & Docto. de ſponſa. cap. cùm dilectus, de his quæ ui metuſue cau. fi. glo. in cap. quod locum, in ver. metus, & ibi Docto. de ſponſa. Bal. in rub. C. de reſcri. vendi. poſt med. verſi. item requiritur quòd ceſſet, vbi idem dicit de dolo, Barba. in conſ. 53. præclarè, col. 6. verſi. & facit ſimile, lib. 2. Deci. in cap. cauſam matrimonij, col. pri. de offi. dele. in cap. fin. col. etiam pri. de appella. in l. in omnibus cauſis pro facto, & ibi Cagno. vterque, col. pri. & 2. D. de reg. iur. Panta. Cremen. in rep. l. 2. num. 157. C. de res. vendi. Marſi. in ſingu. 407. non omnis, vbi extendit id procedere etiam in actu à muliere inuita & coacta geſto, dicitque ſe ita practicaſſe: ſuper quo tamen videbis Deci. in locis ſupra allegatis: qui autem metus dicatur in conſtantem virum cadere, videbis Barba. in conſ. 60. ſapienter ſcripſit, col. pri. & ſeq. lib. pri.

GLOSSA OCTAVA IN VER.

MARITI.

1 PRIMO quæro, an, quando maritus contractui per mulierem celebrato conſenſit, teneatur exprimere ſe maritum eſſe: quam quæſtionem in ſtatuto diſponente maritum poſſe vxoris nomine rem ab ipſius vxoris conſanguineo venditam eodem pretio retrahere, tetigit Tiraq. in tracta. retrac. titu. pri. §. 10. glo. pri. & vni. num. 2. & 3. vbi concludit teneri, quia aliàs in dubio videretur proprio actum nomine celebrare, ſicuti dicimus in procuratore, qui ſimpliciter contrahens, ſuo videtur non domini nomine contrahere, niſi ſe procuratorem aſſerat, per tex.

tex. in l. & magis. D. de ſolutio. cum concor. per ipſum Tiraq. adductis: quod & præterea voluit Bar. in l. ſi quis mihi donatum, col. 2. verſi. ſed quęro quid in dubio. D. de dona. & in l. pri. §. nuntiatio, col. 2. verſ. tu dic quandoque. D. de nou. oper. nun. & in caſu de quo loquitur Tiraq. id etiam ante eum ſcripſit Ferro. in conſue. Burdi. titu. de retrac. §. 19. poſt prin.

2 ℭ Contrariam tamen opinionem, videlicet procuratorem in dubio, & ſi procuratoris nomen non exprimat, procuratorio tamen nomine videri contrahere, licèt Tiraq. non dicat, tenuerunt glo. in l. qui in aliena. §. ſi is qui putabat, in glo. mag. poſt med. verſi. & fortè ideo hic, & ibi clariùs Bar. cir. med. verſi. & ex hoc reſponſo nota, & Ang. cir. prin. verſi. & dixit Bar. Imo. cir. med. verſi. & facit iſte tex. Caſtr. ante fin. verſi. vltimò Bar. Roma. etiam ante fin. verſi. no. glo. ex qua, qui limitat, niſi mandatarius mandatum repudiauerit, vel niſi mandatum iam longo tempore factum ſit (de quo tamen vltimo vide etiam Iaſ. in §. ſequen. inſti. de actio. quo loco eum ſtatim citabimus) Alex. col. pri. verſi. extra gloſ. Areti. col. etiam pri. verſi. & ſecundùm iſtã, & Iaſ. col. 3. in prin. nu. 11. & 12. dum ſe remittit ad alibi dicta per eum. D. de acqui. hære. idem Bar. poſt Dyn. in l. poſt dotẽ, col. 2. verſi. ſecundò quòd procurator, & ibi Imo. col. 2. in fi. verſi. nona lectu. Alex. col. pri. verſi. quartò no. & iterum col. 5. verſi. vlteriùs ex eadem lectu. & Iaſ. col. 12. verſi. circa ſecundum. D. ſol. matri. Rom. in conſ. 91. viſis, col. 3. verſ. ſecundò idem probatur, iterum Alex. in l. pri. §. nuntiatio, col. 4. verſi. item adde ſi dominus, & ibi Iaſ. col. 3. verſi. prima concluſio eſt. D. de no. oper. nun. idem Alex. in conſ. 25. viſo inſtrumento, col. fi. verſi. ad idem tex. lib. 2. repe. pauciſſimis quibuſdam tantùm verbis mutatis, in conſ. 90. lib. 3. & idem etiam Alex. in conſ. 197. circa primum quæſitum, poſt prin. verſi. immò etiam, lib. quoque 2. Ang. Areti. in §. ſequens, col. 5. verſi. & etiam aduertas, & ibi Iaſ. ſubdubius tamen, col. 6. verſi. ad vnum tamẽ, inſti. de actio. Fely. in cap. cùm M. Ferrarienſis, col. pri. cir. fin. verſi. adde etiam quod no. Bar. de conſtitu. quibus in locis comperies nonnullis id modis declarari. Nos autem quid hac in re ſentiamus, ſequenti in quæſtione ſubijciemus.

3 ℭ SED HIC illud quoque ſecundo loco quæritur, vbi priorem ſequamur opinionem, an non tantùm teneatur maritus ſe maritum nominare, ſed etiam dicere maritali ſe nomine conſentire: quod non videtur, ſicuti & in procuratore conſtitutum eſt, qui non tenetur exprimere ſe procuratorio nomine actum gerere, vt illum ad vtilitatem domini geſsiſſe videatur, vt voluit glo. in l. quacunque ratione, in ver. procurator. D. de procura. cum concor. per Tiraq. adductis in d. tracta. retrac. titu. pri. §. 10. glo. vni. num. 4. qui id etiam trahit ad ſtatutum de quo ipſe loquitur, concedens marito ius redimendi nomine vxoris rem à conſanguineo dictæ vxoris diſtractam, vbi dum allegat Bar. in l. pri. §. nuntiatio, col. 2. verſi. aut apponitur nomen. D. de no. oper. nun. adde quòd idem Bar. ibi in col. 3. verſi. item dico, contrarium velle videtur, dum loquens generaliter de gerente actum alieno nomine, inquit, ſicut procurator dicere debet procuratorio nomine, ſic tutor tutorio, defenſor defenſorio, pater paterno, & adminiſtrator adminiſtratorio: ſed dici poteſt Bar. ibi loqui quando quis non expreſſit nomen officij, puta procuratoris, cùm eo caſu Bar. ibidem priùs aſſeruerit id ſufficere, vt videatur actum facere nomine domini, quoniam correctio quæ ex ſequentibus verbis reſultat euitanda eſt. l. non ad ea, & ibi

gloſ.

gloſ. & Docto. D. de condi. & demon. & vltra per Tiraq. allegata, hoc idem, procuratorem ſe procuratorem aſſerentem, licèt procuratorio nomine ſe actum celebrare non exprimat, videri tamen illum gerere nomine domini, voluit Io. And. in Specu. titu. de procura. in rub. ante fin. verſi. dubitatum vidi, vbi aſſerit ita obtentum fuiſſe, Ang. in l. ſi pupilli. §. pri. col. fi. verſi. vltimò eſt videndum. D. de neg. geſ. Imo. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus, col. 4. verſi. tu adde. D. de ver. obli.

4 ¶ Verùm vt ambas has quæſtiones vnica nos ſententia terminemus, quantùm ad caſum noſtrum ſic diſtinguendum arbitramur, quòd aut ex aliis inſtrumenti verbis colligitur eum eſſe maritum, conſenſumque vti maritum accommodare: & tunc ſatis ſtatuto factum videatur, ad quod facere videtur quod diximus ſupra in gloſ. præceden. quæſtio. xxxiiij. Et poteſt exemplũ poni ſi dicatur, Titiæ vxori contrahenti cõſentit Seius: nam licèt his verbis nõ exprimatur nomẽ mariti, ſatis tamẽ expreſſum videtur ob expreſſionem nominis vxoris, cùm vir & vxor ſint correlatiua, quorum alterum ſine altero eſſe non poteſt. l. fin. cum ibi nota. per Docto. C. de indic. uidu. tollen.

5 ¶ Et idem dicendum videretur, ſi diceretur, Titiæ contrahenti Seium ſecundùm formam ſtatutorum ciuitatis Mediolani conſenſum præſtare, per nota. per Tiraq. in d. glo. vni. num. 5. dum inquit, ſi actum gerens exprimat cauſam quare eum gerat, præſumi feciſſe nomine illius ad quem cauſa ſpectat, ex hoc inferens, ad virum dicentem ſe velle retrahere rem à conſanguineo vxoris venditam, vt id ſufficiat, licèt non exprimat ſe id facere vti maritum & maritali nomine, per tex. in l. ſi pupilli. §. pri. D. de neg. geſ. hoc ſatis probantem in illis verbis, vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet, & ibi hoc not. Bar. col. 2. verſi. ſi verò nõ dicit, vti allegatur à Tiraq. vbi ſupra, ſed nobis eſt col. pri. poſt med. verſi. ſi verò non dixit: quo tamen in articulo animaduertendum eſt Bar. hoc intelligere quando is cum quo contrahitur ſcit eum eſſe procuratorem, vti etiam loqui videtur ille tex. in illis verbis, ſi creditori tuo, ex quo & in caſu noſtro hoc intelligendum eſſet, modò cum muliere contrahens ſciat eum qui illi conſentit illius virum eſſe: ad quod etiam facit quod in ſeq. verſi. ſubijciemus: vide tamen omnino ad prædicta quod dicemus infra in glo. 16. in ver. iurante marito vel agnato, quæſtio. pri.

6 ¶ Sic & idem eſſet ſi res ſuper qua contractus celebratur ſolam ad mulierem pertineret, ſi hoc ſciat qui cum ea contrahit, ſciatque etiam conſentientem illius maritum eſſe, vt in tutore actum ad ſolum pupillum pertinentem ſimpliciter faciente, vt tutorio nomine feciſſe videatur, probat tex. in l. poſt mortem. §. pri. & ibi not. glo. in ver. rectè recuſat, & Bar. in ſumma. & in pri. oppo. D. quan. ex fac. tuto. & in l. fin. & ibi etiam Bar. D. eod. titu. & not. idem Bar. in l. 3. §. ſed & quod de tutore, cir. med. D. iud. ſol. vbi id intelligit modò vterque contrahentium ſciat eum eſſe tutorem, in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, col. fin. verſi. facit quia actio, dum citat glo. ſupra allegatam. D. de ver. obli. Quòd & in procuratore conſtitutum eſt ſecundùm eundem Bar. in l. pri. §. nuntiatio, col. 2. verſi. fateor tamen, & ibi Iaſ. col. 4. verſi. ſed ad iſtam quæſtionem. D. de no. oper. nun. eundem Iaſ. in l. poſt dotem, col. 13. verſi. limita quando eſt res. D. ſol. matri. Ad quod

etiam

etiam facit, quia tutor faciens id ad quod tenetur, intelligitur tutorio nomine facere, etiam ſi proprio exprimat.l. Lucius.§. tutorem, vbi illum tex. ita ſummat Bar.D. de admi.tuto. idem Bar. in l. Titium aut Meuium,col.2. verſi. & regula eſt, eo.titu.

7 ℭ At ſecus ſi res ſuper qua contrahitur etiam ad virum pertineat, & ſic ſi actus poſſit vtroque modo & proprio & maritali nomine celebrari, vt ſatis ex prædictis colligitur,præſertim ex his quæ ſupra in pri.quęſtio. in prin. adduximus: & licèt non deſint qui contrarium teneant,quos & nos ibi recenſuimus, tamen præſuppoſito etiam quòd contraria opinio verior eſſet, non obſtaret in caſu noſtro,quia qui contrarium tenent,mouentur propter præcedens mandatum, quod noſtro in caſu non militat: præterea & eorũ opinio intelligitur quantùm ad dominum, vt ipſe habeat contra procuratorem mandati actionem,& è contra: non quantùm ad contrahentem cum eo,quia contra eum non habebit dominus actionem, niſi ille hoc ſciuerit: & ita loquitur Bar. & alij in d.l. qui in aliena.§. ſi is qui putabat.D. de acqui.hære. & ſequitur etiam Ang.in d.l. ſi pupilli.§.pri.cir.fin.D.de neg.geſ.

8 ℭ TERTIO hic etiam oportunè quæro,quid ſi maritus in aliquo actu per mulierem celebrato vti maritus conſenſerit,deinde in alio per eandem mulierem facto ſimpliciter conſenſum præſtiterit, an videatur vti maritus conſenſiſſe: & Bar. in l. qui mihi donatum, col.ſi.verſi. aut contractus fuit celebratus procuratorio nomine.D. de donatio. loquens in procuratore, qui contractum procuratorio nomine celebrauit, & traditionem poſtea ſimpliciter recepit, diſtinguit, vt ſi incontinenti poſt contractum eam receperit, qualitas illa procuratorio nomine repetita videatur: ſi ex interuallo ſecus.

9 ℭ Verùm qualitatem hanc procuratorio nomine repetitam intelligi etiam in actu ex interuallo celebrato, contra Bar. tenuiſſe videtur Alex. in appo. ipſius Bar. in d. l. qui mihi donatum, in ver. intelligitur, poſt alios quos citat.D. de dona. & præter allegata per eum ipſe etiam Bar. in l. qui ſeruum.D. de inter. actio. in d.§. Chriſogonus,col.fin.verſi. item pone incipit, vbi ſequuntur Rapha. Cuma. qui meo in libro illum.§. legit ſub.§. ſi duo rei, col.fin. verſi. & hinc ſumpta occaſione, dum ſe ad Bar. remittit, Caſtr. col. ſi. verſi. tertiò no. Imo. col. pen.verſi. ſi verò eſt de acceſſorijs, Alex. col.pen.verſi. item facit ad quæſti. & Iaſ. col.11. verſi. per iſtum tex. infert ſignanter Bar. iterum Alex. in l.pri.§. nuntiatio,col.3. num.15.D. de no.oper.nun. quæ poſterior opinio verior videtur,quando ſecundus actus pendentiam habet à priori,quo caſu cum per ipſum priorem actum res cęperit pertinere ad dominum, conſequens eſt vt & ſecundus nomine eius, ad quem ea res pertinet,celebratus videatur,ſecundùm ea quæ diximus ſupra num. ab hinc 3. incip. ſic & idem: & ita arguit ipſemet Bart. in d. §. Chriſogonus, col. ſi. verſi. facit quia actio: & ideo malè locutus videtur idem Bart. in d. l. qui mihi donatum, cum & ibi loquatur de ſecundo actu connexitatem habente cum priori: immò quia Bart. ibi loquitur de executione contractus, ſcias Lector beneuole, quantùm ad ſtatutum hoc noſtrum, ſi interueniat viri conſenſus in celebratione contractus, non requiri iterum in illius executione, per ea quæ diximus ſupra in gloſ.3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſt.xxiij.

10 ℂ SED SI, & iſta quarta ſit quæſtio, ſecundus actus à priori nullam habeat pendentiam, & tunc placet ea opinio, vt diſtinguamus an ex interuallo, an uero incontinenti ſecundus ſit actus celebratus, ſecundùm doctri. Bar. in d.l. qui mihi donatum.D. de dona. & ita intelligendo Bart. ſibiipſi reconciliatur: & quantùm ad id quando incontinenti ſecundus actus diuerſus à priori ſequitur, vt nihilominus qualitas illa maritali uel procuratorio nomine repetita videatur, faciunt quæ diximus ſupra in glo. præced. quæſtio. xiiij. & quæ latè cumulauit Tiraq. in trac. retrac. titu. 2. §. pri. glo. 5. per totam, ita vt non omittamus tex. ad hanc rem, de qua tractamus, maximè pertinentem in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. D. de eden. vbi ſi dies & conſul in libro rationum poſiti ſint in ratione Titij, in mea quoque ſequenti repetiti intelliguntur, vbi Bar. & alij id intelligunt modò ratio mea ſequatur abſque interuallo, hoc etiam trahentes ad plura inſtrumenta ab eodem notario rogata, vt ſcilicet ſi poſt vnum inſtrumentum diem & conſulem habens ſequatur aliud ſine die & conſule dimiſſis aliquibus chartis intermedijs non ſcriptis, tunc repetitioni locus non ſit.

11 ℂ QVINTO quæro, ſi Titiæ contrahenti Seius tanquam eius maritus conſenſit, an ex hoc probatum inter eos matrimonium dicatur: ſuper quo cum ex facto conſulti fuiſſemus, reſpondimus probatum non videri quò ad ipſos Titiam & Seium, quia ſcilicet per hanc nominationem crimen fornicationis non euitabunt: ſecus tamen quò ad eorum filios, quoniam hi ex ipſa nominatione, ſi cohabitatio cõcurrat, legitimabuntur, ſecundùm nota. per Inno. in cap. ex parte, col. fi. in prin. verſi. item oportet, de reſti. ſpoli. quem ſequuntur Abb. in cap. lator, col. 2. verſ. in glo. pen. qui fili. ſint legi. Fely. in cap. illud, cir. fin. vbi eſt bonus tex. de præſum. Deci. in conſ. 153. in effectu, col. 2. verſi. & videmus quòd licèt: Quæ etiam opinio, matrimonium ſcilicet quò ad ipſos nominantes non probari, hodie nullam habet dubitationem ſtante concilio Tridentino, ſeſſio. 24. decreto de reforma. matri. cap. pri. matrimonia ſine publicatione aliaque quadam ſolennitate facta irritante.

12 ℂ SEXTO quæro, quid in ſponſo, an & eius conſenſus in contractibus ſponſæ ſit neceſſarius: quam quæſtionẽ latiſſimè tetigit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 2. in prin. vſque ad num. 45. concludens non eſſe, ſentiensque id etiam procedere in ſponſa de præſenti, dum num. 20. incip. ex his, & 21. inquit plurimos ex his quos ſupra in hanc partem citauit, loqui etiam in ſponſa de præſenti, & eorum opinionem proculdubio procedere in ſponſa de futuro, & licèt Tiraq. ibi loqui videatur quò ad hoc vt ſtatutum diſponens vxorem tranſire in poteſtatem viri, locum habeat in ſponſa, tamen idem etiam ſentit in ſtatuto noſtro prohibente vxorem contrahere ſine conſenſu viri, ex quo conſuetudo de qua loquitur vtrunque continebat: & ita ſeipſum intelligit idem Tiraq. in tracta. retrac. titu. pri. §. 10. glo. vni. num. 8. incip. an autem: & vltra per Tiraq. allegata, eandem ipſius opinionem tenere videtur Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in glo. 2. in prin. dum intelligit verbum maritus poſt contractum & perfectum matrimonium, & ſecutã carnalem copulã: eſt verũ quòd conſuetudo, de qua ipſe meminit, loquebatur poſt conſumationem matrimonij, ſed ſuper hoc ſe Chaſſa. non fundat, & Ferro. in conſue. Burdi. titu. de ſta. & iur. perſo. §. 3. col. 7. verſi. in ſponſa.

13 ℭ Nos tamen contrariam veriorem arbitramur opinionem, per ea quæ Tiraq. vbi ſupra pro hac parte adducit, præſertim per tex. noſtrum ad caſum proximè accedentem, in l. lex Iulia. D. de fun. dota. vbi lex Iulia prohibens fundum dotalem maritum alienare, ſponſum quoque comprehendit: & quia ſtatutum diſponens virum præmortuæ vxoris dotem lucrari, locum etiam habet in ſponſo: ita enim quicquid dixerit Tiraq. vbi ſupra, num. 19. hæc communior videtur opinio, vt colligitur ex ipſomet Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, num. 223. incip. ſed & denique, iuncto num. 230. incipi. ſimiliterque, C. de reuo. dona. & ex Natta in conſ. 282. quamuis, in pri. dub. lib. 2. qui & eam opinionem tenet, quam & præterea tenuit Cur. iun. in l. pri. col. 2. num. 9. & 10. C. vn. vir & vx. ſuper quo tamen, quia ſunt qui diſtingunt, videbis Corn. in conſ. 248. in præſenti, ferè per totum, lib. 2. Deci. in conſ. 577. viſo copioſo, per totum, Ferro. in conſue. Burdi. titu. de dote. §. 6. col. 3. verſi. ſed an conſuetudo noſtra, & col. ſeq.

14 ℭ Nec obſtat præcipuum eorum, qui contrarium tenent, fundamentum, quòd vbi ſponſa vxoris appellatione comprehenditur per quandam id eſt interpretationem atque improprietatem, quæ in ſtatutis non admittitur. l. 3. §. hæc verba. D. de neg. geſ. cum ſimi. maximè cum ſtatutum iſtud ſecundùm Tiraq. ſit odioſum, quo caſu in odioſis ſponſa non venit appellatione vxoris, ſecundùm glo. in d. l. ſolet. §. pri. in glo. vlti. & ibi Bal. cir. prin. D. de his qui not. infa. cum alijs concor. per Tiraq. allegatis in d. tracta. de legi. connu. glo. 2. num. 25. incip. neque huic, quia reſpondetur, quicquid ſit in conſuetudine, de qua Tiraq. loquitur, hoc noſtrum ſtatutum conſtat eſſe fauorabile, vt aſſeruimus ſupra in præfatio. in 2. dub. vnde licèt loquatur de vxore, ad ſponſam tamen trahendum eſt, per cap. odia, de reg. iur. in 6. etiã ſi dicamus eam inpropriè vxoris nomine ſignificari, per ea quæ diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, num. 22. incip. nec prædictæ: & ita rectè intuenti probat tex. in d. l. lex Iulia. D. de fun. dota.

15 ℭ Quam opinionem præſertim procedere arbitramur in ſponſa de præſenti, vti Docto. in locis præallegatis loquuntur: quod & in ſtatuto diſponente mulierem nuptam habere debere vſumfructum in bonis viri prædefuncti, vt ſcilicet & in ſponſa de præſenti locum habeat, voluit D. Guido de More. in quodam conſ. per Chaſſa. relato, in conſue. Burgun. rub. 4. §. 6. in glo. in ver. mariee: & in ſtatuto concedente marito vxoris nomine retrahere poſſe rem ab ipſius vxoris conſanguineo venditã, Arnol. Ferro. in conſue. Burdiga. titu. de dote. §. 6. in fi. & iterum. §. 23. eiuſdem titu. col. fi. verſi. ſed an ſponſus, dũ ſe remittit ad dicta vbi ſupra: & licèt idem Ferro. loco præallegato contrarium dicat in ſponſa de futuro, nos tamen in ea idẽ arbitramur quod in ſponſa de præſenti, per tex. in d. l. lex Iulia, quæ ſimpliciter loquitur in ſponſa. D. de fun. dota. & per meliorem tex. qui venit ad illius declarationem in l. non ſine. C. de bon. quæ lib. vbi dicitur quando ſuggerit æquitas, & ſic in fauorabilibus ſponſam & quæ matrimonium non contraxit, vxoris nomine ſignificari, & ibi ita not. Cyn. & alij.

16 ℭ SEPTIMO quæro, quid in viro putatiuo, quem ſcilicet habere non licet: quam etiam quæſtionem latè diſputauit Tiraq. in tracta. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. xxxiij. vbi multa in vtranque partem adducit, neutram

tram tamen opinionem expreſsè firmans: quam etiam quæſtionem remiſsiuè tetigit idem Tiraq. in trac. retrac. titu. pri.§.10. glo. vni. num.9. incip. ſed vtrum. Verum tibi Lector candide hoc in articulo poſteriorem opinionem per Tiraq. relatam, & ſic affirmatiuam, ſequendam ſuademus, quoniam quum de fauore mulieris agitur, putatiuum matrimonium veri priuilegia conſequitur, vt per Tiraq. in d. glo.8. num.259. incip. verùm hæc, licet ibi in verſi. ſeq. conetur probare id etiam procedere quando agitur de fauore viri: ſed hoc noſtrum ſtatutum in ipſius mulieris fauorem introductum eſſe conſtat ex his quæ diximus in præfa. per totam.

17 ℭ Quam opinionem ſaltem procedere arbitramur, quando vxor putatiua non iniuſtè vera putabatur, quæ tamen non erat ob aliquod impedimentum viro non abre ignotum, ita quòd pro vera habebatur & tractabatur, per ea quæ voluit Bar. in l. ſi vxor. §. ſed ſi ea. D. ad l. Iuli. de adul. & Bal. in l. non ignorat, col.2. verſi. vel aliter in hoc puncto, qui id declarat. C. qui accu. non poſ. & Tiraq. in d. glo.8. num.246. incip. ego verò: faciunt & quæ nos diximus ſupra in glo. pri. num.214. incip. ad idem facit, & ſeq. & quæ dicemus infra hac eadem glo. quæſtio. xxiiij. ita tamen vt memineris Lector, etiam ſi vera contraria eſſet opinio, non tamen dicendum foret ſolam poſſe mulierem contrahere, ſed agnati conſenſus eſſet adhibendus, ex quo præſupponimus hunc maritum pro nõ marito habendum.

18 ℭ OCTAVO quæro, quid ſi vxor duos habeat viros, vti aliquando contigiſſe memores ſumus, vnum ſcilicet verum, alterum putatiuum, quia priorem fortè mortuum exiſtimans alteri nupſit, cuius conſenſu contraxit, an ſi poſtea reperiatur priorem viuere, qui conſenſum non præſtitit, valeat quod geſtum eſt: quam quæſtionem idem etiam Tiraq. tractauit in d. glo. 8. quæſtio. xxxij. vbi allegat Bal. in conſ. 132. incip. verus maritus, lib.4. ſubobſcurè ſentientem non valere: ipſe tamen Tiraq. ſe remittit ad ea quæ in ſequenti quæſtione tractauit, de qua & nos in proximè præcedenti quæſtione diſſeruimus: ibique etiam Tiraq. alia quædam remiſſiuè adducit: cui & tu, vltra per eum allegata, addere poteris ipſum etiã Bal. ſequi Cattel. Cot. memo. incip. ſtatutum quòd vxor, in ſi. & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§. pri. in glo. in ver. contraulz entre les viſz, col. 5. verſi. ſed quæro pone quòd mulier.

19 ℭ Nos tamen in hac ſumus ſententia, quòd aut vxor ab abſente viro vllas vnquam literas recepit, nec aliter de eo notitiam habuit, ita quòd eum credens mortuum cum alio matrimonium contraxit, & tunc valeat obligatio per eam cum conſenſu ſecundi mariti celebrata: ſecus ſi de illius vita aliquam habuit ſcientiam: hoc autem nobis apertiſſimè probari videtur ex eo quòd priore caſu ei licuit ſe cum alio viro matrimonio copulare: poſteriore non vtique. xxxiiij. quæſtio. pri. & 2. cap. pri. vnde quando fuit in culpa in contrahendo ſecundo matrimonio, non debet valere contractus per eam cum conſenſu huius ſecundi viri celebratus: ſecus quando non fuit, ſecundùm ea quæ in præcedenti quæſtione diximus: & facit l. Gracchus. C. ad l. Iuli. de adul.

20 ℭ Nec obſtat ſi dicatur reuerſo priore marito cogi mulierem ad eum redire, non obſtante quòd poſteriori nupſerit nulla prioris notitia habita,

d. cap.

d. cap. pri. quia per hoc non irritatur quæ mulier bona fide interim geſſit cum poſteriore viro putatiuo: quod apparet, quia non dicitur adultera niſi quum incipit notitiam prioris viri viuentis habere, & ſe à poſteriori non abſtinet, cap. ſi virgo, eadem cau. & quæſtio. & facit etiam ad hoc tex. notabilis in l.fi.§.pri.C. de ſen. paſ.

21 ℂ Accedit etiam quòd idem videmus in prælato putatiuo, cuius factum non prodeſt nec nocet vero, ſi contrahens cum eo ſciat eum verum non eſſe prælatum: ſecus ſi ex iuſta credulitate ignoret, vt per Bar. in l. ſi vrbana, cir. fin. vbi ſequuntur Bal. Ang. poſt prin. verſi. & hoc verum, Fulg. col. 2. verſi. vltimo per hanc l. Caſtr. cir. med. verſi. ex prædictis, Iaſ. col. antep. & ſeq. qui id latè explicat, & concor. adducit. D. de condi, inde. cum alijs et concor. alle. per Tiraq. in d. tract. de legi. connu. glo. 8. num. 148. incip. & ſoluens. Ex quibus Lector intelligere potes etiam ignorantiam eius, cum quo mulier contrahit, requiri, ad hoc vt contractus valeat: aduertas tamen eo caſu quo non valet contractus propter prioris viri viuentis notitiam, neceſſe tamen non eſſe ad ipſius contractus validitatem ipſius viri abſentis conſenſum expectari, quia cum ſit abſens à iuriſdictione Mediolani, ſatis eſt ſi agnati cõſenſus adhibeatur, vt hoc ſtatuto cautum eſt. Quid autẽ ſi id cautum non eſſet, dicemus in glo. nona, in ver. ſi non fuerit in ciuitate.

22 ℂ NONO quæro, quid ſi maritus ſit minor xxv. annis ſeu xx. ſecundùm ſtatutum Mediolani, cap. 452. in nouis: an & illius conſenſum requiremus: quam quæſtionem ſpecialiter in ſtatuto viri conſenſum in contractibus vxoris exigente tetigit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 9 quęſtio. v. vbi multa in vtranq. partem adducit: cui & tu addere poteris Ang. in l. fi. poſt prin. verſi. & per hanc l.C. de ver. ſigni. vbi loquens in ſtatuto conſenſum propinquorum in contractibus mulierum requirente, minorem, inquit, ad conſenſum præſtandum non admitti: quem ſequitur Alex. in conſ. 62. viſa facti, col. pri. in fi. verſi. pro hoc, lib. 2. quod & voluere Soci. in trac. fallen. reg. 261. fallen. 5. Alber. Bru. in trac. de for. & ſolen. titu. de correc. & relax. ſolen. & formæ, char. pen. col. 3. verſi. item ſtatutum quòd in contractibus, & Cur. iun. in l. fi. col. 5. verſi. tertiò ſignanter. C. de pac. Cuius tamen contrarium vltra per Tiraq. allegata tenuit Bar. in conſ. 94. ſtatuto cauetur quòd minor, per totum, lib. 2. Ferro. in conſue. Burdi. tit. de ſta. & iur. perſo. §. 3. col. 2. in prin. verſi. addo etiam: ipſe autem Tiraq. neutram expreſsè opinionem firmat, ſed ita vt quantùm ad noſtrum hoc ſtatutum negatiuam ſequi opinionem videatur, dum ſub nu. 48. incip. his, inquit, ſi dicimus mariti authoritatem ad integrandam mulieris perſonam requiri, non poſſe maritum minorem mulieri contrahenti conſenſum præſtare, per tex. in l. fi. C. de legi. tuto. cui & tu addes alios quoque concor. ſupra per nos adductos in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, num. 29. incip. verum hic: nam hoc noſtrum ſtatutum conſtat ob ipſius mulieris imbecillitatem, & ſic ad integrandam illius perſonam, & non ob mariti præiudicium fuiſſe introductum, vt affirmauimus ſupra in præfatio. in pri. dub. & ideo hæc poſterior ſententia, quantùm ad hoc ſtatutum, vbi de contraria conſuetudine non appareat, verior videtur. Quæ etiam opinio, minorem ſcilicet non admittendum, fortiùs procedere videretur in noſtra Comenſi ciuitate, in qua aliud uiget ſtatutum, cap. 67. in ciuili. prohibens minorem ſine conſenſu tutoris aut curatoris obligari.

23 ℂ Verùm in dicta noſtra Comenſi ciuitate ſeruari ſolet, vt in contractibus mulieris nuptæ, mariti licèt minoris conſenſus cum authoritate tamen curatoris adhibeatur: in contractibus autem nuptæ agnatus minor non admittatur, ſed alterius maioris conſenſus exigatur, ex quo ſatis patet non obſtare d. ſtat. tit. 67. cùm, vt diximus. & tutoris authoritas ſoleat interuenire, & quia hic tractari nõ videtur de obligatione ipſius minoris conſentientis, de quo tamen dicemus infra in glo. 10. in ver. cum ipſo marito, per totam.

24 ℂ Qua in re Lector candide, ſi diuerſitatis rationem inter maritum & agnatum ſcire deſideraueris, illa nobis occurrit, quòd negari non poteſt, quin quoquomodo magis viri quàm agnati interſit, & quia facile eſt alium agnatum maiorem reperire, ſed non alium maritum: vnde dici poſſe arbitramur, ſi alius agnatus maior non reperiatur, minorem quoque cum conſenſu tamen curatoris admittendum, ſecundùm Bal. & Ancha. opinionem ab Andre. Tiraq. relatam in d. glo. 9. num. 47. pro qua & illud facit quod tradit idem Tiraq. in trac. retrac. titu. pri. §. pri. glo. 13. num. item 13.

25 ℂ Et quod not. Bar. in conſ. 47. nunquid tutor, vol. pri. & in conſ. 40. quæritur an ſtatutum, vol. 2. vbi ſi ſtatutum, inquit, affines cogat ad compromittendum, minorem quoque comprehendere, vt ſcilicet cum tutoris authoritate compromittere teneatur, modò id ei vtile ſit, non autem graue, vt ſi fortè in eum compromittat à quo appellari non poſſit, cùm tamen priùs potuiſſet, vel ſi fortaſsè res clara fuerit in fauorem ipſius minoris, de quo & tu vide quæ nos diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. lxxxxiij. nam hic tractatur potiùs de fauore quàm de damno: & facere etiam videtur ſtatutum Comi penul. in ciuili. diſponens verba ſtatutorum ad literam eſſe intelligenda: quod etiam ſtatuitur infra cap. 174. in nouiſſi. Et pro hoc, quatenus diximus agnatum maiorem potiùs ſi haberi poteſt quàm minorem admittendum, conferunt etiam quæ dicemus infra in glo. 11. in ver. agnati, quæſtio. pri. & 2.

26 ℂ DECIMO quæro, quid ſi bannitus (quod aiunt) ſit maritus: quam etiam quæſtionem tractauit Tiraq. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. iiij. vbi tandem cogitandum relinquit, ſed ita vt inclinare videatur, ſolam adhuc non poſſe mulierem contrahere, cùm ſtatutum illud, de quo Tiraq. loquitur, fuerit, inquit, introductum non ſolùm ob mulieris fragilitatem, ſed etiã ob ipſius viri intereſſe, vt refert ſe dixiſſe in glo. 6. eiuſdem tracta. nu. 37. vſque in fin. cui addere poteris facere quod voluit Io. And. in Specu. titu. de accu. in rub. cir. med. verſi. propter quod eſt ſciendum, vbi poſt Lamber. de Rampo. per eum relatum, ſi ſtatutum, inquit, aliquem ſine conſenſu offenſi accuſare prohibeat, poſſe tamen quempiam cũ conſenſu offenſi quanuis banniti accuſare, & ſequitur Aret. in l. ſi per epiſtolam, col. fin. verſi. ſed quæritur. D. de acqui. hære. & ſi dicatur, quomodo poterit maritus bannitus contractui per vxorem celebrando intereſſe, cum ei liber non ſit ad ciuitatem acceſſus, illud confeſtim reſpondebimus, huiuſmodi conſenſum hoc caſu ab eo per literas, nuntium, vel procuratorem ritè præſtari poſſe, per ea quæ diximus ſupra in glo. præceden. quæſtio. v. & eſt caſus in l. Papinianus, in prin. D. de mino.

27 ℂ Verùm hic candide Lector animaduertas quæſtionem hanc noſtro in ſtatu-

ſtatuto nullam videri dubitationẽ habere, quin requirẽdus non ſit banniti viri conſenſus, ex quo ſubijcitur, abſente viro à iuriſdictione Mediolani, poſſe mulierem accedente agnati conſenſu obligari, ſed quoniam noſtro in Comenſi & Cremonenſi ſtatuto,& multis alijs Italiæ ſtatutis,hoc expreſſum non eſt: ideo pro eorum declaratione placet noſtrum quoque hac in re iudicium interponere. Itaque nos Bal. opinionem ſequimur, qui in conſ. 201. in prouincia, per totum, lib. pri. in conſ. 399. ſtatuto ciuitatis Aſſiſij,etiam per totum,lib.3. loquens in ſtatuto prohibente minorem contrahere ſine præſentia & voluntate duorum eius conſanguineorum proximiorum, vel prohibente mulierem teſtari ſine præſentia filij, poſſe tamen inquit minorem conſanguineis bannitis ſolum contrahere, & mulierem item ſolam teſtari filio ſimiliter bannito, vbi etiam in d. conſ. 201. dicit id maximè procedere quando ſtatutum præſentiam requirit, quia ea non poteſt præſtari per procuratorem,allegans l.pri. in fi.D. de aut.tuto. quod eſt notandum ad noſtrum Comenſe & Cremonenſe ſtatutum ſic loquentia, ſuper quo tamen, quia d. l. pri. id non probat, vide quæ diximus ſupra in glo.præce.quæſtio.iiij. & non requiri viri banniti conſenſum,voluerunt expreſſim Chaſſa.in conſue.Burgun.rub.4.§.pri.in glo.in ver. contraulz entre les viſz, col.5.verſi. decimoquintò limita,& Ferro. in conſuetu. Burdi.titu. de ſta. & iur. perſo.§.3.col.4.verſi. quod & in abſente: & idem in conſenſu patris in iudicio per filiumfamilias agitando requiſito, vt ſcilicet à patre bannito expectari non debeat, vltra per Tirad. allegata, voluit Albe. in l. fi.§. neceſſitate, in fi.ver.C. de bon. quæ lib. Quanquam in caſu Bal. in d. conſ.399. lib.3. vt nec id omittamus, fortiùs dici poſſe videretur licuiſſe matri teſtari ſine præſentia filij etiam non banniti, tanquam illud ſtatutum liberam ei teſtandi facultatem auferat,contra l. ſtipulatio hoc modo.D. de ver. obli. de quo vide omnino quæ diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, num.4.

28 ℂ Hanc autem Bal. ſententiam, quatenus diximus viri banniti conſenſum non requirendum,inprimis ex eo cõfirmamus, quòd bannitus ea tantùm quæ iuris ſunt communis retinet, non ea etiam quæ per ſtatuta illius ciuitatis, à qua bannitus eſt, introducta ſunt, ſaltem quando talis eſt bannitus, qui poteſt impunè offendi (vti de hoc ſunt ſtatuta in omnibus ferè Italiæ ciuitatibus) ſecundùm Bar in l.pri.cir.fin. vbi ſequuntur Ang. in pri. ver. qui limitat, niſi quis ab Imperiali aut Pontificiali authoritate bannitus ſit,quia tunc amitteret omnia iure quoque ciuili introducta, Saly. col. 6.verſi. ex hoc Alex.col.pen.verſi. extra gloſ. vſque in fin. qui communem hanc dicit opinionem,& declarat,quæ tamen bannitus acquirit,occupantis eſſe,& Iaſ. col.pen. qui concor. citat.C. de hære.inſti. Docto. in l. ex facto. §. ex facto,vbi Alex. col.pen.verſi. extra gloſ.D. ad S. C. Trebel. Cur.ſeni. in conſ.59. Dux Philippus,col.12.verſ. decurramus nunc,vbi communem hanc dicit opinionem,iterum Iaſ. latè in conſ.66. videretur, cum duo.ſeq. lib.2. latè quoque D. AEgi. Boſ. in ſua prac. crimi. titu. de bon. publi. nu. 67. & mul.ſeq. qui de communi etiam ſententia atteſtatur, tangitque an id procedat in bannito ob rebellionem,cum alijs pluribus concor. per Tiraq. adductis in trac.retrac.titu.pri.§.pri.glo.9. nu.27.incip. cæterũ quia,& ſeq.

29 ℂ Secundò & vltimò, quoniam quando alicuius conſenſus requiritur, ſi is abſens ſit,nec breui rediturus ſperetur,vt hoc in caſu, poteſt illo non ex-

pectato contractus celebrari, vt dicemus in glo. ſeq. quæſt.pri.quod ſaltem procedere arbitramur quando conſenſus non exigitur ob ipſius abſentis præiudiciũ, ſed ad integrandam alterius perſonam, vti in caſu huius ſtatuti, ſecundùm ea quæ affirmauimus ſupra in præfatio. in pri. dub. vnde etiam proditum eſt, quod noſtros ad terminos proximè accedit, tutorem in exilium miſſum tutelam deponere.l. tutor petitus.§. fi. & l. ſeq. D. de excu. tuto. Ex quibus ſatis conſtat non obſtare Tiraq. fundamentum, videlicet banniti conſenſum exigendum, quando ob illius intereſſe deſideratur, vti dicit eſſe in caſu ſuæ conſuetudinis viri dũtaxat conſenſum in contractibus vxoris requirentis: ex quo alia ratione, ob mulieris ſcilicet fragilitatem, vt in dicta præfa. diximus, ſtatutum hoc & noſtrum Comenſe introductũ eſt.

30 ℂ Non obſtat etiam Io.And. dictum ſupra à nobis commemoratũ, quia reſpondetur eum loqui quando cæpta ante bannum fuit accuſatio, quo caſu verum dicere videtur, per tex. quem citat in l. is qui reus, in fi.D. de publi. iudi.

31 ℂ Intellige tamen Lector etiam in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto, viro bannito agnati conſenſum adhibendum, qui adhiberi ſolet quando nullum mulier maritum habet, quoniam quæ virum habet bannitum, virum habere non videtur, per not. per Bal. in d.conſ.399. lib.3. ita tamen vt ſcias agnati ſeu affinis banniti conſenſum non requirendum, quoniam quæ de viro bannito diximus, in agnato affi neque bannito militant: immò & fortiùs, quia certum videtur agnationem bannitum amittere, ſecundùm Alex. in conſ.75. viſis & diligenter, col.3.verſi. pro hoc facit, lib.pri. & meminit etiam Tiraq. in d.gloſ.9. num.29. vbi tamen dicit ſe non audere affirmare an id procedat in bannitis Regni Franciæ.

32 ℂ VNDECIMO quæro, quid ſi ſit apud hoſtes maritus: & certè videtur illius conſenſum non exigendum, ſicuti dicimus, quòd licèt iure ciuili inſpecto non poſſit filiusfamilias ſine patris conſenſu matrimonium contrahere.l.2.D. de rit. nup. cum ſimili. poteſt tamen patre apud hoſtes exiſtente.l. in bello.§. medio tempore.D. de cap. & poſt. reuer. ſuper quo tamen, quomodo id intelligatur, videbis tex. in l. ſi nepos.§.fi. cum dua.legi. ſeq.D. de ri.nup. & glo. in ver. poteſt, & ibi Bar. in d.§. medio tempore, ſed tñ quantùm ad hoc ſtatutum dicendum eſt, ſolam hoc quoque caſu nõ poſſe mulierẽ contrahere, ſed agnati conſenſum exigendum, ex quo prouidet, viro extra ciuitatẽ vel Ducatũ abſente, agnati conſenſum adhibendũ.

33 ℂ DVODECIMO quæro, quid ſi maritus furiat: ſed hic video quempiam de hac nos quæſtione vti abſurda irridere, eò quòd contrahendi matrimonij poteſtas furioſo ſit interdicta, cap. dilectus filius, de ſponſa. verùm huic confeſtim reſpondebimus, poſſe tamen vxorem antea ductam furioſum poſtea factum retinere.l. furor.D. de ſponſa.l. oratione, in fi.D. ri. nupti. l. patre furioſo, cir.med.verſi. nam furioſus.D. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & xxxij. quæſtio. 7.cap. neque furioſus, quicquid aliter diſtinguat tex. in l. ſi cùm dotem.§. ſi maritus.D.ſolu.matri. qui correctus eſt iure canonico ſecundùm Alex.ibi in fi.ver.d. tamen cap. neque furioſus, non citantem, ſed id probantem per tex. in cap.2. de tranſ.epi. vbi dicitur, quos Deus coniunxit hominem ſeparare non poſſe.

34 ℭ Sicuti etiam quæſitam antea poſſeſſionem eo ipſo quod furere incipit non amittit.l. ſi is qui.D.de acqui.poſſes. & cæptã antea vſucapionẽ,quod magis eſt, perficit.l. ſequitur.§. furioſus, & l.pen.§. eum .D. de vſuca. nec reſcinditur peculij conſtitutio ſeruo ante furorem facta.l. quam Tuberonis, in prin.D. de pecu. neque etiam irritatur teſtamentum ante furorem conditum.l.2. vbi Docto.C. qui teſta. fac. poſ.§. præterea, verſi. furioſi, in fi. inſti. qui. non eſt permiſ.fac.teſta. vbi id ad omne aliud negotim extenditur,&l.pri.§. ſed ſi filiusfamilias,verſ. ſi quis autem.D.de bon.poſ.ſecun. tab. vbi dicitur, id etiam in prodigo,& in alijs generaliter, qui mortis tempore teſtandi facultatem amittunt, procedere, vt ſcilicet valeat teſtamentum,antequam impedimentum ſuperueniat,factum : & in prodigo alius eſt etiam tex. in .§. item prodigus, inſti. qui. non eſt permiſ. fac. teſta.

35 ℭ Igitur,redeundo ad quæſtionem de qua principaliter tractamus,an furioſi conſenſus ſit requirendus, ſcimus in ſtatuto noſtro Comenſi prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris contrahere,Mag. D. Vincentium Orchium doctiſſimum virum & amicum noſtrum conſuluiſſe, ſolum poſſe filiumfamillas patre furioſo exiſtente contractum celebrare, allegantem Rip. in l.2.§. voluntatem.D. ſolu. matri. cui & nos addimus hanc quoque quæſtionem latiùs poſuiſſe Tiraq. in d.trac. de legi. connu. glo.8. quæſtio. iij. vbi loquens in ſtatuto viri conſenſum in contractibus vxoris requirente, refert alios affirmare,ſolam tunc poſſe vxorem contrahere,alios autem velle furioſi quidem conſenſum requirendum,ſed vnà cum authoritate curatoris eius : alios denique in ea eſſe opinione, vt iudicis decretum ſit neceſſarium : ipſe autem Tiraq. ibi iuncta quæſtio. ſeq. in fi. tenet mulierem, furente marito, non poſſe liberè de rebus ſuis diſponere, ſed non declarat, an ſaltem cum conſenſu curatoris furioſi id poſſit : præterea Tiraq. non omnino hoc firmat, quia ſubijcit eſſe cogitandum : & vltra per Tiraq. allegata,hanc etiam quæſtionem tetigit Soci. in trac.fallen.regu.261.incip. minor ſi ex forma, fallen.6. vbi inquit ſolam poſſe mulierem contrahere, ita tamen vt iunctis præcedentibus velle videatur tutiùs eſſe iudicis decretum interponere, vti etiam per omnia voluit Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. in glo. in ver. contraulz entre les vifz, col.5.verſi. decimotertiò limita, & clariùs neceſſarium eſſe iudicis decretum, putat Alber. Brun. in trac. de for. & ſolen. titu. de correcti. & relaxa. ſolenni. & for.char.pen. col. illius char.3.verſi. & ſtatuto requirente,ſed ſolam poſſe mulierem contrahere tenuerunt præterea Caſtr. in l. ſi cùm dotem.§. ſi patri, poſt prin. D. ſolu. matri. & Ferro. in conſue. Burdi. titu. de ſta. & iu. perſo.§.3. col. 4.verſi. idem ſi furioſus.

36 ℭ Nos autem dicendum arbitramur, aut authoritatem curatoris ipſius mariti furioſi, ſi curatorem habeat, adhibendam, per ea, ſi vera ſunt, vti & nos ea ſecuti ſumus,quæ diximus ſupra hac ead. gloſ. quæſtio.ix. aut agnati conſenſum requirendum : nam cum ſtatutum hoc, abſente marito extra ciuitatem vel Ducatum Mediolani,agnati conſenſum deſideret, illud idem ius ſtatuendum eſt eo quoque furente, quoniam furioſus in omnibus & per omnia loco abſentis habetur .l. 2. §. furioſus. D. de iu. codicil.l. ſed ſi vnus.§. filiofamilias .D. de iniur.l. diem.§. coràm.D. de arbi.l. coràm.D. de verbo.ſigni.l. vbi non voce.§. furioſus.D. de reg.iur. glo. & Docto. in l. furioſi.D. eod. titu. & tangit Tiraq. d. glo. 8. num.32. quod & procedere

arbitramur in noſtro Comenſi ſtatuto, quoniam licèt in eo non exprimatur, quid ſi vir abſit, negari tamen non poteſt, furioſum, vt iam diximus, loco abſentis habendum, quo fit vt cùm ad ſanam mentem breui rediturus non ſperetur, agnati conſenſus ſit neceſſarius, ſecundùm ea quæ dicemus in gloſ. ſeq. quæſtio. pri. Nec in hoc reperies Lector candide aliquem contradicere ex his qui in contraria fuerunt ſententia, quia qui tenent, prohibitum contrahere ſine conſenſu alterius, poſſe tamen ſolum contrahere furioſo exiſtente eo cuius conſenſus requiritur, non loquuntur quando ſtatutum in defectum vnius, alterius conſenſum exigit, vt hoc ſtatutum & noſtrum Comenſe & Cremonenſe facit.

37 ℭ Et ad hoc etiam, quatenus dictum eſt, non requirendum furioſi conſenſum, vltra per Tiraq. allegata, proximè accedit quod dicimus furioſum quoque tutorem eſſe non poſſe. l. vni. C. qui mor. ſe excu. & ſi dicatur illam .l. loqui quando quis eſt furioſus eo tempore quo vult tutelam acceptare: nos verò quando maritus poſt matrimonium iam contractum effectus eſt furioſus, cùm aliàs non potuiſſet eſſe maritus, vt ſupra diximus, reſpondeo idem tamen eſſe ſi tutori iam decreto furor ſuperueniat, quia adhuc tutelam deponit .l. poſt ſuſceptam, & ibi gloſ. & Docto. D. de excu. tuto. & glo. in l. verùm. §. ex facto, in ver. deponere, poſt med. verſi. quintus ſit. D. de mino. de quo tamen, an ſit in totum remouendus, an verò curator minori interim dandus, videbis tex. in l. non ſolùm, cir. fin. & ibi glo. in ver. ſimilis. D. de excu. tuto. & tex. in l. idem Vulpianus, in prin. D. eo. tit. & glo. & Bar. in d. l. poſt ſuſceptam.

38 ℭ SED HIC DECIMOTERTIO quæro, quid ſi dilucida maritus interualla habeat: & ſanè eo caſu non dubitamus ſi dilucidorum interuallorum tempore mulier contrahat, adhibendum eſſe illius conſenſum, quoniam hoc tempore huic permittitur matrimonium contrahere, vt probatur in d. cap. dilectus filius, in illis verbis, qui continuo furore laborat, à contrario ſenſu, & ibi glo. & Docto. de ſponſa. & no. glo. vni. in d. cap. neque furioſus. 32. quæſtio. vij. & Iaſ. in l. patre furioſo, col. pri. in fi. verſi. item intellige tex. D. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & teſtari .l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſ. §. præterea, verſi. furioſi, inſti. qui. non eſt permiſ. fac. teſta. & iudicare. l. furioſus, & ibi glo. Bar. & alij. D. de iudi. vbi Ang. & recen. contra glo. ibi, idem dicunt in arbitro, vt ſcilicet & arbiter eſſe poſſit, quod & nos verius arbitramur per tex. ſtatim allegandum: atque etiam hæreditatem adire, aliaque generaliter facere quæ ſanæ quisq; mentis faceret .l. cùm filius. C. de cura. furio.

39 ℭ DECIMOQVARTO pro declaratione præcedentis quæſtionis quæro, an in dubio, ſi non conſtet præſtitum fuiſſe conſenſum tempore dilucidorum interuallorum, id præſumatur: quod videtur cùm in dubijs fiat interpretatio vt actus valeat. l. quoties. D. de reb. dub. & de reg. iur. ſed veriùs eſt, vt in hac quæſtione ſic diſtinguamus, quòd aut ex aduerſo probatum fuit quem furioſum fuiſſe, & tunc allegans eum dilucida habuiſſe interualla eoque tempore actum celebraſſe, id probare debeat, vt not. glo. in cap. fin. in ver. compotem, & ibi Docto. de ſuc. ab inte. Anc. in conſ. 5. pro parte nobilis viri, col. 2. verſi. & ſi dicatur Imo. in cap. fin. col. 3. verſi. primo caſu, de præſump. cum alijs in ſeq. verſi. allegandis: ad quod etiam

facit

facit quod not. Butri. in cap. cùm inter canonicos, col. 3. verſi. concludendo, & ibi Imo. col. 2. num. 11. de electio. vbi dicunt, ſi probatur quem fuiſſe morboſum, præſumi etiam nunc eſſe, ſi morbus ſui natura ſit perpetuus. Et idem eſſet ſi quis hoc confeſſus eſſet, aliquem ſcilicet fuiſſe furioſum, nam ſi exinde allegaret, eum tamen actum feciſſe tempore dilucidorum interuallorum, id probare teneretur, ita alia quoque eſt glo. in cap. indicas, in ver. probaueris. 3. quæſtio. ix. ex qua intelliges id etiam in criminalibus procedere, videlicet ſi de pœna ei ob delictum irroganda tractetur.

40 ℭ Aut verò probatum non fuit, neque per partem confeſſum, quem furioſum fuiſſe, & tunc præſumatur actus tempore licito, & ſic dilucidorum interuallorum geſtus, ita tamen intelligendo, vt ſi probatum fuerit furioſum aliquem fuiſſe modico quodam tempore, puta vno die aut duobus, id non ſufficiat, ſed perinde ſit ac ſi nihil probatum eſſet, ita eſt Bar. doctri. ſuboſcura tamen in l. fi. in fi. D. de bon. poſſeſ. furio. inſan. & ſequuntur Anc. in Clem. vni. col. 2. verſi. quæro tex. loquitur, & ibi Cardi. Zaba. col. 2. verſi. ſecundò quæro, de hære. Caſtr. in l. furioſum, cir. fin. & ibi Alex. col. pri. & 2. in prin. Iaſ. col. 2. verſi. quid autem ſi non apparet, & Deci. col. pri. verſi. ſecundò limitatur, & col. ſeq. C. qui teſta. fac. poſ. Aret. in l. pri. §. fi. col. pen. verſi. tangit etiam hîc. D. Io. D. de ver. obli. Ang. Areti. in §. præterea, cir. fin. inſti. qui. non eſt permiſ. fac. teſta. Mari. Soci. in cap. ad audientiam, col. 7. verſi. quintò quæro, de homi. Gemi. in cap. pri. §. ſi verò, ante med. verſi. no. glo. de cleri. ægro. in 6. Alex. in conſ. 141. ponderatis, col. 2. verſi. ſecundò præſuppono, & col. ſeq. vbi refert ſe ita Florentiæ iudicaſſe, lib. pri. in conſ. 85. viſo themate, col. pri. cum 3. ſeq. lib. 2. rep. in conſ. 147. lib. 7. idem Alex. in conſ. 86. viſis dubitationibus, col. 3. verſi. hoc præſuppoſito, & col. ſeq. eo. lib. 2. in conſ. 10. diuini numinis, col. pri. 2. & 3. lib. 6. Cardi. Zaba. in conſ. 56. caſus ſuper quo, col. 2. verſ. ſecundò quòd probatio, Areti. in cap. in præſentia, col. 4. verſi. quid autem de alijs qualitatibus, de proba. Philip. Fran. in rub. de teſta. in 6. col. 5. verſi. tertiò prohibetur, Corn. in conſ. 69. viſis nonnullis, col. antep. & pen. lib. pri. in conſ. 21. viſa, per totum, maximè in fin. ver. lib. 2. Iaſ. in l. patre furioſo, col. 2. verſi. quid in dubio. D. de his qui ſunt ſui, Bertran. in conſ. 48. ex proceſſu, col. 8. in fi. verſi. quia ille, lib. pri. Alcia. in trac. præſump. reg. 2. præſump. 18. Guili. Bene. in rep. cap. Raynutius, in ver. adiectæ impuberi, num. 75. de teſta.

41 ℭ Ex quibus colligitur hanc communem eſſe opinionem, quæ etiam communi omnium voce procedere aſſeritur, ſiue tempus probati furoris proximum fuerit actui de quo quæritur, ſiue remotum, modò tamen ipſum actum præceſſerit, vti communem hanc eſſe opinionem atteſtatur Corn. in d. conſ. 69. col. pen. verſi. pro illis, lib. pri. quanuis reclament Imo. in l. qui teſtamento. §. nec furioſus. D. de teſta. & in l. pri. §. fin. col. fi. verſi. nunquid poterit. D. de ver. obli. & Rom. in d. l. furioſum, col. pri. verſi. adde autem ad probandum: & quanquam etiam hac in re aliter ſcribat Areti. in l. 2. col. pen. & fin. D. de teſta & in d. §. nec furioſus, col. pri. dum ſe remittit ad dicta per ipſum in d. l. 2. quam tamen opinionem idem Areti. in d. l. pri. §. fi. col. pen. in fi. D. de ver. obli. dicit ſe retractare ſequens Bar. in d. l. fi. D. de bon. poſ. inſan. furi. pro quo inquit eſſe caſum in l. pri. §. pri. D. de ædili. edic. & licèt Areti. in d. §. fin. videatur hanc opinio. ſequi cum

illa diſtinctione, an tempus probati furoris fuerit proximum actui de quo quæritur, an remotum, nos tamen communiori adheremus opinioni.

42 ℭ Quid autem ſi notarius in inſtrumento aſſeruerit ſanæ quem mentis fuiſſe, an illius aſſertioni ſtetur, comperies apud Bal. & alios in l. 2. D. de teſta. apud Docto. in l. Senium. C. qui teſta. fac. poſ. apud Alex. in d. conſ. 85. in fin. ver. lib. 2. in d. conſ. 10. cir. prin. iuncta col. fi. verſi. non ob. ſuperiùs dictis, lib. 6. & apud Corn. in d. conſ. 69. col. fi. verſi. non ob. quòd notarius, lib. pri.

43 ℭ Et an ea quæ de furioſo diximus, locum habeant in mentecapto, demente, frenetico, fatuo, & ebrio, videbis Docto. in locis prællegatis, & præterea Alex. remiſſiuè in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus, col. fin. verſi. quid autẽ in demente, ſol. matri. & Pariſi. in appo. Bar. in d. l. furioſum, in hoc ipſo ver. furioſũ. Et quomodo furor probetur, habes latè per Alex. in d. §. ſi maritus, col. pen. nu. 7. Areti. in d. §. præterea, in fin. ver. inſti. qui. nõ eſt permiſ. fac. teſta. Alex. in d. conſ. 85. col. 2. in fi. verſ. ſed ita eſt, & col. ſeq. & iterũ in cõſ. ſeq. col. 3. verſi. nõ obſtat quòd ille ſextus, lib. 2. in d. conſ. 10. per totũ, lib. 6. Corn. in d. conſ. 69. col. antep. & pen. lib. pri. Iaſo. in d. l. furioſum, col. 3. & 4. pulchrè Deci. in conſ. 86. viſo puncto, col. 4. verſi. quartò dato, & Bertran. in conſ. 48. ex proceſſu cauſæ, col. 4. verſi. per hanc enim dationem, vſque in fin. conſ. lib. pri.

44 ℭ Quid item ſi rectè in omnibus & per omnia vti ſanæ quis mentis teſtatus fuerit furioſus, adeundi tibi erunt Io. And. in d. cap. fin. cir. fin. verſi. in glo. hoc ideo, & ibi alij etiam Cano. de ſucceſ. ab inte. Docto. in d. l. furioſum, Alex. in d. conſ. 10. col. pri. cum ſeq. lib. 6. Deci. in l. in negotijs contrahentis, col. pri. D. de reg. iur. & latè Marſi. ſingu. 380. furioſus, vbi inquit, ſe id in facto habuiſſe: ita vt memineris Io. And. & ſequacium ſententiam volentium tunc valere teſtamentum veram non videri, ſi ſimpliciter valere intelligas eo ipſo quòd in illo debita iuris ſolennitas interueniat, quoniam abſurdum eſſet leges, quæ dicunt, furioſum teſtari non poſſe, intelligere ſi iuris ſolennitates non adhibuerit, quia id indubitatum foret, cùm ſatis comprehenderetur ſub generali regula, nullum valere teſtamentum ſine certa ſolennitate celebratum: lex autem fieri debet ſuper caſu dubitabili, l. ancillæ, vbi Docto. C. de fur. cum ſimili. & hinc dicitur ſuperfluum nihil in iure eſſe debere. §. quibus, in prima Conſti. Cod.

45 ℭ Vnde veriùs ſic dicendum arbitramur, quòd ſi præter debitæ ſolennitatis interuentum actum fecerit furioſus, quem etiam ſani alius capitis veriſimiliter feciſſet, & tunc is actus præſumatur dilucidorum interuallorum tempore geſtus, niſi contrarium probetur, ſecundùm not. per Bar. in trac. de teſti. in ver. oppoſita, col. pri. verſi. ſed an actus, & Bal. in d. l. furioſum, & ibi Ang. Saly. Caſtr. & in ſpecie Roma. poſt prin. & col. 2. verſi. vel meliùs, Iaſ. col. 2. verſi. intellige niſi ex qualitate, Deci. col. 2. verſi. tertiò limitatur. C. qui teſta. fac. poſ. iterum Iaſ. in l. patre furioſo, col. 2. verſi. & ideo crederem. D. de his qui ſunt ſui, iterum Deci. in conſ. 448. vis tota, col. 3. verſi. quartò hoc, Corſe. in ſingu. in ver. teſtamentum, Phili. Fran. in rub. de teſta. in 6. col. 5. verſi. tertiò prohibetur, & Alcia. in d. tracta. præſump. reg. 2. præſump. 18. in fi. quod & nonnullis alijs placuit ex his

quos

quos ſupra citauimus in verſi.40.incip. aut verò. Et hæc fortè etiã fuit mens Io. And. in d.cap.fi. dum referendo Vale. Maxi. dicit cuiuſdam furioſi teſtamentum fuiſſe per Romanos Senatores approbatum tanquam bene diſpoſitum, quod & per illius verba probabatur, & clariſſimè voluit Guli. Bene. in repe. cap. Raynutius, in ver. adiectæ impuberi, num. 67. de teſta. dum rationem illius dicti Valerij Maximi adducit, quia ille demens proprium filium inſtituerat non extraneum vt dementes faciunt, vti & verè Vale. loquitur, & eſt lib. 7. cap. 8. quod eſt pen. in prin. vti animaduertit & Guli. vbi ſupra, licèt Io. And. eum citet lib. 8. & loquitur Vale. de centumuiris qui illud teſtamentum approbarunt, conſiderantes magis quod ſcriptum eſſet quàm quis ea ſcripſiſſet.

46 ℭ DECIMOQVINTO quæro, quid in muto: certum eſt enim eum ſignis poſſe matrimonium contrahere, cap. cùm apud, & cap. tuæ, de ſponſa. l. mutus. D. de iur. doti. l. ex facto, in prin. D. de vulg. & pupil. quod quo modo intelligatur, videbis ibi per Docto. & in l. diſcretis. C. qui teſta. fac. poſ. & per Iaſo. in l. mutum, cir. med. D. de acqui. hære. & reſpondendo quæſtioni, dicendum videtur eius quoque conſenſum requirendum, quoniam hìc de adminiſtratione negotij alterius tractatur, palàm eſt autem mutum vti procuratorem alienum poſſe negotium adminiſtrare. l. mutus, in prin. in 2. reſpon. D. de procu.

47 ℭ Veruntamen contraria nobis ſententia vti verior amplectenda eſt, quoniam mutus tutor eſſe nequit. l. pri. §. mutus, & ibi glo. & Bar. D. de tute. l. pen. §. ſurdus. D. de legi. tuto. & not. idem Bar. in l. etiam ſi non interrogantis. D. de aut. tut. ex quibus conſtare poteſt non obſtare quæ in contrarium adduximus, quoniam conſenſus de quo hìc tractamus, tutoris authoritati ſimillimus eſt, cum & hic ad integrandam mulieris perſonam requiratur, vt in præfa. & alibi ſæpè diximus: ſed mutus authoritatem præſtare non poteſt, quia in ea præſtanda loquela opus eſt, vt eſt tex. in d. l. pri. §. mutus. Quæ etiam opinio præſertim locum habet, attento quòd hoc ſtatutum in iudicijs quoque procedit, vt aſſeruimus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xvj. ſed mutus prohibetur ad iudicia eſſe procurator, d. l. mutus, in prin. D. de procu. & vide ẽt quæ diximus ſupra in glo. præceden. quęſtio. pri. & quę dicemus infra in xviij. quæſtio. huius glo.

48 ℭ DECIMOSEXTO quæro, quid in ſurdo, quem etiam contrahendi matrimonij facultatem habere non ambigitur, iuribus & authoritatibus in præce. quæſtio. adductis, & præterea xxxij. quæſtio. 5. cap. ſi vxorem: In qua etiam quæſtio. idem per omnia dicendum eſt quod ſupra proximè aſſeruimus, per eadem iura, quoniam & authoritatem præſtans audire debet, d. l. pri. §. fin. D. de tute. ad quod etiam facit quod ſupra in glo. præceden. quæſtio. 32. diximus.

49 ℭ DECIMOSEPTIMO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, quid in minùs audiente, quem ſurdaſtrum vocant: & magis eſt vt eum putem admittendum, ſicuti & in tutorem admittitur. l. fi. & ibi glo. vni. D. de legi. tuto. & no. glo. in d. l. pri. §. fin. in ver. ſurdum, in prin. & ibi Bar. poſt prin. verſi. oppo. ad ſecundum. D. de tute. & facit tex. in l. pri. in fi. D. de acti. & obli.

50 ℭ DECIMOOCTAVO quæro, quid in cæco: nam & eum conſtat poſſe matrimonio copulari.l. mutus.D. de iur. doti. xxxij. quæſtio. 5. cap. ſi vxorem: qua in quæſtione arbitramur eius conſenſum non requirendum, quoniam nec pro tutore admittitur.l. qui luminibus.C. qui dari tut. vel cur. poſ.l.vni.C. qui mor. ſe excu. vbi glo.vni. inquit,illum tex. improprie vti his verbis,excuſationem habent,cùm nec volens quis admittatur, d.l. qui luminibus: ſcias tamen Lector tutorem cæcum factum poſſe,ſi velit, authorem fieri.l. etiam ſi tutor, & ibi glo. vni. D. de aut. tut. l. poſt ſuſceptam,& ibi glo. in ver. cæcus.D. de excu. tuto. & glo. in l.pri.§. quanuis,in ver. fungitur.D. de poſtu. Ex quo noſtro in caſu dicendum videretur, ſi poſt contractum iam matrimonium factus ſit cæcus, eum ad conſentiendum admitti: ſed huic ſententiæ vix accedendum videtur, quia ſequeretur, eum, ēt ſi à principio hoc morbo laboret, admittendum; quoniam hic conſenſus requiritur ratione matrimonij, ſed cæcus factus non ſolùm retinet vxorē ante cæcitatem ductā, ſed ēt de nouo ducere nō prohibetur, vt iam diximus: ideoq; veriùs videtur tex. in d.l. poſt ſuſceptā, quatenus dicit poſt ſuſceptam tutelā cæcū poſſe tutelā deponere, impropriè loqui, cùm immò remouēdus ſit & ita illum intelligere videtur glo.in l.pri.§.fin. in ver. ſurdum, quam ibi ſequitur Bar. cir. med. verſi. quærit glo.an iſta.D. de tute. quia tamen hæc reſponſio non conuenit.d.l. etiam ſi tutor, vbi dicitur tutorem cæcum poſſe tutelam ante cæcitatem aſſumptam retinere, quam ſic etiam allegat glo. vni. in d.l. vni.C. qui mor. ſe excu. glo. & Bar. in d.l. poſt ſuſceptam: ideo verior videtur intellectus d.l. etiam ſi tutor, & d.l. poſt ſuſceptam,vt in caſibus in dictis ll. enumeratis poſſit quis in adminiſtratione perſeuerare, & pupillo obligari,ſi ſe non excuſet, propter illud verbum, poſt, vtrobique poſitum, quod facultatē non neceſſitatem inducit, ſecundùm glo. pri. & ibi Docto. in l. ſæpè. D. de offi. præſi. & ratio eſt propter aſſumptam iam tutelam, decretamque adminiſtrationem, & licèt glo. in d. l. pri. §. fin. in ver. ſurdum, in fi. quam ibi ſequitur Bar. in verſi. quæritur an iſti,dicat tutorem ſurdum aut mutum ipſo iure abſque excuſatione à tutela repelli, tamen illa gloſ. ad tex. relata, loquitur quando quis eſt cæcus eo tempore quo decernendus eſſet.

51 ℭ Vnde redeundo ad propoſitum noſtrum dicimus, quòd licèt tutor iam decretus poſt ſuperueniens vitium poſſit adhuc tutor remanere, ſi ſe non excuſat, tamen cùm hoc ſit propter cæptam iam adminiſtrationem, concurrente maximè iudicis decreto à principio legitime interpoſito,arg. l.2.C. ſi tut. vel cura. ex fal.alle. quæ ratio hîc non militat,ideo in caſu noſtro dicendum videtur eum ad conſentiendum non admitti.

52 ℭ Sed hîc video quempiam nobis obijcere, hanc rationem,ſi vera eſſet, efficere, etiam eum qui à principio cæcus tutor detur, & qui incipiat adminiſtrare, tutorem remanere, neque ſe poſſe ampliùs excuſare: cuius tamen contrarium tenet glo. vni. in d.l. 2. cir. med. ibi alius (dum allegat d. l. poſt ſuſceptam.D. de excu. tuto.) quam glo. ſequitur Bar. in d.l. poſt ſuſceptam, in pri. oppo. qui corruptè allegat eam in l. 3. eod. tit. qui tamen tex. in d.l.poſt ſuſceptam,id non probat,quia loquitur quando ſuperuenit cæcitas decreta iam tutela, vt ibi dicit glo.pri. quam ipſe etiam Bar. ſequitur in d. pri. oppo. ideo meliùs probatur in l.pri.§.fin.D. de tute. vbi dicitur mutum & ſurdum (qui æquiparantur cæco,d.l. poſt ſuſceptam) tutores

dari non poſſe: quæ verba, ſi rectè ponderentur, efficiunt vt nec cœpta administratio, accedente etiam iudicis decreto, impediat eos remoueri, vt ſentiunt glo. & Bar. ibi, dum dicunt ipſo iure id procedere abſque excuſatione, & probatur ex his quæ latè cumulauit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo.4.nu.pri.cũ mult.ſeq. & meliùs ex his quę nos diximus ſupra in glo.3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xiij. Sed huic obiectioni illud nos reſponſum accõmodabimus, aliud eſſe quando vitium poſt ſuſceptam iam tutelam ſuperuenit: ſicut dicimus, quòd licèt furioſus, qui & ipſe cæco ſimilis eſt, per d.l. poſt ſuſceptam, non poſſit matrimonium contrahere, poteſt tamen vxorem antea ductam retinere, vt per omnia dicitur in l. patre furioſo, verſi. nam furioſus. D. de his qui ſunt ſui, vbi ex hoc Iaſ. latè poſt alios notat multa legitimè facta valere, quæ de nouo fieri non poſſent: & ſicut poteſt cæptam ante furorem vſucapionem complere .l. pen. §. eum. D. de vſuca. & latiùs diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. xij.

53 ℭ DECIMONONO quæro, quid in habente vnum duntaxat oculum, quem monoculum vocant: & magis eſt vt is ad conſentiendum admittatur: ſicuti & in tutorem admittitur, l. frater, & ibi glo. & Docto. C. de excu. tuto. & facit tex. cum glo. pri. in l. pri. C. qui mor. ſe excu. lib. 10. & in l. pri. §. caſum. D. de poſtu. & not. glo. vni. in l. qui luminibus, & ibi Docto. C. qui dar. tuto. poſ. & in l. poſt ſuſceptam, in ver. cæcus. D. de excu. tuto.

54 ℭ VIGESIMO quæro, quid in valetudinario, de quo an is poſſit vxorem ducere, vel ductam retinere, eſt tex. in cap. ex literis, de frigi. & male. & tot. tit. de coniu. lepro. an ſcilicet & huius ſit conſenſus requirendus, quod in leproſo negauit Ferro. in conſue. Burdi. tit. de ſta. & iur. perſo. §. 3. col. 4. verſi. quod & in abſente, vbi tamen nihil allegat: tu verò hoc colliges ex tex. in d.l. poſt ſuſceptam. D. de excu. tut. vbi dicitur eum tutorem datum, poſt ſuſceptam etiam tutelam, excuſari, & meliùs ex tex. in l. non ſolùm. §. ſi quis ægrotus, & .§. fi. cum dua. legi. ſeq. D. eo. tit. vbi qui ita eſt ægrotus, aut aduerſa valetudine detentus, vt ſuis ſuper eſſe negotijs non poſſit, à tutela excuſatur, & nõ tantùm à ſuſcipienda, ſed & à iam ſuſceptа, ad tempus tamen, vel in perpetuũ, ſecundùm infirmitatis qualitatem: quod & repetitur in §. itẽ propter aduerſam, vbi glo. & Docto. inſti. eo. tit.

55 ℭ SED HIC dubitatur, an eo caſu quo quis intereſſe non poteſt, procuratorem aut nuntium conſtituere poſſit, an verò conſenſui agnati locus ſit: quod poſterius admittendum videtur, eo quia quando maritus abeſt, agnati conſenſus requiritur, vt hic dicitur: ſed abſentia & grauis infirmitas æquiparantur. l. ſi longiùs, in fine prin. D. de iudi. l. aut ſi valetudinem. D. de procura. l. licèt, cir. fin. D. de arbi. & no. Bar. in l. pri. in prin. col. fi. in prin. verſi. quæro dicitur hic, vbi ſequuntur Docto. præſertim Iaſ. col. pen. verſi. extra glo. qui concordan. citat, & communem hanc dicit opinionem. D. de offi. eius.

56 ℭ At contrariam in ſententiam nos vocat immò veriùs trahit quod ſcripſimus ſupra in glo. præceden. quæſtio. v. & facit præterea tex. in cap. quòd ſedens, de offi. ordi. vbi ſi Epiſcopus non poteſt ob infirmitatem ſuum ſuffraganeum conſecrare, ei permittitur Coepiſcopo conſecrationem

nem committere: & magis noſtrum ad propoſitum tex. in l. decreto, in
prin. D. de admi. tuto. & .§.fin. inſti. de cura. vbi ob infirmitatem concedi-
tur tutori actorem ſuo ipſius periculo conſtituere: quod quomodo intelli
gatur, & an procedat in curatore, videbis ibi gloſ. & Docto. & hanc ſequi-
mur opinionem: Nec obſtant in contrarium allegata, quoniam loquuntur
quò ad hoc, vt poſſit quis alteri aliquid demandare, quod aliàs non poſſet:
quod magis ad hanc noſtram ſententiam accedit.

57 ℭ VIGESIMOPRIMO quæro, quid ſi maritus ſit hæreticus: &
certè dubitandũ non eſt, requirendũ nõ eſſe eius conſenſum, cùm non ſolũ
nõ poſſit cum hæretico matrimonium contrahi, ſed ét iam contractum di-
rimatur, cap. fin. xxviij. quæſtio. ij. & facit etiam quod dicimus propter hu-
iuſmodi crimen hæreſis filios à patria poteſtate liberari, cap. 2. §. fi. in fi. &
ibi glo. vlti. & Docto. de hære. in 6. Alex. in appo. Bar. in l. patre furio-
ſo, in ver. mutat ſtatum. D. de his qui ſunt ſui.

58 ℭ VIGESIMOSECVNDO quæro, quid de viro qui cum vxo-
re non habitat: qua in quæſtione, quia multis eget diſtinctionibus, & eam
latè tractauit in ſimili Tiraq. in trac. retrac. titu. pri. §. 10. glo. vni. num. 12.
incip. illud item, vſque ad num. 18. poſt alios quos citat, præſertim Deci. in
l. pri. col. 2. C. vn. vir & vxo. cum concor. per ipſum Tiraq. adductis, ideo
ad eum te remitto, ita tamen, vt dum maritum inquit qui ſine cauſa vxorem
è domo expulit, non lucrari dotem ſibi ex ſtatuto delatam, addas vltra al-
legata per eum, id etiam voluiſſe Cur. iun. in d. l. pri. col. 2. num. 9. & 10.
vbi communem hanc dicit opinionem, & Arnol. Ferro. in conſue. Burdi.
tit. de ſta. & iur. perſo. §. 3. col. 4. verſi. idem aiunt, vbi id expreſſim noſtros
ad terminos trahit.

59 ℭ VIGESIMOTERTIO quæro, quid ſi mulier iureiurando ſe
innuptam aſſerat: quam quæſtionem tetigit Tiraq. in d. trac. de legi. connu.
glo. 8. quæſtio. xvj. vbi multa in vtranque partem citat, tandemque in eam
inclinat, valere contractum quamuis ſine mariti conſenſu celebratum: cui
dum rei inquit dotalis alienationem valere, muliere non eſſe dotalem aſ-
ſerente, alle. Imo. in l. cùm vir. col. 16. dic verius eſſe, col. 8. verſi. & adde
etiam. D. de vſuca. quod & præter allegata per Tiraq. voluit Alex. in conſ.
107. viſo proceſſu, col. 3. verſi. ſimiliter, lib. 4. in conſ. 122. quoniam abun-
de, cir. med. verſi. pro hoc etiam facit, lib. 6.

60 ℭ Et dum idem Tiraq. propiùs noſtrum ad ſtatutum tractat de minore
à ſtatuto ſine certa ſolennitate contrahere prohibito, quod Comi extat
cap. 67. in ciuili. & refert Iaco. Belui. in diſpu. incip. lege Peruſina, & poſt
eum Io. And. in Specu. titu. de ſenten. prolatio. ſiue, vt noſtro in codice le
gitur, tit. de ſenten. & quæ ipſam ſequun. §. vt autem, col. 2. in ver. proce-
dendum, velle contractum ſine ſtatuti ſolennitate factum nullum eſſe, mi-
nore ſe maiorem affirmante, vbi Io. And. citat in ea etiam ſententia fuiſſe
Nico. Matt. pro qua adducunt tex. in l. quid enim, iuncto. §. fin. l. præce. D.
de dol. vbi contra pupillum finitam eſſe tutelam mentientem, datur actio
de dolo, ex quo colligitur nullum eſſe contractum per eum celebratum:
nam ſi valeret, daretur actio ex contractu non de dolo, quia eſt ſubſidiaria
l. pri. §. ait prætor. D. eod. tit. & reſpondet Io. And. poſt alios per eum

relatos,

relatos,ad iura quæ in contrarium facere videntur, quòd loquantur quando validus eſt à ſeipſo contractus, ſed per in integrũ reſtitutionem reſcindi poteſt: ſecus autem quãdo ipſo eſt iure nullus, vt in caſu dicti ſtatuti: propter quod dicit Tiraq. ſe diu ancipitem fuiſſe, ſed tandem reperiſſe Alex. in conſ.222. ſed veriùs eſt in conſ. 122. ſupra alle. per totum, lib. 6. huius contrarietatis mentionem facientem, & tenentem validum eſſe contractũ, reſpondentemque Io. And. & ſequacium motiuo. Quam Alex. ſententiam ipſe quoque Tiraq. ſequi videtur: adde eam ẽt eſſe de mente Ancha. in conſ. 226. legitur, col. pri. verſi. ſed præſuppoſita, & col. ſeq. & quam etiam tenuit Abb. in conſ.71. quinque dubia,col.3.verſi. venio nunc, lib. pri. vbi tamen falſo in eam opinionem citat Io. And. vbi ſupra: & pro qua, vltra per Tiraq. adducta, facit quod voluit idem etiam Alex. in conſ. 59. viſo inſtrumento,in 3.dub.lib.pri.repe. quibuſdam tantùm paucis verbis mutatis, in conſ.38. lib.4. vbi ſi mulier inquit domum vendat, quam aſſerat eſſe ſuam & mariti, non audiri ſi poſtea alleget eandem eſſe mariti in totum, vt eam per hypothecariam vendicet.

61 ℭ Verùm illam Io. And. & ſequacium ſententiam vltra per Tiraq. allegata, addo ſecutos fuiſſe Caſtr. in l.pri. col.2.verſi. item aduertendum.C. ſi min. ſe maio. dix. Soci. in conſ.66. fruſtrà,col.9.verſi. & hæc opinio,lib. pri. Baue. in trac. de virtu. iura. col.fin.verſi. nam licèt minor, ſub nu.117. Curti. iun. in conſ.118. præſupponitur, per totum, maximè col. pen. & fi. & conſ. ſeq. Nico. Euer. in locis lega. in loco à vi energia ſeu effi. iura. in 53. & vlti. effec. iura. ſub fol. omnium 320. Soci. iun. conſ.3. viſa & bene, num. 25. cum 3. ſeq. lib. 2. nos autem paulò poſt noſtrum interponemus iudicium.

62 ℭ Et dum idem Tiraq. vbi ſupra num.143. idem inquit in ſtatuto prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris obligari, videlicet non valere obligationem per ſolum filiumfamilias ſe emancipatũ aſſerentem factam, contrahente tamen cum eo ipſum eſſe filiumfamilias ſciente, allegans Dyn. in conſ. incip. iure municipali cauetur; quem tamen nullibi reperio, licèt illum ſic etiam citet Alex. in d.conſ.122. poſt prin.lib.6. de quo Alex. cõſ. meminit etiam Tiraq. vbi ſupra, & præterea idem etiam Alex. à Tiraq. non cõmemoratus,in d.conſ.107.col.pen.verſi.& ſimiliter,lib.4. adde hoc etiam voluiſſe Io. And. quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 2. & ſequuntur Caſtr. in conſ.175. ad primum quæſitum clara eſt, in 3.dub. lib. 2. & Soci. in conſ.23. circa præſentis, per totum, maximè num.13. & 14. lib.4. vbi inquit hoc procedere etiam ſi pater, cum quo filiusfamilias contrahit, id verum eſſe affirmet, ea ratione quòd in prohibitis verſemur, in quibus contrahentium aſſertioni non ſtatur. l. ſi fortè. D. de Caſtr. pecu. ſubdens etiam Soci. filium neceſſe non habere patriam poteſtatem probare, cùm in dubio emancipatus non præſumatur, ſecundùm Docto. in l. ſi emancipati.C.de collatio. vbi tamen tu apud recentiores videbis quomodo id intelligatur.

63 ℭ VERVM nos quantùm ad minorem hac in controuerſia ſic diſtinguendum arbitramur, quòd aut minor ſimpliciter ſine iureiurando ſe maiorem aſſerit, & id quidem per errorem, credens ſe ita rem habere,& tunc hæc ei aſſertio non nocet, minori ætate probata.l.pri. & 2.C.ſi min. ſe.

maio. dix. & idem ſi minor id aſſerat per circunuentionem & dolum aduerſarij ipſum minorem ad ſic aſſerendum inducentis. l. 3. poſt prin. verſi. quòd ſi per iniuriam, & ibi Docto. vbi Caſtr. qui illam legit cum l.pri. col. 2.verſi. in glo.fin. intelligit id procedere non ſolùm ſi dolus ſit commiſſus per aduerſarium in inducendo minorem ad aſſerendum ſe maiorem, ſed etiam ſi ſit commiſſus in inducendo illum ad contrahendum ſecum.C.eo. tit. ſi min. ſe maio.dix.

64 ℭ AVT VERO minor id doloſè affirmat, vt aduerſarium decipiat, & valet contractus, d.l.3.in pri. reſpon. & faciunt optimè quæ diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. 6. in prin. quod tamen duas recipit declarationes.

65 ℭ PRIMO igitur declara id procedere quantùm ad eum contra quem minor dolum committit, non etiam quò ad alium, ſecundùm Ang.in d.l.3. cir. med. verſi. vltimò pro intellectu, Caſtr. qui illam legit cum l. pri. col. 2.verſi. in ſecundo caſu, & faciunt quæ dicemus infra hac etiam glo. num. 75. incip. aut interuenit.

66 ℭ SECVNDO declara id non procedere ſi aduerſarius,cum quo minor contrahit ſciat eum eſſe minorem, vt eſt caſus rectè intuenti in l. minor xxv. annis adito præſide, in verſi. planè.D. de mino. nam licèt Bar. in d.l.3. cir. prin. verſi. oppo. de l. minor xxv. an. & iterum poſt med. verſi. quandoque dolo ſuo,dicat deciſionem d.l. minor xxv. annis adito præſide, procedere eò quia minor non adhibuit dolum contra curatores, ſed contra alium, tamen verior eſt ratio, quia ibi curatores ſcientes fuerunt illam maioris ætatis aſſertionem falſam fuiſſe, vt ex ipſo tex. ſatis colligi poteſt, quod & voluit Bar. ipſe in ea ipſa l. minor xxv. annis adito præſide, dum minorem inquit ibi vtili negotiorum geſtorum actione contra curatorem egiſſe, & curatori doli exceptionem non profuiſſe, quia minor de ſcientia ipſius curatoris replicauit: & hoc idem minorem ſe maiorem dolo aſſerentem ſibi non præiudicare,aduerſario eum minorem eſſe non ignorante, voluit idem etiam Bart. in d.l.3. poſt prin.dum opponit d.l. de tutela.C. de in inte. reſti. mino. de qua ſtatim dicemus, & ibi in d.l.3. ſequitur Caſtr. qui illam legem legit cum l.pri.col.2.verſi. item ita demum,iterum idem Caſt. in conſ.53. viſis actis & conſideratis, col.2.verſi. vnde vbi non debet, lib. 2, vbi fortiùs inquit id procedere ſi aduerſarius hoc ſcire potuit ex aſpectu illum fuiſſe minorem: & conferunt optimè quæ diximus ſupra num. ab hinc 4.pro quo etiam dicto vrgens adducitur ratio,quòd ſciens decipi non videtur. l. nemo videtur.D.de reg. iur. cum ſimi. per nos quoque adductis ſupra in gloſ.2. in ver. mulierum, quæſtio. vj. in fine, vbi ſimilem ex hoc quæſtionem decidimus.

67 ℭ Hic autem ſummopere annotandum eſt, ſi is qui, cum minore contrahit,illius coniunctus ſit, præſumi ſcire eum minorem eſſe, vt eſt caſus in l. de tutela,& ibi not. Bar. Bal. Ang. Caſtr. & Alex.C.de in inte. reſti. mino. vbi inter alios Bal. poſt prin. infert, ſi ſtatuto caueatur minorem xxi. annis ſine curatore,addito etiam iureiurando contrahere non poſſe,& ſoror xx. annis minor paternæ maternæque hæreditati in manibus fratris renuntiet, iurando corporaliter ſe maiorem, huiuſmodi renuntiationem non valere,

quia

quia frater ſororis ætatem ſcire præſumitur, & per conſequens deceptus non videtur: quem ſequuntur Firma. in ſuo reper. in ver. filia renuntians, verſi. pri. Barba. in conſ. 53. præclarè ſcripſit, poſt prin. lib. pri. & Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 8. num. 142. incip. limitabis etiam 2. quod & in ſtatuto prohibente minorem ſine conſenſu affinium contrahere, vt ſcilicet ſi minor cum coniunćto ſolus contraxerit, non valeat contraćtus, & ideo emptor ad fructus teneatur, licèt minor ſe maiorem aſſeruerit, voluit Ang. in conſ. 160. pro deciſione, cir. fin. iunćtis præceden. vbi & alias tradit con iećturas præſumendi contrahentem cum minore ætatis eius notitiam habere, puta ſi illius vicinus ſit, & in vicinia ſit fama illum minorem eſſe, vel ſi ex aſpećtu notoriè maior omnibus tempore contraćtus videbatur, vel ſi ip ſe contrahens confeſſus ſit eum minorem eſſe, & ipſum Ang. ſequitur Soci. iun. in conſ. 69. pro dilucidatione, col. 11. verſi. ſecundò probatur, lib. pri. & conferunt admodum quæ dicemus infra in fine, quęſtione ix. nu. 43. incip. illud autem, vbi etiam declarabimus quomodo id intelligatur.

68 ¶ AVT INTERVENIT dolus ex parte vtriuſque, & minori huiuſmodi aſſertio non præiudicat, ſecundùm Spec. titu. de reſti. in inte. §. quis autem, col. 3. verſi. item denegatur, & ibi Io. And. in addi. in ver. reſpondeo, qui id declarat procedere quando principalis petitio non continet dolum, ſed excipitur & replicatur de dolo, Pet. de Bellaperti. & Cyn. in d. l. 3. & ibi Bar. cir. fin. Albe. poſt prin. Saly. ante fin. verſi. vltimò diſtingue, & Caſtr. col. 2. verſi. in glo. fin. C. ſi min. ſe maio. dixe. pro qua concluſione Bar. vbi ſupra, citat l. de tutela. C. de in inte. reſti. mino. quæ tamen loquitur eo modo quo in præce. verſi. diximus: ideo meliùs adduci poſſe videtur tex. in l. ſi duo. D. de dol. vbi ſi dolus ex parte vtriuſque contrahentis circa eandem rem interueniat, neutri competit de dolo aćtio, vbi gloſ. vni. concor. citat: & facit etiam regu. l. viro atque vxore. D. ſolut. matri. vbi paria delićta mutua compenſatione tolluntur: de quo latè ibi per Dođo.

69 ¶ DECLARA AVTEM PRIMO hanc concluſionem procedere non ſolùm ſi aduerſarius, cum quo minor contrahit, dolo verſetur tempore contraćtus, ſed etiam ſi falſitatem committat in teſtibus vel inſtrumentis per eum produćtis, ſecundùm Caſtr. d. l. 3. quo loco eum ſupra proximè citauimus.

70 ¶ DECLARA SECVNDO, vt ſi dolus minoris verſetur in aſſerendo ſe maiorem, dolus autem aduerſarij cõmittatur in contraćtu, tunc minori in integrum reſtitutionis beneficium duntaxat tollatur, non alia iuris quoque communis beneficia, ſecundùm Saly. in d. l. 3. cir. fin. poſt glo. in ver. per teſtium, idem ſentientem.

71 ¶ DECLARA TERTIO & vltimò, vt in dubio minor ſe maiorem aſſerens nõ præſumatur id dolo aſſerere, ſecundùm Pet. de Bellaperti. in d. l. 3. & ibi Bar. cir. med. verſi. quæro vtrum, & iterum in fin. ver. Albe. col. pri. verſi. quærit glo. quid in dubio, Ang. cir. fin. verſi. ſi autem dubitatur, Saly. in fin. ver. & Caſtr. cir. fin. verſi. in quintò caſu, iterum Ang. in d. conſ. 160. col. pen. verſi. aduertendum tamen, Alex. in d. conſ. 122. cir. med. lib. 6. Soci. iun. in d. conſ. 3. nu. 15. & 16. lib. 2. Quam & nos opinionem

ſequimur,quanquam reclament Azo. in ſum.C.d.tit. ſi min. ſe maio.dixe.in fin. licèt meo in codice corruptus ſit, in quo abundat dictio illa negatiua, non, & nulla Azo. mentione facta, Accur. in d. l. 3. in glo. pen. in fi. C. ſi min. ſe maio. dix. Spec. tit. de reſti. in inte.§.quis autem, col.5.verſi. ſed ſi ignoratur, dũ ſe remittit ad Accur. vbi ſupra,& ibi clariùs Io. And.in verſi. præce. in ver. breuiter, & iterum idem Io. And. in addi. et Specu. titu. de ſenten. & quæ ipſam ſequun.§. vt autem, in prin. in ver. procedendum,cir. med. verſi. dicit tamen quòd in dubio, inquiens ita etiam tenuiſſe Nico. Matt. & reprobans diſtinctionem Homobo. intereſſe exiſtimantis, an minor verba inchoauerit, & tunc præſumatur dolo ſe maiorem aſſeruiſſe, an inchoauerit contrahens cum eo, & tunc contra ipſum contrahentem præſumatur, Ancha.in conſ. 226. legitur, col. pri. verſi. & bene aduertendum eſt, Caſtr. in conſ.53. viſis actis, col.2.verſi. vnde ſibi non debet,& col.ſeq. in prin.lib.2. Sed verior eſt prior opinio,quoniam non præſumitur, immò impoſſibile eſt ſuæ quem natiuitatis memorẽ eſſe,ſecundùm Saly. & Alex. in locis prealle. vbi Alex. contrarium aſſerit in filiofamilias ſe emancipatum aſſerente,quia is præſumitur dolo id facere,cùm emancipationis notitiam habere præſumatur per id quod habetur in .§. & generaliter, in aut. qui. mod. natu. effi. ſui, vbi non permittitur patri ius patriæ poteſtatis ſoluere inuito filio. Et facit etiam, quantùm ad minorem ſe maiorem affirmantem, dolum in dubio non præſumi, niſi indicijs ſaltem aut coniecturis probetur.l. dolum.C. de dol. l. ſi prætor.§. Marcellus.D. de iudi. l.3. in fi. D. de tribu.actio.l. quoties,verſi. qui dolo.D. de proba. Qua ratione hęc noſtra ſententia non procederet vbi probaretur ipſum minorem ſciuiſſe ſe maiorem eſſe, eo enim caſu eius aſſertio maioris ætatis dolo facta præſumeretur,vt voluit Abb. qui has ſic diuerſas opiniones componit, in conſ. 71. quinque dubia, col.3. in prin.verſi. ex his concluditur, lib.pri.

72 ℭ AVT VERO minor ſe iureiurando maiorem affirmat, & tunc aut etiam iurat minorem ſe ætatem non probaturũ, & ſibi iuſiurandum obeſt, ſecundùm Bal. in conſ.213. occurrit dubium, in verſi.porrò modus, lib.2.

73 ℭ Huic autem ſententiæ accedit, quòd vbi aliàs contra proprium quis iuramentum venire poteſt impetrata habilitatione, non poteſt tamen ſi etiam iurauit ſe ipſius iuſiurandi habilitationem non impetraturum, vt dicit Barba. in conſ. 85. illud in medium, col.2. in fi. verſi. eſt nunc videndum, & col.ſeq. lib.3. cum ſimi. quod an procedat ſi in impetranda abſolutione huius etiam iuſiurandi mentio fiat: & quid ſi quis iurauerit ſe etiam abſolutione, vbi illam impetrauerit, non vſurum: & an poſſit Euangelica ſaltem denuntiatione vti: & quid item ſi quis etiam iuret ſe eccleſiæ non denuntiaturum,de his omnibus videbis Rom. in conſ.316. in præſenti,per totum, & Fely. in cap. conſtitutus, col.8.verſi. ampliùs dicas,de reſcrip. & an poſſit quis à parte petere,vt ipſum iuſiurandum de non impetranda abſolutione ei præſtitum remittat: & quid item in hærede iurantis,an is huic iuriiurando citra periurium contrauenire poſſit, comperies apud Bal. in rep.l.2. col.28. in fi. verſi. & quò ad primam quæſtionem.D. de iureiu. & quantùm ad hæredem vide etiam quæ dicemus infra in fine, quæſti. xxi.

74 ℭ AVT NON IVRAVIT minor aliquid ſuper non probanda minori ætate,ſed tantùm ſe minorem eſſe,& tunc aut hoc iuſiurandum fuit

à mi-

à minore præſtitum dolo aduerſarij tantùm, & ipſi minori non nocet, ſecundùm Bar. in d.l.3. ante fin. verſi. quandoque dicit ſe maiorem. C. ſi min. ſe maio. dix. & faciunt optimè quæ dicemus infra in fine, quæſtio. xxv.

75 ℭ AVT INTERVENIT dolus ex parte ipſius duntaxat minoris, & ſibi minor præiudicat, cùm eo caſu ſimplex etiam aſſertio ſine iureiurando ei noceat, ſecundùm ea quæ diximus ſupra num. 64. Quod tamen intelligitur quantùm ad ipſum contrahentem, contra quem dolus commiſſus eſt, non etiam quantùm ad tertium cum ipſo etiam minore contrahentem, contra quem tamen dolum non commiſerit, ſecundùm Specu. titu. de reſti. in inte. §. quis autem, col. 5. verſi. ſed nunquid hoc ſacramentum, vbi in verſi. ſeq. idem etiam ſentit quò ad ipſum contrahentem, contra quem dolus commiſſus eſt, vt ſcilicet huiuſmodi iurata aſſertio ipſi minori non noceat quantùm ad alium contractum, in quo dolus nõ interuenerit, quod & clariùs addo voluiſſe glo. in l. de ætate, in glo. fin. in fin. ver. D. de mino. quam ſequitur Albe. in d. l. 3. col. pri. verſi. quæritur etiam ſi minor. C. ſi min. ſe maio. dix. & faciunt quæ diximus ſupra nu. 65. incip. primò igitur. Et idem etiam videretur ſi dolus ex parte vtriuſque interueniret, quia licèt hoc caſu ſimplex minoris aſſertio ei non noceat, vt diximus ſupra num. 68. incip. aut interuenit, nocet tamen iurata, vt dicit Bar. in d.l.3. ante fin. C. ſi min. ſe maio. dix.

76 ℭ AVT NEVTRIVS dolus interuenit; & tunc aut minor iuſiurandum verbotenns præſtitit, & ſubdiſtinguitur, vt ſi minorem velit ætatem probare per teſtes, non poſſit d.l.3. cir. med. verſi. ſi tamen, & ibi Doct. Specu. tit. de reſti. in inte. §. quis autem, col. 4. verſi. item denegatur reſtitutio, & ibi Io. And. in addi. in ver. breuiter, Imo. in cap. cùm contingat, col. 87. verſi. & intellige etiam, de iureiu. vbi inquit d. l. 3. procedere iure quoque canonico, attento quòd eo iure non reperitur contrarium deciſum. Quod tamen intelligit Bal. in d. conſ. 213. verſi. cùm ergo, lib. 2. niſi ſtatutum aliter diſponat: de quo an ſtatutum ſuper iureiurando diſponens valeat, latiùs nos paulò poſt dicemus: ſi verò probare velit per inſtrumenta, tunc admittatur, vt expreſsè etiam dicitur in d.l.2. in d. verſi. ſi tamen, & not. Anc. in conſ. 226. legitur, col. pri. verſi. & præmitto, & col. ſeq. verſi. præterea etiam ſi ſtatutum, vbi id inquit procedere etiam ſi ſtatutum irritet iuſiurandum per minorem præſtitum ſuper contractu ſine debita ſolennitate celebrato, quia d. ſtatutum ſecundùm ius commune intelligendum eſt, ex quo ſuper probatione minoris ætatis facienda diſponit nihil, per nota. in l. 2. C. de noxa. acti. in cap. ſicut conſuetudo, in cap. cùm dilectus, de conſue. quod & ante eum reperio voluiſſe Ang. in d. l. 3. poſt prin. verſi. & nota ſingulariter, qui loquitur etiam ſi ſtatutum annullet contractum per minorem xxv. annis factum, etiam ſi iurauerit ſe maiorem, vt ſcilicet intelligatur tamen, modò per inſtrumenta minorem probet ætatem.

77 ℭ DECLARA tamen id intelligi non ſolùm ſi minor per publica velit inſtrumenta ætatem probare, ſed etiã ſi per paternum librum in quo ipſins filij natiuitas conſcripta ſit, licèt enim glo. in l.2. in ver. legitimis. D. de excu. tuto. Bal. in rub. C. de fid. inſtru. col. 2. verſi. ſed dubitatur, Albe. in l. pri. poſt prin. verſi. ſed nunquid iſta inſtrumenta. C. ſi min. ſe maio. dix. dicant huiuſmodi librum filij ætatem plenè non probare, niſi alijs indicijs

 concur-

concurrentibus: quam etiam opinionem tenuerunt Iac. de Aret. in .§. fin. & ibi Io.Fab. in pri.ver. & Ang. Areti. col.pri. verſi. in glo. in ver. naturalibus,inſti.de inge. & quanquam etiam glo. ibi in d.§.fin. in ver. natalibus, aliter loquatur,volens tunc demum plenè probare,ſi talis ſcriptura ſit præconizata: quam etiã in hoc ſequitur ibi Ang.Aret. quo loco eum proximè citauimus, & videtur ſequi etiã Alex. in appo. Bar. in l. de ætate, col.5. in ver. per aſpectum.D. de mino.

78 ℂ Tamen contrarium, immò plenam facere probationem ſimpliciter probat tex. in l.neque natales,& ibi not.Nico. de Mattha. & poſt eum Bal. col.pri. in fi.verſi. extra quærit Nico. qui id intelligunt niſi contrarium probetur,vbi etiam idem Bal. col.2.verſi. tertia ſcriptura, illud quod dicit glo. in d. §. fi. inſti. de inge. intelligere videtur vt procedat in atteſtationibus teſtium per parentes ad æternam rei memoriam receptorum, & ibi Saly. poſt prin.verſi. nota quòd per ſcripturas,& iterum col.2.verſi. quæro cum pri.glo. qui etiã col.3. verſi. quandoque ſit ſcriptura,clariùs quàm Bal. eodem modo vt Bal. intelligit d. gloſ. & Caſtr. poſt med. verſi. & no. quòd talis ſcriptura. C. de proba. & expreſſior tex. in l. 2. poſt prin. verſi. ætas autem.D. de excu. tuto.& tex. in l. etiam,cum glo.pri.in prin. vbi loquitur in libro à matre quoque confecto.D.de proba. & tex. paucis notus,in l.2. poſt prin.C.de his qui ueni.æta.impe.niſi tamen huiuſmodi liber ſit ſuſpectus, ſecundùm Saly.in l.ſi minorem, col.4. verſi.nunc quæro.C.de in inte. reſti.mino. & in l.cùm te , col.pri. verſ.quæro nunc.C.de proba. & in terminis noſtris, de quibus agimus, voluerunt Curt.iun. in d. conſ. 118. col. pen. verſi. maior igitur difficultas, qui declarat reſpectum non eſſe huiuſmodi librum, ſi habeat nomina nutricum, & eorum qui infantem de ſacro fonte leuauerunt, cùm præſertim fieri poſſit literarum comparatio, iuxta l. comparationes.C.de fi.inſtru. quam legem dicit correctam eſſe in apocha. tantùm, non etiam in libro rationum, poſt alios concor. quos citat: ſubdens Cur. hunc paternum librum filij ætatem fortiùs probare, ſi matris teſtimonium concurrat, quod hac in re dicit eſſe receptum, ſecundùm gloſ. quam inquit communiter eſſe approbatam,in d.l.etiam.D.de proba.& per omnia Soci.iun. in d.conſ.3.col.pri.& 2.lib.2. & ita filij ætatem paterno libro plenè probari, ſcio ſæpiſsimè etiam à nobis fuiſſe obſeruatum. Si autem ſcire Lector deſideraueris quid in inſtrumento matrimonij,an & illud filij ætatem probet, adeundus tibi erit Specu. titu.de reſti. in inte.§.quis autem, col.5. verſi. ſed cuiuſmodi erit, Bal.in d.l.neque natales, col.fin. verſi. reſtat unum dubium, & ibi Saly. col.2. verſi. item iſtam gloſ.C. de proba. & Alex. in d.l.de ætate,quo loco cum ſupra citauimus.D.de mino.

79 ℂ SED QVID ſi huiuſmodi iuſiurandum fuit quidem per minorẽ verbotenus præſtitum, ſed in ſcriptis redactum,videbis Ang. in conſ. 160. pro deciſione, col.2.verſi. nunc reſtat, apud quem etiam col. 3. verſi. ſed quia hæc venditio, comperies quid ſi inſtrumentum, in quo minor ſe maiorem aſſeruit, ſit nullum ex defectu fortè ſolennitatis in contractibus minorum requiſitæ.

80 ℂ AVT MINOR iurauit corporaliter ad ſancta Dei Euangelia ſe maiorem eſſe: & ſi loquimur in terminis iuris communis, quo valet cõtractus, ſed propter læſionem via reſtitutionis in integrum reſcindi poteſt,

&

& tunc certum eſt minorem nullo poſſe modo contrauenire, d. l. 3. in fin. ver. & ibi no. glo. in ver. per teſtium, poſt medi. verſi. ſecundo caſu, Bar. cir. fin. Bal. cir. med. verſi. vltimò no. Albe. Ang. Saly. & alij. C. ſi min. ſe maio. dix.

81 ℭ SI AVTEM loquimur quando nullus eſt contractus ob non ſeruatam fortè ſtatuti ſolennitatem in contractibus minorum requiſitam: & tunc ſunt opiniones de quibus ſupra num. 60. & 61. ſed & hic ſubdiſtingui poteſt, quòd aut minor non iurauit ſpecialiter ſe maiorem eſſe, ſed tantùm in prin. inſtrumenti ſe maiorem ſimpliciter aſſeruit, deinde in fine iurauit omnia & ſingula prædicta eſſe vera, & hoc caſu videtur nullum eſſe contractum, minori ætate probata, ita enim poſſe minorem tunc ætatem probari, voluit Barba. in conſ. 53. præclarè ſcripſit, col. pri. verſi. ſi quiſpiam, lib. 2. & in terminis ſtatuti prohibentis minorem ſine certa ſolennitate contrahere, Cur. iun. in d. conſ. 119. col. 3. verſi. nec eſt paruifacienda, & col. fin. verſi. poſtremò, & Soci. iun. in d. conſ. 3. col. 5. verſi. non diſplicet, lib. 2. qui his mouentur rationibus, quoniam diſpoſitio d. l. 3. eſt pœnalis, ideoque reſtringenda, & quia illa verba omnia & ſingula referenda ſunt ad ea quæ principaliter tantùm non etiam enuntiatiuè dicta ſunt, potiſſimùm quia iurans in falſitatem incideret, & iuſiurandum in genere præſtitum ad falſa & illicita non extenditur, cap. pri. de iureiu. in 6. & no. glo. in cap. ego, in ver. nulli pandam, & in cap. veniens, in ver. præſciuiſſet, in fi. in cap. quemadmodum, in ver. conditio, & in ver. oculos, extra eo. tit. de iureiu.

82 ℭ Quæ ſententia confirmari poſſe videtur ex not. per Fely. in rub. de præſcri. col. 6. verſi. fallit quartò, vbi in pacto, inquit, de retrouendendo omni die & hora, tunc demum iuſiurandum præſcriptionem impedire, ſi ſpecialiter ſuper ipſo facto præſcriptioni derogante fuit additum: ſecus ſi generaliter in fine inſtrumenti de omnibus & ſingulis prædictis obſeruandis interpoſitum fuit; quem ſequuntur, dum illum citant, ipſe quoq; Cur. iun. in l. petens, num. 16. in fi. C. de pac. & ipſe etiam Soci. iun. in conſ. 145. viſo puncto, num. 62. lib. pri.

83 ℭ Veruntamen, ſi noſtrum hac in re iudicium interponere licet, nos in contraria ſententia ſumus, quam veriſſimam arbitramur, nullam ſcilicet eſſe differentiam, an minor ſe maiorem iureiurando ſpecialiter aſſerat: an verò priùs ſe maiorem ſimpliciter affirmet, deinde iuret omnia & ſingula prædicta eſſe vera, per ea quæ dicemus infra in glo. 15. in ver. iurante marito vel agnato, quæſtio. ij. & facit etiam quia in dubio ſequenda eſt ea opinio quæ animæ fauet, cap. iuuenis, de ſponſa. &, ita cùm id iam firmaſſem, reperi poſtea idem fuiſſe de mente Ang. in conſ. 160. pro deciſione, col. 2. verſi. nunc reſtat, & Ancha. in conſ. 226. legitur, col. pri. verſi. ſed præſuppoſita: & ad hoc etiam nouiſſimè accedit tex. in l. pluribus, in prin. D. de verbo. obliga. vbi generalis clauſula poſt plura ſingulariter propoſita relata, omnia ſigillatim expreſſiſſe intelligitur, & ibi Ang. hoc not. & concor. citat, idque noſtrum ad caſum ſpecialiter trahit: quæ etiam ſententia clarior apparebit ex contrariorum ſolutione.

84 ℭ Non obſtat igitur primum, hic agi de materia odioſa atque ideo reſtringenda, quia id omnino falſum arbitramur, quoniã diſpoſitio tractans

de

de iuriſiurandi obſeruatione, fauorabilis dicitur, proindeque amplianda eſt, ſecundùm Bart. in aut. ſacramenta puberum, col.pen. verſi. pro cuius declaratione, & ibi Fulg.col.pen. verſi.hæc enim aut. Caſtr.col.2. verſi.ſed iſta aut. Iaſ. col.4. verſi.item vbi agitur, & ipſum etiam Curt.iun. ſui ipſius immemorem, col.7. verſi.quartò adducitur, & Io.Igne. in rep.col.34.verſi. ex iſta deciſione.C.ſi aduer.vendi. Butri.in cap.fin. col.33. verſi.extenderetur tamen, de conſue. Imo. in cap.quamuis, & poſt eum Gemi.col.3. verſi. in ea. gloſ. ibi impuberis, de pac.in 6. eundem Imo.in cap.pri.& ibi etiam Gemi.col.3.verſ.ad idem glo.qui id declarat, & Philip.Fran.qui Gemi.declarationem ſequitur, col.3. verſi.quartò limita, de temp.ordi. etiam in 6. iterum Imo.in cap. cùm contingat, col.60. verſi.præterea etiam poteſt, de iureiu. in conſ.123. in cauſa quæ vertitur, col.3. verſi. nam poteſt reſponderi, Rom.in l.is cui bonis, col.antep. verſi. ſed ad hoc reſpondetur.D.de verb. obli. Alex. in l.ſiue apud acta, col.pri. verſi. non ob. quod no.C. de tranſac.in l.qui iuraſſe, in prin.col.pri.verſi.accedit quia.D.de iureiu.Crot. in rep.l.nemo poteſt, col.28. verſi.& ſi dicatur, ſub num.78.D.de leg.pri. Nico.Euer.in locis lega. in loco à ui. ener. & effi.iura.in li.effec. iura.char. nobis 320.

85 ℭ Non obſtat etiam quod dictum eſt, clauſulam illam, omnia & ſingula prædicta, ad ea quæ incidenter & enuntiatiuè dicta ſunt, non referri: quia & in hoc contrarium voluit glo.in cap.vt circa, poſt prin.in ver.omnia & ſingula, de electio.in 6. quæ ſpecialiter loquitur in iurante per hæc verba: quam gloſ. communiter eſſe approbatam conſtat ex his quæ dicemus in d. gloſ.15. quæſtio.ij.

86 ℭ Non obſtat etiam tex. in cap.pri. de iureiu. in 6. quia loquitur in officiali generaliter iurante ſe ſtatuta obſeruaturum, quod iuſiurandum ea ratione de illicitis ſtatutis non intelligitur, quia iurans cenſetur ignorare, an aliqua ſint illicita, & ita etiam loquuntur gloſ. ſupra allegatæ, quando ſcilicet eſt dubium quomodo iuſiurādum intelligatur: ſed in caſu noſtro res clara videtur, hoc ipſum iuſiurandum de aſſertione minoris quoque ætatis intelligendum, ex quo iurans iam ſupra ſe maiorem aſſeruit, cùm illa clauſula, omnia & ſingula prædicta, ad omnia præcedentia, etiam incidenter dicta, vt iam diximus, extendatur.

87 ℭ Quibus etiam accedit, quòd qui iurat omnia & ſingula prædicta vera eſſe, & ſe non contrauenturum, ſi qua ex eis falſa aut ſimulata ſunt, non poteſt tamen id allegare, ſecundùm Butri. in cap. cùm contingat, col. antep. ver. hæc vera inquantum, & ibi Abb. col.16. verſi.ſecundus caſus, & Imo. col.104. verſi. ſi verò partes, & col.ſeq. verſi.item adde ad id, & Alcia.nu. 69. qui communem hanc dicit opinionem, de iureiu.eundem Imo.in cap. ad noſtram, cir. fin.de empti. & vendi.in l. nemo poteſt, col.2. verſi. item adde ei quod tangit, & ibi Alex.col.4. verſi.ſed eſt dubium, Iaſ.col.8.verſi. tertiò princi.in pri. lectu.qui communem hanc dicit opinionem, & iterum col.11. verſi. quid autem ſi renuntiet, in ſecun.lectu. dum ſe remittit ad ea quæ dixit in pri.& Rip.ſuboſcurè, col.9. verſi.ſecundò limita, qui de communi etiam opinione fidem facit.D.de leg.pri.iterum etiam Imo.in l.Seius & Augerius, col.fin. verſi.ſi autem non ſit renuntiatum, & ibi Alex. col.fin. verſi. referunt etiam. D. ad l.Falci. Caſtr. in l.fin. cir. fin. verſi. hoc tamen.

 C. plus

C. plus val. quod agi. iterum etiam Alex. in conſ.36. viſo themate, col.2. verſi. plus videtur, lib.2. in conſ.132. viſo inſtrumento, col.fin.verſi. bene facit, eo.lib.2. Cepol. de ſimula. contrac. præſump.7. col.pen. verſi. quod tamen intellige, Soci. in conſ. 82. ſuper quæſtionibus, col. pri. poſt prin. verſi. ſecunda ratio, qui etiam communem hanc eſſe ſententiam atteſtatur, lib.3. Rui. in conſ.132. viſa confeſſione, col.pri. & 2. lib.4. quod & eſt de mente Bal. in l.fin. cir.fi.verſi. ſecundò quæro quid ſi iuramentum, & ibi et Saly. cir.prin.C. de non nume. pecu. Ex quibus conſtat hanc communem eſſe opinionem: quicquid dixerit Crot. in rep.d.l. nemo poteſt, num.47. & quanquam aliter diſtinguat Bal. in rep. l. 2. col. 30. verſi. quartò ad tertiam.D. de iureiu. quem ſequi videtur Fely. in cap. debitores, col.pen. verſi. quintò quæro, de iureiu.

88 ¶ Si tamen Lector ſcire deſideraueris, an quis huic poſſit iuriiurando contrauenire, impetrata ipſius iuriſiurandi abſolutione: & quid in hęrede iurantis: & quid item ſi quis admiſſus fuerit ad probandum ipſam ſimulationem & falſitatem: & an poſteaquam detecta eſt allegari poſſit: & quid reſpectu tertij, cui præſtitum non fuit iuſiurandum: & an Euangelica vti quis denuntiatione poſſit: & an poſteaquam quis contractum impleuit, id quod ſoluit repetat, iuxta d. cap. debitores, de iureiu. videbis Docto. in locis prædlle. & præterea Soci. in conſ.66. fruſtra, col.8.verſi. nam tunc videtur, lib.pri.& quando detecta dicatur ipſa ſimulatio, pulchrè declaratum comperies apud Areti. in conſ. 95. in præſenti, in 3. dub. & Rui. in conſ. 194. in hac cauſa, in fi.lib.pri. vbi tangit quid ſi admiſſæ ſint poſitiones vel capitula ſaluo iure impertinentium, vel ſuper eis teſtes examinati.

89 ¶ Vltimò non obſtat illud Fely. dictum in d. rub. de præſcrip. ſupra à nobis adductum, cum concor. ſupra commemoratis, quia verum non videtur, & ſecundùm illud in praxi obtinere non potuimus, vt per omnia retulimus infra in fine, quæſtio. vij.

90 ¶ AVT VERO MINOR ſpecialiter iurat ſe maiorem, & tunc etiam ſubdiſtingui poteſt, quòd aut adeſt ſtatutum iuriſiurandi vires tollens, ſi minor ſine ſtatuti ſolennitate contraxerit, præſumendo iuſiurandum per ipſum minorem præſtitum, in metu aut dolo extortum, vti noſtrum Comenſe ſtatutum facit ſub cap.67. in ciuili. & tunc dicendum videtur huiuſmodi iuratam minoris aſſertionem ei non præiudicare, minori ætate probata: ita enim in ſpecie voluerunt Curt.iun. in d. conſ. 118. col. fin.verſi. ſed quid, & conſ.ſeq. col.3.verſi. ſed quid fortiùs, & Soci. iun. in d.conſ.3. per totum, max. col.3.verſi. ſecundò non obſtat prædictis, lib.2. vbi dicunt dictum ſtatutum, quanuis de iureiurando contractus confirmatorio loquatur, ad aſſertorium tamen, videlicet quando quis iurat aliquid eſſe quod non eſt, vt hic, extendi: & ad hoc Curt. allegat quòd iuſiurandum contractus confirmatorium maioris eſt efficaciæ quàm aſſertorium, ſecundùm Cyn. in l.pri.C. de ſac.ſanc.eccle. & ideò in eo faciliùs quàm in promiſſorio conceditur abſolutio, vt dicit communiter tenere ſcribentes in cap. mulier, de iureiu. & Soci. in conſ.66. fruſtra, & eſt col.7.& 8.lib.pri.

91 ¶ Verùm contrarium reperio conſuluiſſe Ancha. in conſ.226. legitur in canone, col.pri. verſi. intelligam ergo, & col.ſeq. vbi ſtatutum inquit irritans,

tans minoris contractum etiam iureiurando interueniente celebratum, ſi certam ſolennitatem non obſeruauerit, intelligi quando minor ſimpliciter contrahit, & iurat ſcilicet de non contraueniendo, non etiam quando ſe maiorem iureiurando atteſtatur, quia cùm hic caſus non ſit in ſtatuto comprehenſus, intelligi debet iuris communis diſpoſitioni relictus.l.quicquid aſtringendæ.D.de ver. obli.l.cõmodiſsimè.D.de lib. & poſthu.cap.ſuſceptum, de reſcrip. in 6.l. ſi dotem, ſed veriùs incip. ſi cùm dotem, in prin. D.ſol. matri. hæc ille, & Abb.in conſ.71. quinque dubia, col.2. verſi. ſed his non obſtantibus, lib.pri. vbi aliam non omnino contemnendam rationem adducit, quòd dictum ſtatutum loquitur de iureiurando ſuper cõtractu præſtito, ideo ad aſſertionem maioris ætatis extendendum non eſt, cùm illa non ſit contractus, nec etiam quaſi contractus, per iura quæ allegat, & Caſtr. in conſ.53. viſis actis & conſideratis, col.2. verſi.nam circa, libr.2. dum ſtatutum, inquit, tollens diſpoſitionem, aut. ſacramenta.C. ſi aduer.vendi. per hoc non cenſeri tollere diſpoſitionem, d.l.ſi alterius.C. ſi min.ſe maio.dix.quia d.aut. loquitur de iureiurando contractus confirmatorio, quod per verba futuri temporis præſtatur: d.autem,l.ſi alterius, loquitur de aſſertorio, quod per verba præſentis tẽporis interponitur, ideo ex diuerſis non infertur.

92 ℂ Quam & nos poſteriorem opinionem veriorem arbitramur, quia cùm d. ſtatutum iuriſiurandi vires tollat, dicitur odioſum, ſicut econtra dicitur fauorabile, quando diſponit ſeruandum eſſe iuſiurandum, vt paulò ante diximus num.84. & ideo reſtringi non autem ampliari debet, cap. odia, de reg.iur.in 6. & tradunt paſſim Docto. Et quia minor iurans ſe maiorem, dicitur in ſtatutum committere, ideo non debet poſſe illius priuilegio vti.§. quia verò ita comperiuntur, in aut.vt lic.mat.& auiæ, & l. auxilium, in fin. quæ expreſsim loquitur in minore.D. de mino. Quæ potiſſimùm opinio procedit ſtante ſtatuto, quòd verba ſtatutorum ad literam intelligantur, vti extat Comi, cap. pen. in ciui. & hîc Mediolani cap.174. in nouiſsi.

93 ℂ Præterea non omnino in rem tranſit iudicatam, valere ſtatutum ſupra commemoratum, quod iuſiurandum minoris ſuper contractu ſine ſtatuti ſolennitate celebrato præſtitum irritat, præſumendo illud vi, metu, aut dolo extortum, quoniam licèt valere affirmauerint Bart. in l. omnes populi, in ij. quæſtio.iij. quæſtionis princi. in fin. num.25. (vbi inquit ſe ita vidiſſe iudicari, & idem ſentire Iac. de Belui. in quadam diſpu. cui addere potes quòd ea incip. lex Peruſina) & ibi Bal.col.5. verſi.item quæro.D.de iuſ.& iur.ſi rectè Bal.inſpiciatur (quãuis Corn.Iaſ.Thom.Ferra. & Hippo.Rimi. in locis infra allegandis eum aliter ſed malè intellexerint: nam licèt Bal. Bartoli rationem reprobet, dictum tamen ſequitur, aliam ipſe rationem afferens: et ita Bal. ipſum rectiùs intellexit Alex.in conſ.196. lib.6.quo loco eum ſtatim citabimus) iterum idem Bal. in l. non dubium, in 17. oppo. verſi. ſed de iure.C. de legi.in rep.l.2. col.36. ver. ſuper quinta quæſtione, & iterum col.41. verſi.quartum remedium.D.de iureiu. in l.nec patronus, in pri.quæſtio.C.de oper. liber. in aut. ſacramenta, col.pri.verſi.ſed quæro nunquid, & ibi Fulgo. vbi etiam ſequi videtur Saly. col.fin. dum recitata Bart. ſententia ipſe in ea eſt opinione, valere ſtatutum iuſiurandi vires auferens, etiam ſi dolum aut metum non præſumat, & ibidem clariùs Iaſ. col.

etiam

etiam fin. verſi. ſed pro pleniori,qui communem hanc dicit opinionem, & Io. Igne. in rep. col. fin.C. ſi aduer. vendi. iterum Bal. in cap. cùm contingat, col.2.verſi. ſed nunquid poteſt ciuitas, de iureiu. in conſ.146. præmiſſis verbis,col.fin.verſi. ſequitur videre tertium,lib.2. vbi loquitur in ſpecie noſtri Comenſis ſtatuti d.cap.67. in ciui. vbi tamen illud aliter referre videtur quàm hodie loquatur, idem Bal. in conſ.487. conſiderandum eſt, per totum, lib.3. in conſ.483. viſo ſtatuto poſito,etiam per totum, lib.4. Anc. in cap.pri. in xj. quæſtio. princi. in verſi. quid dices in materia,de conſtitu. & in cap. poſſeſſor malæ fidei, col.18.verſi. ſed quæro vtrum valeat ſtatutum, de reg.iur. in 6. Caſtr. in l.fin. poſt med.verſi. per indirectum tamen. D. qui ſat. cogan. Rom. in conſ.12. viſo facto, col. pri. quem Bar. vbi ſupra citat etiam Alex. ſed ita vt affirmare nõ audeat an ritè loquatur necne, propter contrariam Ray. de Forli. opinionem in conſ.59. viſo inſtrumento,col.2.verſ. item quia ſtatutum,lib.pri. in conſ.125. viſis & conſideratis, col.5. verſi. iſtam opinionem, eod.lib.pri. in conſ. 38. viſo ſtatuto, col.2. verſi. ſecundò moueor,lib.4. ſed idem Alex. expreſſim ipſius Bar. opinioni ſubſcribit in conſ.196. perſpectis narratis, col.pri.verſi. non obſtat, lib. 6. in conſ.151.viſo themate,per totum,vbi communem hanc dicit opinionem, lib.7. Barba. in conſ. 21. & quidem viſo puncto, col.pri. cum mult. ſeq. lib.pri. in conſ.70. illud in medium,col.8.9. & 10. lib.3. Soci. in conſ. 66. fruſtra, col.6.verſi. ſecundò principaliter,lib.pri. Cato. Sac. in rep. l. ſi quis pro eo, in 3. arti.D. de fideius. vt ab alijs allegatur, ſed quam tamen repe. in volumine noſtrorum repeten. non reperimus: quam etiam Bart. opinionem refert, ſed ita vt neſcias an ſequatur necne, Corn.in conſ.167. in hac conſultatione,col.2.verſi. item imminet, cum 2. ſeq. lib. 2. ſed idem Corn. clariùs ſequitur in conſ.252. quòd contractus,per totum,lib.4. (vbi magis tenet valere ſtatutum, etiam ſi iuſiurandum per dolum aut metum extortum non præſumat,quod tamen eſt contra communem aliorum opinionem) Cur. ſeni. in conſ.43. ſuper contingentia,col.pen.verſi. adde Bal. iterum Iaſ. in conſ.133. videretur, col.9. verſi. quintò & vltimò, vbi communem hanc dicit opinionem, lib.4. Deci. qui tamen nutat, in conſ.532. pro vera reſolutione, in fin. ver. Goza. in conſ. 16. in hac cauſa, num. 13. Thom. Ferra. caut. 16. communis & vera, ferè per totam, Crot. in rep. l. nemo poteſt, col.30. verſi. quintò & vltimò limitatur.D.de leg. pri. Curt. & Soci. vterque iun. qui etiam de communi ſententia fidem faciunt, quibus locis eos citauimus ſupra num.ab hinc.3. Rip.in l.is cui bonis, col.fin. verſ. confirmatur.D. de ver. obli. qui ſimiliter dicit hanc Bart. opinionem communiter eſſe receptam, Cagno.in l.ſi librarius, num.43.D.de reg.iur. Neuiza.in conſ.21. ſcripſit Propheta, col.pen.nu.24.vbi alios citat concor. ſubijciens, hanc concluſionem veram eſſe, negare neminem,Hippo.Rimi. inſti.qui.alie.lic. vel non, in prin.num.297. cum duo.ſeq. qui etiam de cõmuni ſententia fidem facit.

64 ℭ Non deſunt tamen qui contrariam ſententiam tueantur,d.ſcilicet ſtatutum non valere, tanquam iuſiurandum rès ſit ſpiritualis, ſuper qua, ſicut ſtatutum directò diſponere non poteſt, ita nec per indirectum poſſe debet, per reg.cùm quid vna via, de reg.iur.in 6. quam in primis tenuit Ray. de Forli. in rep.d.l. omnes populi, col.16. in fi.verſi. item ſi ſtatutum dicit quòd cõtractus minorum.D.de iuſti.& iur. Imo.in c.cùm cõtingat, col.63. verſi. alia & ſecunda, de iureiu. in conſ.123. in cauſa quæ vertitur, col.4.

verſi. & ad prædicta bene facit; Caſtr. in d.l.ſi quis pro eo, in prin. col.fin. verſi. ſed pone quòd ſtatutum. D.de fideius.in l.quæ ſub conditione, verſi. induco etiam contra id.D.de condi.inſti.in d.aut. ſacramenta, col.fi. verſi. ſed ſi quæritur, & ibi Curt. iun. ſibi parum conſtans, col.16. verſi. oritur tamen, vbi ſui etiam ipſins immemor hanc communem opinionem atteſtatur. C.ſi aduer.vendi. idem tenere videtur Ang.in l.pri.cir.med.verſi.ſecundò an valeat, & verſi. ſeq. de conſtitu.Prin. Io.Mar.Rimi.in l.fin.poſt med. & ibi clariùs Iaſ. col.pen. & fina.D.qui ſat.cogan. Firmia. in reper. in ver. ſtatuta de contractibus, verſi.19. vbi hanc communem eſſe dicit canoniſtarum opinionem, Barb. in conſ.53. clementiſſimum Deum, col.4. verſi. item & poſito, qui etiam de communi ſententia fidem facit, lib.4. idem ẽt ſenſit Cur.ſen. in conſ.65. ſuper præmiſſa, col.19. verſi. eſt enim cõmunis, dum communem eſſe opinionem inquit, Principes ſeculares non poſſe iuriſiurandi vires infringere, condendo ſtatuta aut decreta quouiſmodo, Corn. ſibi etiam contrarius in conſ.36. ſi rectè, cir.fin.lib.3. Fely.in cap.2. col.11. num.32. de ſponſa.vbi hanc dicit opinionem communiter approbari, iterum Curt.iun.in l.& hæredi.§.filiafamilias,col.fin.cir.fin.D.de pac. Pariſi. in conſ.96. in præſenti, col.12.verſi. nec obſtat ſi dicatur, vol.pri.in conſ.16. circa præſentem, col.18. verſi. & licèt, ſub num.90. vbi communem hanc eſſe opinionẽ aſſerit, lib.2. Chaſſa.in conſue.Burgun. rub.4.§.7. in gloſ. in ver. ſuppoſe &c. ſub num.51. cum mult. ſeq. Alba ſubdubius tamen in conſ.6. caſus iſte, col.6. verſi.ad ſecundum, ſub num.20.& 21. & nouiſſimè ſequi videtur D.Aegi. Boſs. tit. de pluri. violen. num.110. dum rem inquit eſſe indubitatam, ſtatutum ſuper iureiurando præſumens non valere: ex quibus apparet admodum dubiam eſſe huiuſmodi quęſtionem.

95 ¶ Nos tamẽ ſolemus opiniones diſtinctionis fœdere ſic componere, vt ſi ſtatutũ hanc doli aut metus præſumptionem aliqua ex iuſta cauſa inducat, de qua appareat, vt quia ſolerent mulieres aut minores, quos ſine certa ſolennitate contrahere vetat, circumueniri: & tunc dictum ſtatutum valeat, aliàs ſecus, ita enim voluerunt Butri.in d. cap.cùm contingat, col.4. verſi.non ob. quòd contrahens, & col.6. verſi.vel puto, & ibi Abb.col.9. verſi.nunc ad prædicta, cum trib.ſeq. de iureiu. idem Abb.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, col.6.verſi. ſed crederem, & ibi Fely. col.22. verſi.hanc declarationem, & Dec.col.16. verſi.limitatur tamen iſta concluſio, de conſti. iterum Abb. in diſputa.2.incip.ſtante ſtatuto, per totam, max.col.7. verſi. aut ſubeſt cauſa præſumendi, & in conſ.71. quinque dubia, in pri. & ſecun. dub. lib.pri. Caſtr.in rep.aut.ſacramenta, col.11.verſi.ſi tamen ſtatutum, & ibi Corn.col.11. verſi.ſecundò fallit. C.ſi aduer.vendi.idem Corn.in conſ. 135. viſis articulis, col.3.verſi. & hanc tenet, lib.pri.in conſ.vij. quæſtio eſt pulchra, col.6. verſi.non enim militat, lib.2. conſ.121. duo obijciuntur, col.2. verſi.quia ex quo, iuncta col.3. verſi.ſic & aliàs, & col.ſeq.eod.lib.2. in conſ.121. videtur prima facie, col.pri. & 2. lib.4. Caccialup.in rep.l. omnes populi, col.22. verſi.tertiò infert, cum mult.ſeq. & ibi Crot. col.16. verſi.limitatur hæc concluſio.D. de iuſti.& iur. Rui.conſ.194.in hac cauſa, col.pen. verſi.tertiò dicitur, lib.pri. vbi dicit non ſufficere ipſam iuſtã cauſam à ſtatuentibus allegari, niſi etiam probetur: quod & ante eum voluit Abb.d.conſ.71, col.3, verſi. ego verò.

96 ¶ Cuius tamen contrarium, videlicet ſufficere ſi allegetur, ſenſit Roma.

in conſ.

In conſ.12.viſo facto, col.pri. quod conſilium hac ratione ſuſtineri poteſt, quòd loquitur quando ſtatutum irritat iuſiurandum per minorem præſtitum, præſumendo illud dolo extortum, eò quia ſolerent minores in loco ſtatuentium decipi,& clariùs voluit Neuiza. in d.conſ.21.col.pen. qui ideo Rom. & Neuiza. dici poſſunt huius opinionis diſtinguentis fuiſſe,quanuis eos ſupra pro Bar. ſententia citauimus: & idem etiam, hanc iuſtam cauſam ſufficere à ſtatuto cômemorari,fuiſſe videtur de mente Butri. Caſtr. Corn. Fely. Caccialup. & Deci. in locis ſupra allegatis: quam ideo & nos opinionem ſequimur: & ad quam etiam ſententiam diſtinguentem, vtrum ſtatutum aliqua iuſta cauſa moueatur necne,ſecundùm quam aliquando conſuluimus,tenendam mouemur,quòd in dubijs varijsque opinionibus ſequenda eſt ea quæ per diſtinctionem alias concordat, ſecundùm Soci. iun. in conſ.39. perſpectis his,col.9.verſi. præterea, lib.2. in conſ.121. eleganter, ante fin. eo. lib. 2. Hippo. Rimi. inſti. de dona. in prin. num. 14. vbi alios citat concor. & quia ita magis communiter tenetur à Cano. quibus potiùs ſtandum eſt in hac iuriſiurandi materia, tanquam peccatum concernente, vt diximus ſupra in glo.pri.num.286.incip. ex quibus: intelligendo tamen ſecundùm ea quæ ibi aſſeruimus. Ex quibus infertur non valere dictum noſtrum Comenſe ſtatutum cap.67. in ciuili. prohibens minorem xxv. annis ſine authoritate tutoris vel curatoris,& filiumfamilias ſine conſenſu patris,etiam cum iuramento obligari, præſumendo illud præſumptione iuris & de iure, ita quòd contraria non admittatur probatio, metu & dolo extortum, cum nullam iuſtam huius prohibitionis & præſumptionis cauſam alleget.

97 ¶ SED DVBIVM eſt, an dicta concluſio, quatenus diximus dictum ſtatutum valere, ſi ex aliqua rationabili cauſa moueatur, procedat non ſolùm ſi ſtatutum iuſiurandum metu aut dolo extortum præſumat, ſed etiam ſi fingat: multum enim inter fictionem & præſumptionem intereſt, vt ſtatim intelliges: & Soci. iun. in d.conſ.3.col.pen.verſi. vltra etiam dici poſſet, lib.2. expreſsè dicit procedere tantùm ſi præſumat, non etiam ſi fingat,in id citans Corn. in conſ.7. hoc exordio,quæſtio pulchra eſt, ſed veriùs incip. quæſtio eſt pulchra,col.6. & eſt in verſi. ſi ergo, lib.2. cui addimus idem quoque clariùs & latiùs voluiſſe eundem Corn. in conſ. 135. viſis articulis, col.2. verſi. & licèt Bar. lib.pri. & Caccialup. in rep.d.l. omnes populi,col.25. verſi.& præterea aduertendum.D.de ius.& iur.

98 ¶ Contrariam tamen opinionem tenuiſſe videtur Bald.in conſ.213. occurrit dubium, in verſi.ſequitur aliud,lib.2. dum vult valere ſtatutum vtens verbo intelligatur, quod præſupponit fictionem importare, & clariùs idē Bal. in conſ.483. viſo ſtatuto poſito, per totum, lib.4. vbi idem dicit ſi ſtatutum præſumptionem iuris & de iure inducat, vt noſtrum Comenſe ſtatutum facit,in d.l.omnes populi,col.5. verſi.item quæro,& in d.aut.ſacramenta, col.pri.in fi. verſi. & ideo in multis, & ibi Corn.ſibi contrarius, col.41. verſi.ſecundò fallit, Anc.in cap.poſſeſſor,col.18.in fin.verſi.aduertē etiam, de reg.iur. in 6.Barba.in conſ.21. & quidem, col. 2. verſi. & iſtam doctrinam, lib.pri. in conſ.70. illud,col.9. lib.3.

99 ¶ Quo in articulo præcedens nobis opinio verior videtur, quoniam, vt inquit Corn. in d. conſ. 7. lib. 2. quo loco cum ſupra citauimus, quandò

ſtatutum metum aut dolum præſumit, ceſſat ratio inducendi peccati, quia præſumptio eſt quædam veriſimilis probatio veritatis, per multa iura quæ allegat,& contra quam probatio in contrarium admittitur: quo fit vt probata veritate peccatum ceſſet: at fictio veritati aduerſatur, nullam contrariam probationem admittens, vt not. in l. ſiue poſſidetis.C. de proba. cum alijs concor. per ipſum Corn. allegatis,& ideo fingendo valere non debet ſtatutum cùm peccatum inducat, prohibendo veritatem probari: & ideo hac quoque ratione dici poteſt inualidum eſſe dictum noſtrum Comenſe ſtatutum, quia licèt non vtatur verbo fingere, idem tamen videtur ſi præſumptionem iuris & de iure inducit, cùm & contra huiuſmodi præſumptionem contraria non admittatur probatio, ſecundùm Bart. in d. l. ſiue poſſidetis, in ſecun.lectu.col.2.verſi. quandoque lex aliquid, Bal. col. item 2. verſi. ſed quæro hic, Saly. col.pri. in fi.verſi. & ideo, Caſtr. col.pri.verſi. allegatur enim, & col.fi.verſi. ſed quartò opp. C. de proba. Quid autem de probatione per confeſſionem partis ſtatim dicemus: & hanc interpretationem ſuadent alia quoque verba ſequentia dicti ſtatuti expreſſim prohibentia contrariam admitti probationem, quo fit vt in eo militet Corn. ratio, hoc ſtatutum eſſe peccati inductiuum, ex quo fingendo cenſetur prohibere ne contrarium probetur, & ita etiam de hoc eſt glo. in d.l. ſiue poſſidetis, in glo. fin. per Docto. ibi communiter approbata, quæ dicit, quando lex præſumit prohibens contrarium probari, fictionem propriè appellari: & in ſpecie paria eſſe quòd ſtatutum, de quo loquimur, fingat vel præſumat, prohibendo contrariam admitti probationem, voluerunt Saly. in d.aut. ſacramenta, col.pen. verſi. dixerunt ergo, & Caccialup. in d.l. omnes populi, col.22.verſi. circa primum. Quid autem ſi ſtatutum vtatur verbis & fictionem & præſumptionem importantibus, comperies apud Corn. in d.conſ.121. col.2.verſi. & ſi dicatur, lib.4. ita tamen vt non omittas etiã Abb. in d.conſ.71. in pri. & 2. dub. lib. pri. Et an verbum habeatur præſumptionem an verò fictionem importet, videbis Corn. in d. conſ. 135. col.2.verſi. & ſic videtur, & col.3.verſi. & licèt, lib.pri.

100 ¶ An autem per partis confeſſionem contraria admittatur probatio, id ipſum cernes apud Abb. in d.diſpu.2. quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 6. & in d.cap. cum contingat, col.12.verſi. ſecundo membro principali, de iureiu. Corn. in d. aut. ſacramenta, num.114. & in conſ.99. magnum dubium, col.pri. lib.4. & in conſ.121. videtur, col.2.verſi. ſi verò eſt certum, eo.lib.4.Soci.in conſ.66. fruſtra, col.7.verſi. ſed hic, lib.pri. Thom. Ferra. d. caut.16. col. antep. & pen. qui dum allegat Cremen. ſingu. 153. veriùs eſt 156. incip. contra præſumptionem: & in pulchro ſimili ſtatuto Imo. in conſ.123. in cauſa quæ vertitur, col.4.verſi. præterea præſuppoſito: apud quos præſertim Soci. intelliges quid importet illa clauſula à notarijs in inſtrumentis apponi ſolita, & dixit & aſſeruit omnia & ſingula prædicta eſſe vera.

101 ¶ Quibus dum dicunt contra præſumptionem iuris & de iure probationem per partis confeſſionem admitti, aut. ſed iam neceſſe.C. de dona. ante nup. cum alijs iuribus per Abb. vbi ſupra commemoratis, non etiam contra fictionem, adde quantùm ad primum id etiam voluiſſe glo. in aut. de æqua.dot.§. aliud quoque, in ver. ſcribat, & ibi clariùs Bar. col.pri. in fi. verſi. ſecundò quærit glo. & alia etiam glo. in l. in contractibus, in prin. in

ver.

ver. nullo modo, & ibi Bal. col.fi. verſi.quartò quæro, qui intelligit maximè procedere ſi in iudicio fiat.C. de non num. pecu. Azo in ſum. titu. de dona. ante nupti. poſt med.verſi.ſed ſi creditores, Cyn.in d.aut.ſed iam neceſſe, & ibi Bar.in fin. Bal.col.pri. verſi.tertiò quæritur (qui tamen requirit huiuſmodi confesſionem in iudicio fieri oportere, quod & ſequitur Barb. ibi in eius appo.) & Saly. cir. med.C. eo.titu. idem Saly. in l.pri. col. pri. verſi. vel ſi vis.C. de dol. Caſtr.in l.fi. cir.fi.C.ad S. C. Mace. & in d.l. ſiue poſsidetis,col.pri.verſi. allegatur enim,Raph. Cuma. in l. ſi duo,cir.fi. vbi communem hanc dicit opinio.D. de acqui.hære. Alex. in l. à diuo Pio.§. ſi pignora, col.pri.verſi. limita tamen, & ibi Iaſ. col.2.verſi. not. diligenter. D. de re iudi. idem Alex. in l. in ratione pri.§. quod vulgò, col.7.verſi. tamen limita.D.ad l. Falci. in conſ.47. in cauſa & lite,col.pri.verſi. ſed ita eſt, lib.6. Aret. in conſ.80. ſicut decet,col.2.verſi. præterea non poteſt,Fely. in cap. quanto, col.2.verſi. ſed fallit primò,de præſump. (vbi ampliat procedere in ficta quoque confeſſione: cui addes Alex. & Iaſ. in d.§. ſi pignora) in cap. quoniam,col.16.verſi. fallit quintò, vbi eandem repetit ampliationem, Marſi. conſ. pri. col.8. num.77. lib.pri. in rub.C. de proba. num.85. Pantha. Cremen. in rep. l. 2.num. 117. C. de reſcin. vendi. Alcia. in trac. præſump. reg.pri. præſump.2. col.4.verſi. limitatur primò, qui id intelligit in confeſſione facta in iudicio non etiam extra iudicium, licèt per teſtes in iudicio probetur, præterquam ſi via Euangelicæ denunciationis agatur.

102 ❡ Et dum dicunt contra fictionem, huiuſmodi cofeſſionem à parte factam non admittendam, allegantes Bal. in addi. Specu. titu. de confeſ. in ver. contra fictionem (vti allegatur à Ferra. d. cau. 16.) eum non reperio nec in titu.de confeſſionibus,nec in titu. de confeſſis: & dum alle. eundem Bal. in l. non ignorat, col.2. veriùs eſt col.pri. verſi. contra determinationem.C. qui accu. non poſ. & addo idem etiam voluiſſe Caſtr. in d. l. ſiue poſſidetis,col.pri.verſi. allegatur enim.C. de proba. Ex quibus dicendum videretur, ſi ſtatutum dolum aut metum fingat, non poſſe partem contrarium confiteri: ſecus ſi præſumat: quod tamen intelligunt Docto. quos citauimus ſupra num. ab hinc 2. modò prohibitus contrahere id confiteatur cum ſtatuti ſolennitate, aliàs ſecus: quod & nos aſſeremus infra in fine, quæſtio.lij. & aliquid etiam diximus ſupra glo.pri. num.82. incip. ad idem faciunt, & num. 86. & iterum quæſtio. lxxxvj. Ad quod etiam facit quòd regula illa, qua dictum eſt probationem per partis confeſſionem admitti contra præſumptionem iuris & de iure,locum non habet in materia in qua non habet quis confitendi poteſtatem, ſecundùm Fely. in d.cap. quanto, col.2.verſi. ſed fallit primò,& in d.cap. quoniam,col.16.verſi.fallit quintò, ſub nu.29.in fi.Immo & quod diximus fictionem,contrariã probationem, etiam per partis confeſſionem non admittere, non omnino ſemper & indiſtinctè verum eſt, ſecundùm Bal. in aut. ſed iam neceſſe,in iiij.quæſtio.C. de dona. ante nup.

103 ❡ ITEM dubitari poteſt,quid ſi ſtatutum præſumptionem non inducat ſuper contractu, ſed ſuper iuramento, præſumendo illud dolo extortum,vt noſtrum Comenſe ſtatutum facit,& tunc valere non videtur huiuſmodi ſtatutum, vt ſentit Abb. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ,col.6.verſi. ſed crederem, de conſtitu. quem ſic refert & ſequitur Rui. in d. conſ.194. col. pen. num. 10. lib. pri. Ex quo etiam capite dicendum videtur d. noſtrum

Comenſe ſtatutum non valere: ſed tamen veriùs eſt id non obeſſe, quia d. ſtatutum præſumit non ſolùm ſuper iuramento, ſed etiam ſuper contractu, arg. eorum quæ diximus ſupra in glo. quinta, quæſtio. pri. & ita videtur eſſe de mente Alex. in d. conſ. 151. per totum, max. col. 2. lib. 7.

104 ℭ SED SI ſcire cupias quid ſi omnia ſtatuta per ſummũ ſint Pontificem confirmata, an tunc confirmatum quoque cenſeatur hoc ipſum ſtatutũ ſuper iureiurando diſponens, quatenus non valere aſſeruimus: quod videtur, quia certum eſt ipſum poſſe Pontificem huiuſmodi ſtatutum condere, etiam fictionem inducendo, ſecundùm Corn. in conſ. 121. videtur prima facie, col. 2. verſi. & hoc clarum, lib. 4. ideo debet poſſe & confirmare, quia omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem. l. 2. col. 3. verſ. omnia enim meritò. C. de vete. iur. enu. & hanc partem tenuit Corn. in conſ. 35. ſemper mihi, in prin. lib. 3. referens ſe ita eo anno conſuluiſſe in ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate contrahere, interpoſito etiam iureiurando, aſſerens ſe tamen illud conſ. inuitum reddidiſſe, quod & voluiſſe videtur in conſ. 99. magnum dubium, col. pri. lib. 4. licèt non explicet ſe de generali confirmatione loqui, & clariùs idem Corn. loquens de generali confirmatione omnium ſtatutorum, exceptis his quæ contra eccleſiaſticam libertatem eſſent, in conſ. 252. quòd contractus, col. fi. eo. lib. 4. Rui. eodem modo loquens, in conſ. 60. proſequendo, col. 3. verſi. & quanuis confirmatio, lib. 4.

105 ℭ Contrariam tamen opinionem tenuit Alex. loquens etiam ſi in ipſa confirmatione adſit clauſula illa, exceptis his quæ contra libertatem eccleſiæ forent, in conſ. 59. viſo inſtrumento, col. pen. verſi. nec obſtat quòd adducebatur, lib. pri. in conſ. 58. viſo ſtatuto, col. pri. verſi. fortificantur, iuncta col. 3. verſi. non ob. quintò, lib. 4. Aret. eodem in facto, vt arbitramur, conſulens, in quo & Alex. in poſteriori conſ. Areti. inquam in conſ. 8. abunde, per totum, & Corn. ſibi contrarius, in conſ. 36. ſi rectè, in fin. ver. lib. 3. vbi inquit id maximè procedere in confirmatione facta à delegato ipſius Pontificis, Ludo. Bologni. in conſ. 31. cor mundum, col. pri. ver. & maxime, iuncta col. 5. verſi. ſimiliter, & ſeq. Goza. in conſ. 16. in hac cauſa, col. pri. verſi. non obſt. quòd talia, Soci. iun. in conſ. 32. conſideratis his, col. 4. verſi. nec obſtat quod dicebatur, lib. 3. Cattel. Cot. memo. incip. ſtatuta Italiæ, Alba in d. conſ. 6. caſus iſte, col. 7. num. 22. D. Aegi. Boſſi. in titu. de pluri. violen. num. 110. quorum & nos opinionem in practica ſequendam opinamur, quanuis horum argumentis ſcitè reſpondeat Rui. in d. conſ. 60. præterquam tamen in caſibus, de quibus ſtatim dicemus in verſ. ſeq. & hanc opinionem addo tenuiſſe Bal. à nemine ex his, quos hactenus viderim, commemoratum, in cap. cùm contingat, col. 2. verſi. ſed quid ſi ſtatuta, de iureiu.

106 ℭ ILLVD autem minorem recipit dubitationem, confirmationem valere, ſi hoc ipſum ſtatutum, de quo loquimur, ſpecialiter fuerit confirmatum, & hoc caſu militat quod diximus omnia noſtra facere, quibus noſtrã impartimur authoritatem, & ita voluit Bal. quo loco eum ſupra citauimus, & Rom. in d. con. 12. col. pri. in fi. verſi. reſtat ergo, & Alex. & eius ſequaces in locis ſupra alle. qui dicunt ſufficere de tali ſtatuto Pontifici Maximo factam eſſe mentionem, vel ei illud lectum fuiſſe, idem etiam inquientes ſi confir-

confirmatio ex certa ſcientia fiat, hoc expreſſo in ipſa confirmatione: & idem, valere confirmationem ſpecialiter factam voluit etiam Goza. in d. conſ.16. col.pen. verſi. ſextò & vltimò, qui ſic loqui videtur, dum inquit, hoc ſtatutum à Papa expreſsè confirmatum valere, & Paris. in conſ.97. ſta tutum Ceſenæ, col.2. verſi.nec obſtabit iuramentum, lib.3. & hanc ſequimur opinionem: quanquam Soc.iun. in d. conſ.32. col.5. verſi.& primò, lib.3. dicat non valere huiuſmodi confirmationem ex certa etiam ſcientia factam, alle.Cur.ſen. in conſ.75. quem tamen non reperio id dicere, quod etiam tenere videtur Bologni.d.conſ.31.col.pen.verſi.vel & tertiò,vbi etiã Soci.d.col.5. per totam, in omnem caſum requirit ſpecialem ſtatutorũ ſuper iureiurando diſponentium, immò ſpecialiſsimam ſtatuti, de quo agitur, confirmationem, interueniente etiam cauſæ cognitione, quam præſumi inquit non interueniſſe ex temporis breuitate, etiam ſi in confirmatione interceſſiſſe exprimatur, ſed vt ſcias Lector quantum in hoc Soci.ſit deferendum, noueris eum ad ita conſulendum ex prædictis principaliter motum non fuiſſe, ſed quia confirmatio, de qua ipſe loquitur, moribus & vſu recepta non erat, vt ipſe idem aſſerit,col.pen.verſi. & per hanc vltimam.

107 ¶ AVT VERO, vt randem ad vltimum caſum perueniamus, nullum eſt ſtatutum ſaltem validum iuriſiurandi vires tollens, & tunc verior nobis videtur opinio, tex.in d.l.3. in fi.C.ſi min.ſe maio.dix. procedere &̃t quando nullus eſt contractus, ponderando illa generalia verba,nullum tibi ſupereſſe auxilium, nam qui omne dicit,excludit nihil,l.Iulianus,in prin.& ibi Bar.D. de leg. 3. & ita hac ratione fretus hanc etiam opinionem tenuit Corn. in conſ.121. videtur in hac, col.fi.verſi. itaque,lib.3. & ante eum illis eiſdem verbis innixus ſatis voluiſſe videtur Spec. poſt Vber. Bob. quẽ citat, in tit. de reſti. in inte.§. quis autem, col.5. verſi. ſed cum ei. Quanquam etiam ad authoritatem Io. And. ne te moueat, ſpecialiter reſpondemus, eum loqui in ſimplici aſſertione ſine iureiurando, vt illa ſcilicet non tollat minori contractus nullitatem: ſecus ſi ſit iurata, quia tunc ſaltem de iure canonico etiam contractus reſciſſionem impedit: ita enim illum hanc in ſententiam refert & ſequitur Caſtr. in conſ.53. viſis actis & conſideratis, col.pen.verſi. poſſet quis fortè,lib.2. quod & veriùs eſt,quia licèt priùs Io. And. referat aliam opinionem ex Nico. Mattha. poſtea tamen hanc recen ſet ex Iac. Belui. quam ideo ſequi præſumitur tanquam vltimo loco relatam,ſecundùm not. per Docto. in l. ſi idem cum eodem.§.fi.D. de iur.om. iud. & ideo Alex. in d. conſ. 122. lib.6. rectè & ipſe videtur illum intellexiſſe,dum eum refert in ſimplici aſſertione: & ſimiliter Abb. in d.conſ.71. lib. pri. dum citat ipſum Io. And. in hanc ſententiam, quando minor corporaliter ſe maiorem iurauit,defendi poteſt, tametſi Abb. in id etiam ſed malè referat Nico. Mattha. & hoc modo concordari poſſunt opiniones.

108 ¶ Nec obſtat quod replicat Curt. iun. in d. conſ.119. col.2. verſi. nec præmiſſæ, immò illa eadem verba non includere nullitatẽ,ſed in integrum tantùm reſtitutionem, tum quia diſpoſitio d.l.3.eſt exorbitans, & ideo reſtringenda, tum quia nullitas præſertim notoria vti iſta videtur, per diſpoſitionem generalem ſublata non cenſetur, ſaltem vbi diſpoſitio nullitatem remouens ſimpliciter loquitur, non autem terminum ſtatuit ad eam proponendam, vt per Alex. in conſ.105. ponderatis, col.2. vol.5. quia primò reſpondeo id non omnino in rem tranſire iudicatam,vt per Albam in conſ.

70. quia copioſè, col.pen. verſi.tertium caput, & col.ſeq. vbi loquens de Decreto Mediolani, quod eſt ſub titu. de appel.prohibẽte appellari,vel de nullitate, dici à duabus ſententijs conformibus, inquit ſe non audere affirmare veram eſſe Alex. ſententiam in d. conſ.105. vt ſcilicet non procedat vbi de euidenti iniquitate aut nullitate conſtat, eò quia ſubdit Alba. verba Decreti ſunt valde enixa: vti & multùm enixa videntur in caſu d.l.3.ibi nullum auxilium, vt ſtatim dicemus.

109 ℂ Secundò & meliùs ſequendo Alex. opinionem, quæ communis videtur, vt per D. Io.Bapti.Plot. in rep.l.ſi quando, num.255.C.vn.vi, reſpondeo, ſi tollitur in integrum reſtitutio, tolli etiam nullitatem debere, quoniam & in integrum reſtitutionem conſtat ſublatã non cenſeri ex clauſula & diſpoſitione generali, omnia beneficia vel remedia excludente, vt ſentit gloſ. fin. in l.vni. quam ibi ſequuntur Bart.& Caſtr. vterque in fin. & clariùs Bal. cir.fin. verſi.vltimò quæro, & Saly.col.pen. verſi.quæro tertiò, cum glo.C.ſi de momen. poſſeſs.fue. appel. & glo.etiam fin.in l.poſtquam liti, quam ibi not. Iaſ.col.fin. verſi.tertiò not.ex hac glo.Deci.col.etiam fi. verſi.in gloſ.fina. Clau. Aquen. col. quoque fin. num.35. & 36. Curt.iun. cir.fin. & Franc.Purp. col.pen. verſi.ſecundò limitetis.C.de pac.iterũ Bart. in conſ.101. Girardus de Tuderto, col.3. verſi. ſuper ſecundo puncto, lib. pri. iterum etiam Bal.in l.ſi captiui, col.2. verſi.ſed iuxta hoc.C. de epiſ.& cler. in l.exigendi, col.fin. verſi.tertiò quæritur, vbi id declarat.C. de procura. in l.fin. col. etiam fin. verſi.quartò quæro.C. qui legi. perſo. Rom. in conſ.90. viſo themate, per totum, Abb. in conſ.31.circa primum, col.pri. verſi. videndum eſt, lib.2. Alex.in l. arbitro, col.pen. num.11. vbi & ipſe id declarat, poſt alios quos citat.D.qui ſat. cog.& in appo.Bart.in l.pri.§. parui, in ver. item aduerte, cir.med. verſi.ſed quid ſi ſtante.D.quod vi aut clam, Barba.in conſ.9. ſupremi, col.4. verſi. & accedat,lib.pri. Iaſ.in l.pri. col.6. verſi. prædicta pondera. D.de iur.om. iud. in l.eleganter,in prin.col. 3.verſi.tu notabiliter.D.de condi.inde. in l.ſi infanti,in fi.ver.C.de iu.deli. Areti.in l.Pantonius, col.4. verſi.tu dic & meliùs.D.de acqui.hære. Marti. Lau.in conſ.16. decretum, ante fin.verſi.ſecundò per l.& iterum in fin.ver. Goza.in conſ.68. videtur prima facie, col.3. verſi.præterea & nonò, num. 12. Ruin. in conſ.35. adeo plenè, col.12. verſi. nec ex verbis, lib. pri. D. Io.Cepha. in conſ.40. magnifica communitas, cir.fi. lib.pri.

110 ℂ Nec dicatur reſpectu in Integrum reſtitutionis rem haud dubiam eſſe, quin ſublata ſit per d.l.3. in fi. vbi hoc eſt expreſſum, iunctis ſaltem præceden. verbis, non etiam reſpectu nullitatis, quia vt noſtrum intelligas Lector argumentum, nos ſic arguimus, ſi ante diſpoſitionẽ d.l.3. æquiparati erant iſti duo caſus,in integrum reſtitutio, & nullitas, ſaltem euidens, quò ad hoc ut neutra cenſeretur per generalem clauſulam ſublata, per ſupradicta: conſequens eſt vt ſi poſtea ſuperueniat lex noua diſponens per iuſiurandum de quo loquimur tolli in integrum reſtitutionem, idem etiam de nullitate iudicandum ſit per doctri. Bar. & aliorum in l. ſi quis ſeruo.C.de fur. cum ſimili.

111 ℂ Præterea ſi tex.in d.l.3.in fin.intelligere voluiſſet de in integrum tantùm reſtitutione, ſatis fuiſſet ſi dixiſſet nõ ſupereſſe in integrum reſtitutionis auxilium: non autem nullum auxilium: et ad hoc facit quod nouiſſimè

mè tradit D.Io.Franc. Cati. in appo. Marti.Lau. in d.conſ.16.in fin.in ver.
conſuluit, vbi quando, inquit, verba ſunt multùm prægnantia, puta quia
denegetur auxilium quouismodo, tunc in integrum etiam reſtitutionem,
aliosq. caſus ſpecialẽ clauſulam requiſentes ſublatos intelligi, poſt Ruin.
in conſ.23. quod incip. quia circa, num.11. lib.2. quod & addo voluiſſe
Soci. in conſ.242. cir.primum, col.pri. in prin.lib.2. & Aret. in conſ.103.
breuitas, in ſecun.dub. & ſequi etiam videtur Purpu. in d.l. poſtquam liti,
col.pen. verſ.& regula.C.de pac.quanquam reclamare videatur Aquen.ibi
col.fin. num.37. poſt Alex.quem citat, quem tamen non reperio: quod &
dicendum videtur in dictis verbis, nullum auxilium, quæ idem importare
videntur, vt ſcilicet per hæc verba caſus ſpecialem etiam clauſulam exigen
tes, vt eſt euidens nullitas, comprehenſi intelligantur: cui etiam opinioni
cò magis accedimus quòd animæ fauet, ideoq. in dubio amplectẽda, cap.
iuuenis, de ſponſa.max. quia diſpoſitio mandans iusiurandum obſeruari,
dicitur fauorabilis, & proinde amplianda, vt diximus ſupra hac ea. gloſ.
num.84. incip. non obſtat igitur: ex quo ſatis patet ſublatum eſſe illud
quod Cur. dicebat, materiam hanc eſſe exorbitantem, atque ideo reſtrin- 1
gendam. Ad tex. aũt in d.l.quid enim.§.fi.D.de dol.reſponde vt per Alex.
in d. conſ.122. poſt med.verſi. & poſſet reſponderi, lib.6. & Tiraq. in d.
trac.de legi.connu. gloſ.8. num.140. Non omitto autem, ſi minor non ſo-
lùm iurauerit ſe maiorem, ſed & ſe contra contractum non venturum, tunc
dubitandum non videri, nullitatem quoque contractus allegari non poſſe,
ſecundùm Caſtr. in d.conſ.53. col.pen.verſi.poſſet quis fortè, iuncto verſ.
vel aliter dicere poſſumus, lib.2. quoniam, vt Caſtr. inquit, communis eſt
& vera ſententia aut. ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer. vendi. tollere etiã nul-
litatem contractus, vt atteſtatur Iaſ.ibi col.pri.2. & 3. & iterum 8. verſ.glo.
pri. & alij etiam recen.

112 ℂ Ex quibus, vt tandem noſtrum ad propoſitum redeamus, concludi-
tur valere contractum à muliere ſine viri conſenſu celebratum, ſi ſe virum
non habere iureiurando affirmet, intelligendo tamen modò agnati con-
ſenſus adhibeatur, ſecundùm formam hic traditam, niſi tamen cõtrahens
cum ea ſciret eã virum habere, per nota.per Bal.in d.l.de tutela, poſt prin.
C.de in inte.reſti.min.cuius concor.retulimus ſupra hac ead.quæſtio.num.
67. incip.hic autem, & per nota. per Tiraq. in d. glo.8.num.159. incip. ta
men ſi teneas: vide tamen quod ſtatuit hoc ipſum ſtatutũ in fi. dum diſpo
nit valere contractum à muliere ſine agnati conſenſu factum, ſi ſe agnatos
qui conſentire poſsint, iuret non habere, niſi tamen cõtrarium probetur,
quod an valeat colliges ex prædictis.

113 ℂ VIGESIMOQVARTO quæro, quid ſi communi mulier opi
nione credatur virum non habere: quam etiam quæſtionem poſuit Tiraq.
in d. tract. de legi. connu. d.gloſ.8. quæſtio.xvij. vbi, ſubdubius tamen, in
ea videtur opinione reſidere, valere contractum hoc caſu à muliere ſine vi
ri conſenſu celebratũ: cui nos quoque aſſentimur per dicta ſupra hac ead.
gloſ. quæſtio.viij. quam tamen concluſionẽ declarabis vt per ipſum Tiraq.
vbi ſupra num.159. incip. tamen ſi teneas, & duob. ſeq.

114 ℂ VIGESIMOQVINTO & vltimò quæro, quid ſi mulier con-
traxerit ſine mariti conſenſu, an eo mortuo cogatur contractum obſerua-
re:

re: quam quæſtionem remiſsiuè tetigit Nico.Boer. in conſu.Bituri.tit.pri. §.4. in gloſ. pen. in ver. ne peut. donner, poſt prin. verſi. ſed quid ſi vxor contraxit: ſed eam latiùs tractauit Tiraq. in d. glo.8. quæſtio.xi. vbi multa in vtranq. partem allegat, tandem verò inquit hoc dependere ex eo, an ſtatutũ hoc ſit ob mariti præiudicium, an ob ipſius mulieris fragilitatem introductum, vt priore caſu cogi poſsit, poſteriore non, ita inquiens, bis Pariſienſi in Senatu iudicatum fuiſſe: ſed cum hoc noſtrum ſtatutum ob ipſius mulieris fragilitatem, non ob viri aut agnatorum intereſſe emanauerit, vt aſſeruimus ſupra in præfa. in pri. dub. conſequens eſt, vt concludamus mulierem ad contractus obſeruationem aſtringi non oportere: quod & confirmatur ex his quæ dicemus infra in fine, quæſtio.pri. 56. & 57.

GLOSSA NONA IN VER.

SI NON FVERIT IN CIVITATE.

1 QVAERO, quid ſi id non fuiſſet expreſſum, vti non fuit in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto: an tunc dicemus maritum expectandum: quod latiſsimè tetigit Tiraq. in dict. tract. de legi. connu. glo.8. quæſtio. pri. à num.6. vſque ad num.29. apud quem reperies diſtingui, an diu quis ſit affuturus, an verò breui rediturus, vt priore caſu expectari debeat, poſteriore non debeat: quod & vltra per eum allegata, voluerunt Alex. in l. cùm antiquitas, col.2. verſi. & ſimiliter facit iſte tex.C. de teſta. Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§. pri. in gloſ. in ver. contraulz entre les vifz, col.5. verſi. decimò limita, & Ferro. in conſue. Burdi. tit. de ſta. & iu. perſo.§.3.col.4. verſi. quod in abſente, & col.5. verſi. ſed tamen.

2 ℂ SED HIC SECVNDO quæro, quid ſi contractus ſine viri conſenſu fuerit celebratus, proindeq. nullus allegetur ſub prætextu quòd in ciuitate fuerit maritus, aduerſario contra aſſerente eum abſentem fuiſſe, an in dubio nulla ſuper hoc probatione facta præſens fuiſſe præſumatur: quam etiam quæſtionem tractauit idem Tiraq. in d. tract. de legi. connu. glo.8.num.29.& 30.& 31. vbi concludit in dubio præſumi quem eſſe præſentem in loco vbi habitat, & vbi domicilium habet: quam opinionẽ communiter eſſe approbatam colligitur ex allegatis ibi per eum, tametſi nonnulli ab eo etiam commemorati reclamauerint: qui dum pro eadem priori opinione citat Alex. in conſ.130. ponderatis his, col.2.lib.6. voluit allegare in conſ.220.eo.vol. quam etiam priorem ſententiam vltra per Tiraq. commemorata ſecuti ſunt Iaſ. in l.is poteſt, col.11. verſi.ſecundò Bar. tacitè.D. de acqui. hære. Deci. in cap. tertio loco, col.4. verſi. quia abſentia, de proba. & ipſe idem Tiraq. in tracta. de præſcri.§.pri. glo.6. in fin. quam & nos ſimpliciter ſequimur.

3 ℂ Quanquam non me lateat Rui. de quo Tiraq. non meminit, in conſ. 189. circa primum, num.13. cum duob. ſeq. lib.pri. velle tunc demum id procedere quando quis ſe fundat in abſentia, ſecus ſi in præſentia, per dictum Alex. in l. ſed & ſi de ſua, cir. fin.D. de acqui. hære. vbi ſi quis, inquit, alleget mortem alterius, præſumi eum viuere vſque ad centum annos: ſed ſi alleget vitam, tunc debere illam probare.

4

4 ¶ Sed reſpondetur illud Alex. dictum verum non eſſe, & communiorē videri opinionem, ſiue mortem, ſiue vitam quis alleget, eam probare debere, ſi id ſuæ ſit intentionis fundamentum, ſecundùm Aret. in ea ipſa l. ſed & ſi de ſua, col. 3. verſi. vnde domi.me. & Corn. in conſ. 340. quòd dicta dos, col. 3. verſi. nec eſt verum, lib. pri. in conſ. 181. uiſis nonnullis, col. 7. cir. fin. verſi. & licèt ſoleat, lib. 2. in conſ. 208. quanquam in hoc, col. 3. verſi. nec obſtat tex. lib. 3. quo poſteriori loco ſubdit, vbi vera eſſet contraria opinio, aliquo ſcilicet caſu quem præſumi viuere vſque ad centum annos, conſtare tamen debere de ætatis eius initio, ad hoc vt ſciri poſsit an lapſi ſint centum anni, necne, idem Corn. idipſum etiam repetens in l. ſi emancipati, col. 2. verſi. item licèt gloſ. & ibi Dec. col. 2. verſi. tertiò no. iuncta col. 3. verſi. non ob. ratio Ang. Curt. iun. col. 4. verſi. conſidera etiã, & Cagno. col. 12. verſi. extra cauſam. C. de collatio. iterum Deci. in l. fin. col. 8. verſi. & contra. C. de edic. Diu. Adri. tol. Lancel. Gallia. in rub. de ver. obli. col. 38. verſi. in hoc tamen menbro, ſub num. 160. cir. med. Alcia. in trac. præſump. reg. pri. præſump. 44. Quæ ſententia probatur ex l. ſi minorem. C. de in inte. reſti. min. vbi ætas probanda eſt ab eo qui in ea ſe fundat, ſiue agendo, ſiue excipiendo, vti Bar. Bal. Ang. Saly. Caſtr. & Alex. id annotarunt ad idem tex. in l. cùm te, & ibi not. Azo. Cyn. Bart. Bal. Ang. Saly. & Caſtr. C. de proba. Specu. in tit. de acto. col. 2. verſi. ſi ergo excipis, Hoſti. in ſum. de proba. §. fin. col. 2. verſi. item minor ætas, Io. And. in cap. infamibus, de reg. iur. in 6. iterum Bar. in l. pri. col. fin. verſi. viſo de modo excipiendi, de excepti. in l. de ætate, col. 6. verſi. ſumus expediti de ſecũda quæſtio. D. de mino. in conſ. 92. in quæſtione vertente inter D. Simonem, in prin. parte pri. iterum etiam Bal. in conſ. 148. in caſu propoſito præmittendum eſt, cir. fin. verſi. ad aliud capitulum, lib. pri. rep. in conſ. 441. hoc exordio, viſis ſtatutis, lib. 5. idem Bal. in conſ. 66. factum tale eſt, apparet, col. pri. ver. ſed ſi minor eſt abſens, & iterum, ſuboſcurè tamen, ante fi. verſ. alij dicunt, lib. 3. in conſ. pri. punctus ſuper quo conſilium poſtulatur, in fi. & conſ. ſeq. ante fin. lib. 4. Calda. in conſ. 5. incip. quis habeat probare, tit. de proba. Abb. in cap. pri. in fin. de regu. in cap. cùm T. virum, col. 2. verſi. & per hoc infero, eod. tit. Caſtr. in conſ. 53. viſis actis & conſideratis omnibus, col. 2. verſi. hoc autem onus, lib. 2. Imo. in conſ. 23. in caſu præmiſſo, poſt prin. Gemi. in cap. ſi eo tempore, col. 2. verſi. in ea. gloſ. ibi ætatis, de reſcri. in 6. iterum Alex. in conſ. 149. viſo proceſſu, col. pen. verſi. ſolùm eſt videndũ, lib. 5. Docto. in cap. in præſentia, vbi Abb. col. 2. verſi. ſed quęro, Imo. col. 4. verſi. in glo. 3. ibi p̃ſumitur, Aret. col. 3. in fi. verſi. nono nota, Fely. col. 13. verſi. glo. in ver. ſol. (licèt corrupta ſit hæc lectura, & dicere velit in ver. ſecũdæ) ſub nu. 28. qui cõem hanc dicit opinionē, & alios citat concor. & Dec. col. 26. verſ. in ea. glo. in fi. de proba. & faciunt not. p Alex. in appo. Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur, col. 2. in ver. tunc requiritur, poſt prin. D. quemadmo. teſta. ape. & quæ nos dicemus infra in glo. 12. in ver. agnatum non habuerit, quæſtio. xiij. in prin.

GLOSSA DECIMA IN VER. CVM IPSO MARITO.

1 PRIMO quæro, quid in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto, in quibus hæc verba appoſita non fuerunt: Quam quæſtionem factam reliquit Tiraq. in trac. de legi. connu. gloſ. 8. quæſtio. xiij. vbi

multa

multa in vtranque ſententiam aduocat, ita tamen vt quantùm ad partẽ negatiuam addere poſsis eam etiam ſecutos fuiſſe Io. de Arno. in ſolilo.17. incip. ſed quid ſi mulier, Deci. in conſ.612. concluſionem primam, in fin. vbi hanc communem dicit opinionem, Io.Duran.de arte teſta.tit.pri.cau.2.num.4. Cattel.Cot. memo.incip. ſtatutum requirens in contractu, verſi. quid autem eſſet, & ſequi videtur etiam Chaſſa. in conſue. Burgun. tit.4.§. pri. in glo. in ver. contraulz entre les vifz, in fi. Tandem verò Tiraq. tenet quando ſtatutum viri conſenſum ob eius præiudicium exigit, vti dicit eſſe in caſu conſuetudinis de qua loquitur, poſſe maritum ad ſuum ipſius commodum conſentire. Nos verò latiùs articulum declarantes caſus aliquot diſtinguemus.

2 ℭ PRIMVS eſt quando vltra conſenſum viri aut agnati cum muliere contrahentis interueniſſet alterius quoque agnati conſenſus: & tunc ſine dubio validus erit contractus, vt & voluit Iaſ. in conſ.3. præſupponitur in facto, col.fin. verſ. ſecundò principaliter, libr.pri. per nonnulla quæ allegat: cui & tu optimum poteris tex. addere, in l.pupillus obligari, in prin. & in.§. item ipſe.D. de aut. tuto. vbi vnus ex contutoribus poteſt à pupillo emere cum auctoritate alterius contutoris, & not. in l. ſi in emptore.§. fin.D. de contra.emp. & faciunt quæ dicemus in glo.ſeq. quæſtio.x.

3 ℭ SECVNDVS eſt caſus, & hæc ſecunda ſit quæſtio, quando adhibitum fuiſſet iudicis decretum: quo etiam caſu dicimus valere cõtractum per mulierem cum viro aut agnato & contrahente & conſenſum præſtante celebratum, ſecundùm Bal. in l.ſi furioſi, in fi.C.de nup. cum ſimili. per Tiraq. adductis in d.glo.8.num.122. incip. videmus igitur.

4 ℭ TERTIVS caſus eſt, tertiam quoque quæſtionem conſtituens, quando palam & bona fide vir aut agnatus cum muliere contrahit, & tunc etiã contractus valet, & ita voluiſſe videtur Tiraq. d.glo.8.num.124.incip. aliter autem, poſt Bal.Abb.Alex.& Soci.in locis per eum alle. vbi dum allegat Bald. in conſ.60. ſoluto matrimonio, lib.4. veriùs eſt in conſ.62. cir. med. verſi. præterea, lib.4. & dum allegat glo.in l.quatenus.§. ſicut.D. de admi. tut. non reperitur lex huius initij eo in tit. & probatur iſta concluſio in ſimili de tutore, qui ſic poteſt cum pupillo contrahere, ſimulq. eidem authoritatem accommodare.l.cùm ipſe, & ibi gloſ.mag.& Bar.D.de contra.emp. in l.non exiſtimo, & ibi Bar.D.de admi.tuto. in l.pupillus obligari.§.fin. & ibi glo.in ver.palam, & Bar.D.de aut.tuto.glo. in l.pri. in prin.in ver.non poteſt.D.eo.tit. in l. tutor rerum, in prin. in ver.non poſſe, in vlt. ſolut. & ibi Bar.D.de admi.tuto. in l.ſi in emptione.§.fin. in gloſ.vlti.& ibi Bart.D. de contra.empti.

5 ℭ Eſt verum quòd Bal.Saly. & Caſtr. in d.l. cùm ipſe.C.de contra.emp. id intelligunt procedere modò tamen interueniat alterius contutoris authoritas: quod etiam quando alius contutor intercedat, admittit Rip. in l.pri.§.fuit quæſitum, col.2.ver.contra iſtud.D.ad S. C. Trebel.

6 ℭ Sed priorem opinionẽ vltra ſupra allegata ſimpliciter ſecuti ſunt etiã Alex. in l.ſingularia,col.2.verſi.immò ſecundùm, qui communem hanc aſſerit opinionem, & ibi alij etiam Docto.D. ſi cer.peta. Soci. in conſ.87. in

præ-

præſenti, col.pri. verſi.præterea Bal.in conſ.lib.pri. Iaſ.in d.§. fuit quæſitũ, col.3. in fin.verſi.tertia difficultas, vbi & ipſe de communi ſententia fidem facit, ad quod conferunt etiam quæ diximus ſupra in gloſ. pri. num.212. incip. quinta fit.

7 ℭ SED HIC QVARTO quæritur, quando dicatur tutor aut maritus bona fide contraxiſſe: & glo.in d.l. pupillus.§.fi. in ver. mala fide.D. de aut. tut. tutorem inquit tunc non eſſe in bona fide, quando ſcit rem nõ eſſe pupilli, quod quidem verum eſt in ſe, l.qui ſcit, ante fin.D. de vſuca. ſed hoc in caſu vix conuenit, ideoq. alio dicamus modo tutorem in mala eſſe fide, ſi rem à pupillo emat minùs iuſto prætio, vt ibi ea quoque glo. in d.§.fin. aſſerit, & ibi ſequitur Bar.& Bal. in l.cùm ipſe, in ptin. Saly. etiam in prin. & Caſt. cir.prin.C. de contra.emp. Iaſ.in l.pri.§. fuit quæſitum, col. 4.verſi. & tunc demum.D. ad S. C. Trebel. & probatur in l. pri. cum gloſ. in ver. mala fide.C. ſi vendi. pigno. aga. & in l.3.C.de iu.fis. lib.10.

8 ℭ Et facit ad hoc glo. nota. in l. ſemper in coniunctionibus, aliàs conuentionibus, in glo.vni. in fi. D. de reg.iur. quæ dicit, licèt circa prætium contrahentibus ſe inuicem decipere liceat, id honeſto tamen viro non conuenire: de cuius glo.veritate videbis ibi, Deci.col.fi.& Cagno.in fin.ver.& Bal. in cap. ſi proponente, cir.med.verſi. & no. quòd interdum, de reſcrip. in cap. quanto, col.pri. in fi.verſi. item decipere aliquem, de iureiu. in cap. cùm cauſam, in fi.ver. de teſti. in aut. ad hæc, vol.6.ver. quæro 21.& col. ſeq.C. de vſur. Cano. in cap.pri. in cap. cùm dilecti, in cap.cùm cauſa, de emptio. & vendi. in cap. in ciuitate, de vſur. Calda. in cap.fin.eo.tit. Butri. in cap. quia plerique, col.pen.verſi. & hoc credo, & ibi Abb. col.10. verſi. nona quæſtio, de immu. eccle. Cepol. de ſimu. contrac. in 2.præſum. nu. 22. Aret. in l. ſi quis cùm aliter, col.fi. in prin.verſi. quomodo ergo. D. de ver.obliga. Barba. conſ.67. illud afferam, per totum, lib.4. Iaſ. in l.pen.col. 2. verſi. quartò no. ex tex, & ibi Deci. col. 2. verſi. quartò regula, & Cur. iun. col.2. verſi. quartò notate.C. de pac. iterum Iaſ. in §. ſed iſte, col.20. verſi. & aduertite, inſti. de actio. iterum Deci. in conſ.11.& pro tenui, col. 2.verſi. ſecundò non ob. & in cap.pri. in pri.lectu. col.18.verſi. ſimiliter ex iſta, de conſti. Crot. in cap. vt animarum, eo.tit. in 6. Bertran. conſ.71. ponitur, col.pri.verſi. & de iſtis, lib.2. Thom. Ferra. cau.4. incip. regula eſt in iure, iterum Cagno. in l.2. col.3.verſi. tertiò limitatur, & col.ſeq.C. de pac. inter. emp. & vendi. quibus etiam in locis tractatum comperies, an deceptio in foro conſcientiæ permiſſa ſit: de quo etiam per Panta. Cremen. in rep. l.2. num.158. & 2.ſeq.C. de reſ. vendi.

9 ℭ Eodem etiam modo ſi per interpoſitam perſonam tutor rem pupilli emit, videtur id non bona fide gerere, niſi tamen palam emat mutuato emptoris nomine, non mala tamen fide ſimpliciter intercedente, ſed ne nomen eius in inſtrumento deſcribatur, vt ſolent honeſtiores facere, ita per omnia dicit tex. in d.l.pupillus.§.fi.verſi. ſed ſi per interpoſitam perſonam. D. de aut. tuto.

10 ℭ Non omitto etiam Bar. in l. frater à fratre, col.antep.verſi. tertiò quæro.D. de condi. inde. aliter etiam hoc declarare, videlicet bona quid fide factum dici, quod fit præſentibus conſanguineis vel amicis eius cum quo contra-

contrahitur, vel iudice præſente, & ibi ſequitur Iaſ. col. etiam antep. verſi. ſigna tamen. D. de condi. inde. & Imo. in l. pri. §. fuit quæſitum, col. 2. verſ. ſed aduerte. D. ad S. C. Trebel. Deci. in conſ. 272. viſo proceſſu, col. pen. verſi. nam authoritas, Rui. conſ. 91. circa ea, col. 2. verſi. & vbi etiam, lib. 5.

11 ℂ QVARTVS eſt caſus, & exinde quinta quæſtio, quando hic conſenſus fuiſſet mulieri antea generaliter præſtitus: quo caſu ſi velit poſtea mulier ſpecialiter contrahere, poterit id facere, etiam cum eo qui generalem ei conſenſum præſtitit, ſecundùm Pet. de Bellaperti. & Cyn. in l. pri. D. de aut. tuto. Bal. in conſ. quodam incip. quatuor puncta, cum alijs concor. per Tiraq. adductis in d. trac. de legi. connu. glo. 8. num. 123. incip. illud autem, vbi dicit ſe reperire non potuiſſe illud Bal. conſ. ſicuti nec nos potuimus, quanuis habeamus repertorium omnium conſiliorum ipſius Bal. ordine alphabetico compoſitum, & ſequi præterea videtur Rom. in l. tranſactionem, in fi. ver. C. de tranſac. & Chaſſa in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in glo. in ver. contraulz entre les viſz, in fi. & clariùs Soci. in d. conſ. 87. col. 3. verſi. præterea Bal. in prælle. lib. pri. Et dum Tiraq. vbi ſupra citat Deci. limitantem hoc non procedere ſi generalis iſte conſenſus fuiſſet ante data ad hoc opera, vt mulier poſtea cum eo, qui conſenſum præſtitit, contraheret, adhibitus, qui dolus arguetur, ſi paulò poſt conſenſum præſtitum contractus ſequatur, adde ipſum etiam Deci. ſequi Io. Duran. in d. trac. art. teſta. tit. pri. cau. 2. num. 4. & quantùm ad vltimum, dolum præſumi ſi paulò poſt contractus celebretur: adde quæ & nos diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. 17. ſed tamen candide Lector animaduertas caſum iſtum noſtro non conuenire ſtatuto, quia ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xxi. aſſeruimus conſenſum ex hoc ſtatuto requiſitum generaliter præſtari non poſſe.

12 ℂ QVINTVS eſt caſus, ex quo ſexta ſubſequitur quæſtio, quando ſtatutum concederet conſenſum poſt actum iam conſumatum, accedere poſſe: quo caſu generaliter præſtari poſſe uoluit Soci. in conſ. 160. in præſenti, col. 6. verſi. præterea reſpondeo, lib. 2. ſed hic etiam caſus noſtrum ad ſtatutum non adaptatur, quia non eſt permiſſum conſenſum, de quo hic agitur, poſt actus celebrationem interuenire, vt diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xij. cum mult. ſeq.

13 ℂ SEXTVS eſt caſus, ſeptimam nobis quæſtionem afferens, quando nõ principaliter tractatur de intereſſe conſentientis, ſed in conſequentiam quandam: & tunc in ea ſumus ſententia, vt præſtari poſſit: ſicuti & tutori hoc permittitur. l. pri. in prin. D. de aut. tut. l. quod dicimus, in prin. D. eod. tit. & ita voluit Soci. in conſ. 112. quoniam, col. 3. verſi. ſtante ergo, lib. pri. rep. in conſ. 172. lib. 2. in conſ. 80. præſens conſultatio, col. 4. verſi. non omitto, & col. ſeq. lib. 4. & videtur ſequi etiam Cattel. Cot. memo. incip. filiusfamilias poteſt, dum ſe remittit ad Soci. & facit etiam tex. in l. ſi quis nec cauſam, in prin. D. ſi cer. peta. cum ibi latè cumulatis per Iaſ. col. pri. & mult. ſeq. & tex. in l. ſi is qui duos. D. de lib. lega.

14 ℂ Sed & his proximè accedit, quòd licèt teſtis de ſuo ipſius commodo tractans ſit inhabilis. l. nullus. D. de teſti. cum ſimili. admittitur tamen ſi nõ principaliter, ſed in conſequentiam commodum ad eum ſpectet, vt latè per

per Tiraq. in trac. res inter alios actas, col. 2. verſi. hæc limitatio, vbi ex hoc legatarium, inquit, & ſubſtitutum in fauorem teſtamenti, Prælatum in fauorem Eccleſiæ, fideiuſſorem pro alio confideiuſſore, vt excuſſionis beneficium conſequatur, & creditorem in fauorem debitoris teſtificari poſſe: quam etiam regulam vltra per Tiraq. alle. poſuit glo. vni. in d. l. nullus, & in l. ſi ita ſcripſerit, in glo. pri. & ibi ſequuntur Bar. & Soci. col. 2. verſi. in glo. pri. qui communem hanc dicit opinionem. D. de condi. & demon. Ang. de Caſtel. inter conſ. Bal. in conſ. 405. ego Angelus, cir. med. lib. pri. repe. in conſ. 10. lib. 3. de quo vlti. tantùm meminit etiam Tiraq. vbi ſupra, Alex. in conſ. 10. Diuini Numinis, col. fin. verſi. præterea legatarius, lib. 6. Fely. in cap. inſuper, cir. fin. de teſti. Barb. in conſ. 45. clementiſſimum Deum, col. 4. verſi. item in caſu iſto, lib. 4. de quo tamen vide etiam Io. Fab. in §. legatarijs, cir. med. inſti. de teſta. ordi. Docto. in l. dictantibus. C. eo. tit. de teſta. Cano. in d. cap. inſuper, & D. Io. Ceph. in conſ. 65. in præſenti, num. 31. & mul. ſeq. lib. pri.

15 ℭ Et quantùm ad creditorem pro debitore teſtificantem, addes id etiam voluiſſe Alex. in l. ſi cui. §. ſi. ante fin. D. de leg. pri. (dum allegat Iac. But. & Ang. in l. non ſolùm. §. quæritur. D. de procu.) in conſ. 177. viſis & lectis, col. 2. verſi. nec obſtat prædictis, lib. 7. Barba. conſ. 25. clementiſſimum, col. 4. verſi. hinc dicimus, lib. 4. Fely. in d. cap. inſuper, num. 15. Et licèt Iaſ. in loco per Tiraq. vbi ſupra commemorato, & præterea in d. l. dictantibus, num. 6. dubitare videatur, tamen idem Iaſ. ſequitur in l. ſi quis nec cauſam, in prin. num. 14. D. ſi cer. peta. in rub. C. ne fis. vel reſpu. nu. 21. & in d. l. ſi cui. §. ſi. num. 18. in fi. & 19.

16 ℭ OCTAVO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, quando quid principaliter factum dicatur: quod colliges ex Bar. in l. ambitioſa, col. 4. in prin. verſi. ſed certè opp. D. de decre. ab ordi. faci. cum concor. per Iaſ. adductis in d. l. ſi quis nec cauſam, in prin. ſi cer. peta. ſed quantùm noſtrum ad propoſitum melius dicas de commodo conſentientis in conſequentiam, non autem principaliter tractari, ſi de adeunda hæreditate agatur, & conſentiens ſit legatarius, aut ſubſtitutus, vel creditor defuncti: vel etiam generaliter quando conſentiens fuiſſet mulieris fideiuſſor, per ea quæ ſupra num. 2. ab hinc adduximus, & præterea per tex. in d. l. pri. in prin. D. de aut. tuto. vbi permittitur tutori authoritatem præſtare pupillo hæreditatem debitoris ipſius tutoris adeunti: & idem ſi tractetur de dote per mulierem marito conſtituenda, quia poterit maritus mulieri ſecum nubenti, & dotem conſtituenti conſentire, ſtante etiam ſtatuto lucrum dotis vxoris præmortuæ uiro deferente, eo quia principalis eſt contractus matrimonium: dos autem acceſſoria. l. dotem. D. de iur. dot. quæ etiã principaliter in fauorem vxoris non viri conſtituitur, vt probat l. pri. D. ſol. matri. & ita decidit Soci. in d. conſ. 80. col. 4. verſi. non omitto, lib. 4.

17 ℭ Sed ſi conſentiens eſſet pater aut dominus, cuius conſenſu mulier celebraret contractum, illius filij aut ſerui commodo cedentem, non valeret contractus, tanquam euidenter conſtet ipſi patri aut domino acquiri, ita etiam eſt tex. in d. l. pri. in fi. D. de aut. tuto. quia ſcilicet quicquid acquirit ſeruus aut filius domino & patri acquiritur. l. quodcunque. D. de ver. obli. cum ſimi. Sed cùm id non procedat in caſtrenſi peculio vel quaſi, quod

patri non quæritur, tot.titu.D. de Caſtr. pecu. ideo in eo ſecus dicendum eſt,& ita in ſimili probat tex. in l. ſi pater, in prin.D. ad l. Corn. de falſ. & in l.3.§. ſed ſi in caſtra. D. de dona. inter vir. & vxo. & ita patrem, ſi tutor fuerit, poſſe authorem fieri pupillo, aliquid filio ſuo in cauſam caſtrenſis peculij vel quaſi promittenti, voluerunt glo. in d.l.pri. in fine prin. in ver. rem acquirit,& ibi Bar. col.pri.verſi. quærit gloſ.D. de aut.tuto. Qua etiã ratione idẽ dici poteſt in donatis à Principe vel Auguſta,quia inſtar caſtrenſis ſunt peculij, & patri non quæruntur.l. cùm multa.C. de bon. quæ lib. in aduentitijs autem dubitari poteſt, cùm ea quò ad proprietatem filio quærantur, & quò ad vſumfructum patri.l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. Et glo. in d.l.pri. in fine prin. in d.ver. rem acquirit, authoritatem, inquit, hoc in caſu interpoſitam valere quò ad proprietatem, non etiam quò ad vſumfructum,& ibi ſequitur Bar.col.2.verſ. quæro quid ſi pater. Sed contrarium in ſimili annotauit glo. in l. impuberem.§. pri. in ver. in adoptionem dato, quam ibi ſequitur ipſe quoque Bar. & Alex. in eius appo. ob quam controuerſiam articulus hic dubius redditur: veruntamen dici poteſt quò ad vſumfructum ſine dubio nullam eſſe authoritatem, & in hoc vtraque gloſ. concordat: Quantùm autem ad proprietatem licèt glo.in d. l.pri. valere aſſerat, tamen glo. in d.l. impuberem.§.pri. id non clarè explicat, licèt non valere ſentiat: quam poſteriorem ſententiam nos veriorem arbitramur per tex. per Bar. in d.§. pri. allegatum, ſcilicet in l. filius emancipatus.§. ſequens.D. eo. tit. ad l. Corn. de fal. vbi ſicuti prohibetur quis ſeruo ſuo legatum aſcribere, ita & ſeruo communi: & ſi ei & Titio aſcribit, non valet legatum etiam quò ad Titium, ſed pro non ſcripto habetur. Quam opinionem cùm id iam firmaſſem, reperi poſtea tenuiſſe etiã Abb. in conſ.40. factum, in fi. ver. lib.2.

18 ℭ Et tenendo hanc partem neceſſe videtur dicere, nos non eſſe in diuiduis, ſed in indiuiduis,quia ſcilicet filius aduentitia acquirere non poteſt, niſi etiam patri vſumfructum acquirat,d.l. cum oportet.C.de bon. quæ lib. ſed patri hoc caſu acquiri non poteſt vſusfructus, ideo nec proprietas filio quæri debet: aliàs enim ſi dicamus nos eſſe in ſeparabilibus,contra dicendum erit,per ea quæ diximus ſupra in glo. quinta, quæſtio.pri.& ſecundùm hanc opinionem, quam iam probauimus,ceſſabit maximum illud dubium apud quem remanere debeat proprietas ipſa: quo in articulo Bar. in d. l. pri. primò dicit apud filium, non autem apud promittentem, arg. aut. excipitur.C. de bon. quæ lib. vbi tamen alius ponitur caſus,de quo ſtatim dicemus: poſtea tamen ſe remittit ad not. per ſemetipſum in d.l. impuberem. §.pri. vbi ſequitur glo. ibi, ideo dici poteſt Bar. in d.l. pri. non fuiſſe ſecutum illam glo. ibi,maximè cùm quæſtionem meliùs examinet in d.§.pri. ſecundum ea quæ diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, num. 40. incip: quoniam, cir. fin.

19 ℭ Scias tamen Lector Bar. in d.§.pri. velle, ſi pater filio legatum ita aſcribat, ne ſibi quæratur vſusfructus, legatum valere ea ratione qua in filio valet emancipato,de quo nos ſtatim dicemus: cui & tu addere poteris hæreditatem ita dari & acquiri poſſe, ne ad patrem perueniat vſusfructus, aut. excipitur.C. de bon. quæ lib.

20 ℭ Et facit etiam ad hoc, quòd licèt aliàs in facto, in quo de ſuo intereſſe tracte-

tractetur, nullus ſit idoneus teſtis, vt iam diximus ſupra num. ab hinc 6. incip. ſed & his: fallit tamen ſi adijciat ex ſua depoſitione nullum ſe velle commodum reportare, ſecundùm Bal. in l. dictantibus, num. 2. C. de teſta. quod & fuit de mente Ang. in conſ. 275. thema ſuper quó conſilium petitur, col. pen. verſi. primò quia non de ſubſtitutione, & licèt contrarium teneat Abb. in cap. inſuper, col. 6. verſi. quinta eſt opinio, de teſti. nos tamen priorem ſequimur opinionem, quæ communior eſt, vt colligitur ex his quę adducemus infra in glo. 12. in ver. agnatum non habuerit, quæſtio. viij. & ita aliquando practicauimus.

21 ℭ In emancipato autem filio certum eſt patrem pro eo authorari poſſe, ſicuti & legatum aſcribere. d. l. impuberem, poſt prin. verſi. ſed & ſi emancipato, vbi idem dicitur in filio in adoptionem dato: quod tamen glo. ibi in ver. in adoptionem, intelligit modò non tranſeat in poteſtatem adoptantis, vti non tranſit quando antea erat in patris naturalis poteſtate, ſecundùm diſtinctionem l. cùm in adoptiuis, in prin. C. de adoptio. quanuis aliud eſſet de iure Digeſtorum ſecundùm quod loquitur d. verſi. ſed & ſi emancipato. Et quod de emancipato diximus procedit non ſolùm ſi tempore acquiſitionis ſit emancipatus, ſed etiam ſi ſit in poteſtate, ſi tamen effectus in tempus emancipationis conferatur: d. l. impuberem. §. ſi dominus, vbi idem dicitur in ſeruo, ſi quis ei ita legatū aſcribat cùm liber erit. Econtra autem ſi tempore quo quis alteri legatum aſcribit, eum non habeat in poteſtate, non nocebit ſi poſtea uiuente etiam teſtatore contingat habere. l. de eo, in fi. D. eod. tit. ad l. Corn. de falſ. Quid autem in matre (quanuis hic caſus noſtrum ad ſtatutum non pertineat, cùm agnata fœmina ad conſenſum alteri mulieri præſtandum non admittatur, vt dicemus in gloſ. ſeq. quæſtio. xv.) videbis tex. in l. Diuus Claudius, ante fin. verſi. idem in filia. D. eo. titu. qui loquitur in filia ſibi legatum aſcribente matre dictante, vt ſcilicet excuſetur: & facit quod ſtatim dicemus.

22 ℭ Quid autem econtra ſi quis ad vtilitatem patris aut matris conſentiat: & certè quantùm ad patrem, ſi in illius poteſtate conſentiens fuerit, licèt pater non acquirat filio, non valebit tamen conſenſus ſeu authoritas per eum præſtita. l. quod dicimus. §. fin. D. de aut. tuto. & not. Bar. in d. l. pri. cir. med. D. eo. tit. vbi hanc eſſe rationem adducit, propter iuſſum quem pater habet in filium: cui addere poteris tex. in l. idonei, cùm glo. vni. D. de teſti. vbi filius pro patre teſtificari prohibetur propter imperium quod pater habet in eum. Quantùm autem ad matrem valet legatum quod ei filius aſcribit. l. ſi pater, in fi. D. eod. tit. ad l. Corn. de fal. ſed quoniam ille tex. loquitur quando aſcribit iuſſu teſtatoris, ideo glo. ibi in ver. cum iuſſu dubitat, quid ſi ſine iuſſu, & in eam inclinat opinionem, legatum non valere: cuius tamen contrarium nos rectiùs arbitramur per tex. in d. l. quod dicimus. §. fin. dum loquitur quando filius authorans patri eſt in eius poteſtate: & per ea quæ ſupra diximus de emancipato, cui pater aſcribere legatum poteſt: nam fœminas conſtat in poteſtate liberos non habere. §. fœminæ, inſti. de adop. cum ſimi. per nos adductis infra in fine, num. 108. incip. 25. quæro: & per tex. in l. Diuus Claudius. §. matri. D. ad l. Corn. de fal. vbi matri, cui per ſeruum dictante filio aſcriptum eſt legatum, legis Corneliæ venia tribuitur. Et quid in fratre: glo. in d. l. pri. in fine prin. in ver. rem acquirit, in fi. D. de aut. tut. dicit non valere authoritatem per patrem

filio interpoſitam in vtilitatem alterius fratris, quantùm duntaxat ad vſumfructum, quod patri quærendum eſſet: & ſic ſenſit id procedere quando ambo eſſent in eiuſdem patris poteſtate: pro qua gloſ. facit tex. in l. 3. §. qui in eiuſdem. D. de dona. inter vir. & vxo. tamen cùm hic caſus ſit ſimilis ei quando pater authoratur alteri ad commodum filij, vt & ſenſit illa glo. dum idem vtroque caſu decidit: ideo nos idem quoq; dicimus quod ſupra diximus num. 17.

23 ℂ SEPTIMVS eſt caſus nonam formans quæſtionem, quando tractatur de executione prioris duntaxat contractus ſolenniter & legitimè celebrati, tex. habes & exemplum in l. fiſtulas. §. fundum. D. de contra. empti. intelligendo vt ibi habetur, & vt nos quoque diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. ij. num. 3. & 4.

24 ℂ OCTAVVS eſt caſus ſexto proximus, ex quo decima deſcendit quæſtio: quando non quæritur conſentienti directè, ſed res futuro ab euentu pendet, puta ſi ſubſtitutus ſit conſentiens: & tunc valere conſenſum patris ſubſtituti præſtitum filio hæreditatem adeunti, fertur tenuiſſe Dyn. in conſ. incip. Chriſti miſerantis, quod tamen inter impreſſa non reperio: ſed illud ſic citat & ſequitur Soci. in d. conſ. 80. col. 4. verſi. præterea dico, lib. 4. vbi ex hoc infert ad id de quo etiam diximus ſupra nu. 13. de marito vxori ſibi dotem conſtituenti conſentiente, vt ſcilicet valeat huiuſmodi conſenſus, etiam ſi extet ſtatutum lucrum dotis vxoris præmortuæ ipſi marito deferens, cùm id ab euentu & fortuna pendeat: qua ratione arbitramur ſuſtineri poſſe dictum Bal. in conſ. 6. hæc eſt quædam copia, lib. 2. qui loquens de ſtatuto prohibente mulierem nuptam ſine conſenſu viri, & innuptam ſine conſenſu duorum conſanguineorum proximiorum teſtari, conſuluit valuiſſe tamen teſtamentum cum conſenſu conſanguinei ab ea ſubſtituti conditum: quanuis Bal. alia ratione moueatur, nempè quòd ibi non de authoritate ſed de conſenſu agatur, cui nos rationi non accedimus, quoniam licèt ſtatutum vtatur verbo conſenſus, habet tamen vim authoritatis, quia ad integrandam mulieris perſonam requiritur, vt aſſeruimus ſupra in præfatio. in pri. dub. & alibi ſæpe: ſed, vt diximus, hæc tamen deciſio ex dicto Dyn. & ex alijs ſupra allegatis ſuſtineri poteſt.

25 ℂ NONVS eſt caſus, & ſubſequenter vndecima quæſtio, quando vxor ſe obligaret pro redimendo marito in carcere exiſtente: & id cum conſenſu eius eam facere poſſe arbitramur, vt in ſtatuto prohibente filium familias ſine conſenſu patris ſe obligare voluit Bal. in conſ. 213. occurrit dubium, in prin. lib. 2. quem ſequuntur Chaſſa. in conſue. Burgun. tit. 4. §. pri. in glo. in ver. contraulz entre les viſz, col. 4. verſi. ſed iuxta prædicta, & Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. nu. 285. incip. quid quòd Bal.

26 ℂ Sed cõtra prædicta obſtare videtur quòd exiſtens in carceribus contrahere prohibetur. l. qui in carcerẽ, & ibi glo. vni. & Doct. D. de eo quod met. cau. glo. in l. qui à latronibus, in prin. in ver. poſſunt, & ibi Bar. Caſtr. Imo. & Aret. D. de teſta. ideoq; cùm cõtractus à cõſenſu viri, de quo nos loquimur, ſeu patris, de quo Bal. loquitur, robur accipiat, valere nõ videtur, cùm ab ipſo viro ſeu patre carcerato celebratus videatur: quod procedere videtur etſi virum aut patrem vxori aut filio contrahenti cõſentientem teſti æquiparemus,

remus,quia qui in carcere eſt teſtificari quoque non poteſt.l.3.§. lege Iulia. D. de teſti.4. quæſtio.3. cap. teſtes.verſi. item l. Iulia, & no. Specu. tit. de teſte.§. opponitur, num.90. & ita in teſte quandoque practicauimus.

27 ℭ Verùm reſpondeo poſſe mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate maritum è carceribus liberare, vt diximus ſupra in glo.pri. quæſtio.xxiiij. ideo ſi conſenſus non neceſſarius interueniat,obeſſe non debet, per ea quæ diximus ſupra hac ea. glo. quæſtio. pri. & quæ dicemus in glo. ſeq. quæſtio. xj. Præterea id non omnino ſimpliciter verum eſt,carceratum contrahere non poſſe, quia diſtingui ſolet tàm in contractu quàm in teſtamento, an contrahat vel teſtetur in fauorem tertij, an eius qui eum carcerari fecit: & ſi eius, an iuſtè an iniuſtè carceratus fuerit: ſuper quo latè videbis Bar. in d.l. qui in carcerem, & in d.l. qui à latronibus, in prin. in 2. oppo. & ibi Caſtr. cir.fin. latiùs Imo. col.pri. & Areti. col.3.verſi. in glo. poſita,& col. ſeq. Et dum Bar. in d.l. qui in carcerem,nullam facit differentiam,an quis ſit in carcere an extra, adhuc tamen cuſtodem habens, ita quòd non poſſit quò velit ire, quem ſequuntur Caſtr. in d.l. qui à latronibus, in fine prin. & ibi Imo.col.pri. cir.fin. verſi. ex prædictis, ſcias quæſtionem hanc ſemel Comi accidiſſe in debitore qui allegabat obligationem de ſoluendo debito creditori ſactam nullam eſſe,tanquam celebratam ab ipſo carcerato,ſeu extra carcerem,ſed tamen ſub cuſtodia conſtituto: quâ tamen in cauſa debitor nobis contra eum aduocantibus ſuccubuit, quia id non probauit,ſe ſcilicet cuſtodes habuiſſe, ita quòd liber ei receſſus non eſſet.

28 ℭ An autem idem ſit pro redemptione patris, fratris, aliorumue agnatorum, an & eos poſſit mulier ſine huius ſtatuti ſolennitate redimere,videbis in d.glo.pri. d.quæſtio.xxiiij. Et quid ſi mulier ſe obliget pro redimendo patre vel marito infirmo,aut excõmunicato, adeundus tibi erit Chaſſa. in d.conſue. Burgun. tit.4.§.pri.in glo. in ver. contraulz entre lex viſz, col. 4. verſi. facit pro hoc, vbi ſe remittit ad Guili. Bene. in rep. cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, num.380. ſed fortè voluit allegare num.268. vbi hanc tangit materiam, quem tamen non reperio id ponere, de teſta.

29 ℭ DECIMVS eſt caſus, ex quo duodecima oritur quæſtio, quando contractus non ſolùm commodo conſentientis, ſed & mulieris cederet: quo etiam caſu validum eſſe arbitramur, per nota. per Soci. in d. conſ. 80. col.4.verſi. confirmatur, lib.4. dum loquens de muliere quæ dotem ſuper omnibus eius bonis marito eidem conſentienti conſtituerat,ſtante ſtatuto dictæ dotis lucrum vxore premoriente ipſi marito deferente,virum,inquit, huic potuiſſe dotis conſtitutioni conſenſum præſtare,quia dos non dicitur in vtilitatem viri ſimpliciter conſtituta, ſed & vxoris: & vide quæ dicemus infra in glo.21. in ver. nec occaſione dotis ſuæ, num. 7. incip. & iſta, & in fine, quæſtio. 50. & quæſtio.lxxviij. & mult. ſequen.

30 VNDECIMVS & vltimus caſus, qui xiij. nobis quæſtionem parit, quando contractus in vtilitatem conſentientis principaliter tendit: & tunc veram hanc eſſe opinionem arbitramur, quòd ſi requiratur conſenſus ad integrandam prohibiti contrahere perſonam, & tunc non poſſit quis ad ſuum ipſius commodum conſentire: ſecus ſi requiratur ob præiudicium

conſentire debentis, vti voluit Alex. in appo. Bar. in l.pri.D. de aut. tuto. & in l.pri.§. fuit quæſitum, col.pen.verſi. ad prædicta,iuncta col.fi.verſi. ſatis videtur, Soci. col.antep. & ſeq. Iaſ. col.pri.verſi. ſecundò per dictam regulam,dum Alex.ibi citat,Aquen.ante fin. dum & ipſe ſe remittit ad Alex. Rip. col. 2. verſi. aduerte quia, qui communem hanc dicit opinionem. D. ad S. C. Trebel. iterum Soci. conſ.87. in præſenti, col.2.verſi. præterea differentia,lib.pri.Cur.iun.in l.pri. in fi.ver.C.vn.vir & vx. dum allegat Alex. vbi ſupra, Alcia. in trac. præſum. reg.pri. præſum.2. num.4. & ſequi etiam videtur Tiraq. ſubdubius tamen, in d.trac. de legi.connu. glo.8. num.121. incip. mirum eſt, & 122. vnde cum in noſtro hoc ſtatuto conſenſus hic ad ſupplendam mulieris perſonam, non ob viri aut agnatorum intereſſe deſideretur, vt diximus in præfa. in pri. dub. conſequens eſt vt non poſſit ad conſentientis vtilitatem accommodari:& ita expreſſim in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine præſentia & conſenſu duorum propinquorum voluit Guili. Bene. in rep.cap. Raynutius, num.254. de teſta. Ad quod etiam vide tex. in l. ſi in emptione.§.ſi. in fi. D. de contra.empti. vbi habetur quod dicimus tutorem à pupillo emere non poſſe, ad alias etiam ſimiles perſonas ideſt curatores & procuratores, & qui aliena gerunt negotia, porrigendum.

31 ℭ DECIMOQVARTO quæro, quid ſi econtra maritus aut agnatus mulieri ſuper re, in qua ipſe ius habere prætendat, conſenſerit, an ſibi præiudicet: & memini D. Apollonium Lambertengum doctiſſimum virum & patruum noſtrum, in ſtatuto noſtro Comenſi olim conſuluiſſe non præiudicare, quoniam non videtur quis hac mente conſenſum præſtare, vt ſibi præiudicet, ideo non debet illius conſenſus vltra eius intentionem operari.l. non omnis, in prin.D. ſi cer. peta. Et facit etiam quod idem in tutore videmus,qui ſi pupillo paternum petenti legatum authoritatem præſtet, nullum ſibi præiudicium infert, quin proprio poſſit nomine inofficioſum dicere teſtamentum: ſicuti & econtra ſi pupilli nomine de inofficioſo egit teſtamento, non prohibetur legatum ſibiipſi factum acceptare.§. ſi tutor, inſti. de inoffi. teſta.l. cùm quædam.C. de admi. tuto. & not. glo. in l. fin. in prin. in ver. aduocationem, in fi.D. de inoffi.teſta. & Tiraq. in trac. retrac. tit.pri. §.pri. glo.9. num.266. ex quo tex. in d.§. ſi tutor, not. generaliter glo. ibi pri. eum qui ex ſui officij neceſſitate aliquid facit ſibi non nocere,quam ſequuntur ibi Io. de Plat.Chriſto.Porti.Ang.Areti.& Vigli. Zuiche. Et idem in ciuitatis adminiſtratore in tranſactione ipſius ciuitatis decretum interponente, vt ſibi non præiudicet, conſuluit Caſtr. in conſ. 423. quia ſcio quòd ſuper iſto, col. pri.verſi. nec obſtat quòd in inſtrumento, lib.pri. Et idem in patre filio agenti conſentiente,voluit Bal. in l.fin.§. neceſſitate,col.pen.verſi. quæro nunquid conſenſus.C. de bon. quæ lib. & propiùs ad terminos noſtros, in ſtatuto ſcilicet conſenſum propinquorũ in contractibus minorum deſiderante, reperio id ipſum etiam Bal. conſuluiſſe in conſ. 102. punctus ſuper quo petitur conſilium, cir. med. lib. 2. quem ſequitur.Tiraq. in d.trac.retrac. tit.pri.§.pri.glo.9.num.139. & præterea Caſtr. in conſ.459. omnis difficultas, col.4.verſi. verùm quia,lib.pri. Alex. in conſ. 65.quoniam omne, col. fi. verſi. præterea illud, lib. 6. rep. conſ.119. eod. etiam lib.

32 ℭ Verùm multa in contrarium facere videntur: primum tex. in l. ſi fideiuſſor

iuſſor.§. pater.D. de pigno. vbi conſentiens pignori ſcribendo chirographum alterius nomine, ſibi preiudicat: quem tex. ſic citat glo. in l. Caius, in glo. mag. in pri. ſolu. & ibi Bar. & alij.D. de pigno. acti. Et tex. in cap. ex literis, cum glo. in ver. teſtis. in ti. de tranſac. vbi ea glo. colligit ex illo tex. & ex tex. in d.§. pater, eum qui authoritatem præſtat ſibi præiudicare. Et tex. in l. poſt legatum.§. ſi filiusfamilias.D. de his qui vt indi. vbi ſi filiusfamilias patre conſentiente falſum accuſat teſtamentum, denegatur patri ad conſequendum legatum actio. Et quod not. Bar. in l. cum quis decedens, in prin.D. de leg. 3. vbi conſentientem inquit teſtatori ſuam ipſius conſentientis rem leganti, iura ſua amittere: & ita per aliqua ex prædictis in ſtatuto prohibente minorem ſine conſenſu propinquorum contrahere voluit Soci. in conſ. 43. viſo teſtamento, col.fi. verſi. ſed poſtremo, lib. 4.

33 ¶ Quam poſteriorem ſi quis opinionem ſectari voluerit, ſic ad contraria poterit reſpondere, ea procedere quando quis conſentit ad actus probationem, vt in teſte, quo caſu verum eſt conſentienti iacturam non parari, vt eſt tex. in d.l. Caius.C. de pigno.actio. ſecus ſi ad actus ſubſtantiam quis conſentiat, vt in caſu noſtro videtur, & vti loquuntur iura ſupra pro poſteriori opinione adducta, ita ſoluit glo. mag. in d.l. Caius, in pri.ſolu. vbi ſequuntur Bar.Saly. & Io. de mente Sperel. idem Bar. in d.l. cùm quis decedens, in prin. de leg.3. Soci.in d.conſ.43. quo loco eum in præce. verſi. citauimus, lib.4. ſed & tu propiùs ad d.§. ſi tutor, inſti. de inoffi. teſta. reſpondere poteris ſpeciale eſſe in querela uti odioſa, ita reſpondet glo. in d. l.fi. in prin. in ver. aduocationem.D. de inoffi.teſta.& in d.l. poſt legatum. §. qui accuſauit, in ver. adfuerit.D. de his qui. vt indi. & Io. Fab. in d.§. ſi tutor. Ad dictum autem Bal. in d.l.fi.§. neceſſitate.C. de bon. quæ lib. potes dicere verum non videri per d. l. poſt legatum.§. ſi filiusfamilias. D. de his qui. vt indi.

34 ¶ Veruntamen pro concordia nos ſic diſtinguendum arbitramur, quòd aut vir aut agnatus conſentit a iudice coactus, & excuſatur, ita vt iura ſua illæſa remaneant, per ea quæ pro priori parte adduximus, ita enim hanc coactionis & neceſſitatis rationem in quærela, de qua ſupra locuti ſumus, per tutorem pupilli nomine intentata, adducit tex. in l. tutorem.D. de his qui. vt indi. & licèt in tutore maior videatur excuſationis ratio, cùm ad hoc onus quilibet cogi poſſit, niſi legitimam habeat excuſationem, tot.tit.D. & C. de excu.tuto. hic autem non videtur vir aut agnatus ad conſentiendum mulieri cogi poſſe, vt probant illa verba ſequentia, & voluerit conſentire: quæ etiam in noſtro Comenſi ſtatuto prolata ſunt: idem tamen in noſtro quoque caſu dicendum arbitramur, ex quo præſupponimus virum aut agnatum coactum conſentire.

35 ¶ Et ad hoc facit quòd & aduocatus non cogitur aduocationis officium ſuſcipere, ſicuti nec procurator, ſecundùm glo. in d.§. ſi tutor, inſti. de inoffi. teſta. ſaltem in cauſa in qua de eius intereſſe agitur, vt ibi per Docto. & tamen ſi coactus à magiſtratu ſuſcipit, ſibi non præiudicat, ſecundùm Alb. in l. poſt legatum.§. qui accuſauit, in verſi. aduocatum.D. de his qui. vt indi. Vigli. Zuiche. in d.§. ſi tutor, Tiraq. in d. trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 9. num.266. incip. quid igitur.

36 ℭ Nec obſtat tex. in d.l.fideiuſſor.§.pater.D.de fideiuſ. cum ſuis concor. quia loquitur quando quis præſtat authoritatem aut conſenſum ad ſubſtantiam actus voluntariè, non autem ex neceſſitate.

37 ℭ Non obſtat etiam tex. in d.l. poſt legatum.§. ſi filiusfamilias.D. de his qui, vt indi. quia reſpondetur in caſu illius.§. potuiſſe filiumfamilias agere ſine conſenſu patris ſecundùm Bar. ibi, & ideo illius conſenſum ibi fuiſſe voluntarium,& conſequenter ipſi patri nõ præiudicare. Præterea etiã dici poteſt illum tex. loqui ſecundùm ius antiquum, quo iure quicquid acquirebat filius patri acquirebat.l. placet.D. de acqui.hære. cum ſimi. quod hodie eſt immutatum.l. cùm oportet.C. de bon. quæ lib. vti dicit glo. in d.§. ſi filiusfamilias: & ideo non mirum ſi ſecundùm iura Digeſtorum pater conſentiendo filio teſtamentum accuſanti,ſibi præiudicabat,ne legatum filio factum petere poſſet,quia nihil intereſt per nos vel alium nobis aliquid acquiri.l. nihil, in prin.D. de inoffi. teſta.

38 ℭ Aut verò is, qui conſentit, non fuit à iudice coactus,nec talis erat qui cogi poſſet,vti videmur in hoc ſtatuto, vt diximus ſupra num. ab hinc 4. & tunc ſibi præiudicat,& ita in terminis latè docteque voluit Crauet. in quæſtio.incip. diuino ſubſidio ex corde poſtulato, in auditorio conſilij, poſita poſt trac. de anti. temp. num.36. cum 2. ſeq. & probatur ex his quæ ſtatim ſubijciemus.

39 Aut & vltimò conſentiens & ſine iudicis iuſſu erat talis qui cogi poterat, & tunc quæſtio ex eo pendere videtur, an huiuſmodi conſenſus hoc caſu dicatur voluntariè,an verò ex neceſſitate præſtitus: quo in articulo in ſimili ſtatuto cogente affines ad compromittendum, vt ſcilicet ſi factum fuerit compromiſſum inter aliquos affines,qui ad illud cogi poterant, neceſſariũ tamen dicatur, licèt nullus præceſſerit iudicis iuſſus vel ſententia, tenuit Anc. in conſ.159. rationes quæ,in pri.dub. maximè col.2.verſi. quartò hoc probo, qui licèt moueatur quoniam in caſu ſuo iam fuerat à parte petitum compromiſſum, ſecuta tamen nondum ſententia, illius tamen rationes idem innuunt etiam ſi non fuerit à parte petitum; ex quo mouetur quia quando quis facit actum, ad quem ſcit ſe teneri,dicitur compulſus facere.l. nouiſſimè. D. quod falſ.tut.aut. cum alijs per eum allegatis: & clariùs Aret. in conſ.24. quatuor,col.3.verſi. vnde dixit, Io.Mari. Rimi. in l. ſi quis maior, col.pri.verſi.not. ibi nullo, & ibi Cur. iun. col.2.num.8.& Cagno.in 4.nota. in 2.limita. num.67. cum 3.ſeq.C. de tranſac. Deci. in cap. cùm M. Ferra. col.14. & 15. num.34. de conſtitu. Rui. in conſ.27. ſtante pacto,col. 2.verſi. nec obſt. ſtatutum, lib.4.

40 ℭ Contrariam tamen opinionem tenuit Saly. in l. fi. col.pri. num.4.C. de iudi. dum requirit apparere debere ex compromiſſo vel ex actis de præcepto iudicis & de ſtatuti neceſſitate: quem ſequuntur Alex. in d. l. ſi quis maior, col.pri. num.2. & ibi Parpa. In 4.nota. in 3.limita. idem Alex. in l. pri. num.49. in fi.D. ſol.matri. Fely. in cap.fi. cir.fin. de re iudi. Cur.ſen. in appo. Alex. in l. ſi plures, in ver.probat.D. de pac. Rip. in d. cap. cum M. Ferra. num. 180. in fi. & ſeq.

41 ℭ Qua in controuerſia, ſi noſtrum hac in re iudicium interponere licet, prio-

priorem nos opinionē veriorem arbitramur, per ea quæ adducunt Ancha. Rimi. Aret. & Cagno. in locis ſupra alle. & maximè per tex. in d. l. nouiſſimè, ibi quid enim ſi cōpulſus aut metuens ne compelleretur: & quod ibi not. Bal. D. quod fal. tut. aut. & in l. velle non creditur, & ibi Cagno. poſt prin. D. de reg. iur. & per nota. per Fely. in d. cap. cùm M. Ferra. col. 11. verſi. an autem liceat, & ibi Deci. col. 14. & 15. & per Iaſ. in l. 2. in 2. nota. C. de tranſac. & iterum per Deci. in aut. præterea, num. 12. C. vn. vir & vx. in conſ. 690. viſis dubitationibus, col. fi. verſi. non obſtat quòd in dubijs, & meliùs in propoſito dicti ſtatuti per eundem Deci. in conſ. 22. & pro tenui, col. pri.

42 ℭ Nec obſtant allegata per eos qui diuerſam partem ſequuntur, inprimis enim Saly. nihil allegat: Alex. autem in d. l. ſi quis maior, videtur pro hoc allegare Bar. in l. creditor, in fine prin. D. ſol. mat. ſed voluit eum citare in tit. de ſolutio. dum ad ipſum Bar. Alex. ſe remittit, quando quid factum dicatur neceſſitate vel metu ſtatuti, qui tamen Bar. contrarium probat, vti etiā animaduertit Cur. iun. in d. l. ſi quis maior, nu. 8. cum dicat Bar. debitorem Reipublicæ dici coactum ſoluiſſe, ſi de pœnali ciuitatis ordinamento ſuperinde edito appareat, licèt de vi non conſtet: quē in id citat & ſequitur idem Alex. in conſ. 57. quoniam, cir. fi. lib. pri. & Cano. in cap. pri. de offi. dele. Deci. in conſ. 25. & pro tenui, col. 2. verſi. nec ob. huic, vbi alios citat concor. & Rip. in d. cap. cum M. Ferra. num. 180.

43 ℭ Non obſtat dictum Bal. in l. omnem, in fin. ver. C. ad S.C. Tertul. quia & illud pro hac noſtra facit ſententia, dum ſtatutum, inquit, ſemper loqui, ſemper terrere, & continuum inferre metum: quod & probatur in l. Arriani. C. de hære. dum autem Alex. allegat eundem Bal. in l. filius, col. pen. C. de fur. eum non reperio.

44 ℭ Non obſtat & quod dicunt Fely. in d. cap. fin. de re iudi. & Rip. d. cap. cum M. Ferra. in locis ſupra alle. d. l. nouiſſimè. D. quod fal. tut. aut. procedere in his quæ fieri ſolent à coacto tantùm, non etiam à volente, vt in compromiſſo, quia dici poteſt illum tex. loqui etiam de actu qui fieri ſoleat à volente, cùm etiam ſine coactione ſed dolosè qui non eſt tutor quandoquè vti tutor authoritatem præſtet, vt latiùs reſpondet Cagno. in d. l. ſi quis maior, num. 69. & 70.

45 ℭ Ex quibus ſatis defenſa videtur Anc. & ſequacium ſententia, quę etiam communior videtur: quam tamen ex ipſo Anc. in d. conſ. 169. col. 2. verſi. & hoc probo, ex Aret. in d. conſ. 24. col. 3. in prin. & ex Deci. in d. cap. M. Ferra. col. 15. verſi. non obſtat dictum Saly. intelliges procedere vbi appareat compromittentes ſtatuti notitiam habuiſſe, atque (vt dicunt Rimi. & Cagno. in d. l. ſi quis maior, ille col. pri. hic num. 69.) illius formam obſeruaſſe: pro quo poſteriori dicto videbis Deci. in d. conſ. 22. col. pri. cir. fin. Quid autem ſi alter ex compromittentibus aliquam habuiſſet exceptionem, qua compromiſſum euadere potuiſſet, quam omiſit, colliges ex Aret. in d. conſ. 24. col. 3. & clariùs ex Cur. iun. in d. l. ſi quis maior, col. 2. num. 8.

46 ℭ Scias tamen Lector, vt ad propoſitam huius noſtri ſtatuti quæſtionem redeamus,

redeamus, ſi conſentiens proteſtetur ſe ſaluo iure ſuo conſentire, tunc ius ſuum ſaluum eſſe, ſecundùm Imo. in d. cap. ex literis, col. 2. verſi. in glo. pri. de tranſac. & expreſſius in ſtatuto prohibente mulierem teſtari ſine conſenſu propinquorum, vt videlicet propinqui conſentientes ſibi non præiudicent, ſi adijciant ſe id facere citra aliquod ſuum præiudicium iuris quæſiti aut quærendi, voluit Io. Duran. de arte teſta. tit. pri. cau. 2. num. 6. & probatur in l. ſi debitor. §. ſi in venditione. D. qui mod. vel hypo. ſol. vbi creditor conſentiens debitori pignus ſuum vendenti, ius ſuum non amittit, ſi conſentit ſalua ſui pignoris cauſa, & ibi not. glo. & Bar.

47 ℭ Et ſimiliter econtra ſi quis non ſolùm conſentiret, ſed & iuri ſuo renunciaret, nullum eſſet dubium ſibi renuntiationem obeſſe, quia eſſemus in claris, in quibus ceſſant coniecturæ. l. continuus. §. cùm ita. D. de verbo. obliga. & id voluit expreſsè Soci. in conſ. 189. viſo teſtamento, per totum, maximè col. fin. verſi. poſtremò, lib. 2. Immò id verum eſt non ſolùm ſi expreſsè iuri ſuo renuntiet, ſed & ſi non renuntiet, ſed tantùm vltra ſimplicem conſenſum bona ipſius propria pro contractus obſeruatione obliget, ſecundùm Crauet. in d. quæſtio. quam citauimus ſupra verſi. ab hinc 9. num. 39. quoniam inquit Crauet. ſtatutum quem cogit ad conſentiendum duntaxat, non autem ad promittendum ſe contractum ratum habiturum proprio nomine cum bonorum obligatione: vnde ſi ſui officij terminos excedit, teneri debet, per bonum tex. in l. & ſi is. C. de prædi. mino. vbi licèt non valeat alienatio rei minoris per curatorem facta, valet tamen hypotheca bonorũ ipſius curatoris pro euictione per eundem curatorem emptori conſtituta: ad idem adduco pulchrum tex. in l. cùm poſt, cir. prin. D. de admi. tuto. & quod not. Bar. in l. poſt mortem. §. tutor, poſt prin. D. quan. ex fac. tuto. cum alijs per Crauet. vbi ſupra commemoratis. Et notandum eſt id non tantùm procedere, ſi quis per ſe ipſum conſentiat & renuntiet, ſed etiam ſi per procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum, vti loquitur Crauet. vbi ſupra, vt colligitur ex prin. ipſius quæſtionis: de quo tamen, quantùm ad id, an poſſit hic conſenſus præſtari per procuratorem, diximus ſupra in glo. 7. quæſtio. iiij. & mult. ſeq.

48 ℭ Quid autem ſi is qui mulieri contrahenti conſenſit, eidem poſtea ſuccedat vtrum contra eum contractum venire poſſit, vbi aliàs non poſſet, videbis Crauet. vbi ſupra, per totam illam quæſtio. maxime num. 22. decidentem non poſſe: ſicuti nec poteſt, inquit, maritus qui dotalem fundum alienauit, ſi vxori hæres exiſtat.

GLOSSA VNDECIMA IN VER.

AGNATI.

1 OMISSIS his quæ ſupra in glo. 8. in ver. mariti, diximus, quæ tu Lector pro ingenij tui ſubtilitate ad hanc quoque glo. extendere poteris, quæcunque facere videbuntur, ne nos eadem de re repetitionem faciamus.

2 ℭ PRIMO quæro an neceſſe ſit agnatum eſſe proximiorem: quod reperio voluiſſe D. Apollonium Lambertengum ſummum practicum & pa-

truum noſtrum inter eius conſilia,quæ apud me ſunt illius manu ſcripta,allegando Alex. in l.fin.C. de ver. ſigni. vbi tamen Alex. id non tangit, quia illum tit. non legit: ſed hanc opinionem addo tenuiſſe Bal. ibi poſt med. verſi. & eſt ar. Saly. poſt prin. verſi. item no. quòd gener, Ang. poſt prin. verſi. & per hanc l. & Fulg. ſubdubium tamen,cir.med.verſi.no.quartò,qui loqui videtur per verba conſilij, dum tutiſſimum,inquit,& conſultiſſimum eſſe, adhiberi proximiores, Iaco. Butri. in l.fi. & ibi etiam Saly. poſt prin. verſi. item ex litera,& Alex. in fin.ver.C. de teſta. mili. iterum ipſum Iaco. Butri. in l.pri. & ibi Saly. cir.prin.verſi. & dicit Iaco. Butri.C.vn. vir & vx. Ang. ſi rectè inſpiciatur in conſ. 170. reuocatur, per totum, Anch. in rep. cap.pri. in xiiij.quæſtio. de conſtitu.Caſtr. in l. ſi cùm dotem.§. ſi patri,cir. med.verſi. & quod no. Bal. & ibi Alex. in eadem l. in.§. eo autem tempore,col.fi.verſi. & dicit Bal.D.ſolu.matri. Corn. in conſ.29. in præſenti,col. pri.verſi. ex quibus,& col.3.verſi. & ſic non ob.id lib.3.Iaſ.in l. non ſolùm, in prin.D. de no. oper. nun. eundem Iaſ. ſuboſcurè tamen in l. transactionem,in fi.C. de tranſac. (dum hanc opinio. poſteriori loco recenſet, ſecundùm not. per ipſum & alios in l. ſi idem cum eodem.§. fin. D. de iur. om. iud.) in d.l. pri. in fi. C. vn. vir & vx. dum ſe remittit ad dicta per ipſum in d. l. tranſactionem, Alber. Brun. in trac. de for. & ſolen.titu. de correc. & relax.ſolen. & formæ,char.pen.col. illius char.3.verſ. ideo ſtatutũ,Bertran. conſ.98. dudum fuit, col.pen.verſi. & ſic illud videatur, lib.2. & ſequi etiã videtur Cattel. Cot. memo. incip. ſtatutum requirens.

3 ℭ Quam opinionem qui ſequi maluerit, ſi ſcire deſiderauerit, quid iuris ſi proximior noluerit conſentire,videat Bal.& Saly. in l.viduæ.C.de impu. vbi dicunt remotiorem adhibendum: & quid ſi mulier adhibens remotiorem,affirmet eſſe proximiorem,adeat Fulg. in conſ.219. viſis binis proceſſibus, col.4.verſi. rurſum, & Tiraq. de legi.connu. glo.8. num.136. & quæ nos diximus ſupra in glo.8. in ver. mariti,quæſtio.xxiij.

4 ℭ Sed diuerſum voluerunt Bar. & Bal. rectè intuenti in d. l. tranſactionem,vterque cir.fin.vti etiam eos ibi ponderat Iaſ. ante fi.verſi. ſubijciunt, licèt ipſe videatur ab eorum opinione recedere, vt ſupra diximus: ſed ibi ſequitur Alex. cir. med. verſi. item ex hac l. dum Bar. refert, Ang. in conſ. 160. domina Catharina, col.pen. verſi. item eſt aduertendum, Fulg in d. conſ.219. col.2. & 3. in quam etiam ſententiam inclinare videtur Iaſ. in l. fin. in fi.C. de ver.ſigni. dum eam vltimo loco recenſet.

5 ℭ Quam nos controuerſiã diſtinctionis fœdere ſic componi poſſe ſumus opinati,videlicet quòd aut in actu per mulierem celebrando concurrit etiã proximior, quia habita fortè notitia mulierem contrahere velle, eam adit, aſſerens ſe velle in actu interuenire, & conſenſum præſtare: & eum arbitramur præferendum, etiam ſi remotior illum præuenerit, modò tamen ipſe proximior re adhuc integra & actu nondum conſumato ſuperueniat, per nota. per Tiraq. in trac. retrac. tit.pri.§.pri. in glo.9. in ver. aut conſanguineus, num.21.incip. ex eo, & 22. iunctis per eundem etiam annotatis eo. tit.§.11. glo.4. in ver. debet recipere prætium,num.3. vbi ſtatutum,inquit, de conſanguineis ſimpliciter loquens,remotiorem quoque comprehendere per nonnulla quæ allegat, ex hoc inferens, ad ſtatutum requirens duorum propinquorum conſenſum in contractibus mulierum, licèt hoc non

omnino

omnino clarè firmet: adducit autem Tiraq. ad hoc d. num. 3. quando aliquid non inſolidum multis defertur quemlibet admitti, etiam ſi primi gradus non fuerit, per tex. in l. 3. §. ſed ſi plures, ſed veriùs incip. ſi plures. D. de ſepul. viol. ſubdens Tiraq. ita admitti, vt quandocunque veniat, præferendus ſit, licèt ab alio præoccupetur, modò veniat intra tempus à l. vel ſtatuto præſtitutum, per tex. in l. ſi maritus, per totam l. maximè in. §. fin. D. ad l. Iul. de adul. & voluit Tiraq. allegare l. 4. illius tit. (duæ enim ſunt leges illius exordij eo in titu.) vbi id ſatis probatur, iuncta tamen l. 2. §. fin. eo. tit. vbi dicitur & patrem & maritum ad accuſandam de adulterio mulierem admittendum, ſed maritum tamen præferendum, quia credendum eſt eum propenſiori iure, maiori & dolore accuſationem executurum, & in d. l. 4. §. ſi. diſponitur, maritum poſt inſtitutam etiam ab alio accuſationem venientem audiri, modò veniat intra legitimum tempus, vbi magis dicitur id procedere etiam ſi poſt abſolutam mulierem veniat, ſi modò probet ſe iuſta de cauſa fuiſſe impeditum: quod tamen nos in caſu noſtro, quando celebratus per mulierem iam eſſet contractus, non admitteremus, quia diceretur lapſum tempus ad conſentiendum præfixum, & ad prædicta, inquit Tiraq. d. num. 3. ſe plures alios concor. cumulaſſe in eo. trac. tit. 2. §. 2. in glo. 2. num. 81. ſed eſt in glo. pri. & vni. num. 82. incip. ad 21.

6 ¶ Sic itaque redeundo ad caſum noſtrum, quatenus diximus maritum cum patre concurrentem in accuſatione adulterij contra vxorem inſtituenda præferri, quia veriſimile eſt maiori eum dolore accuſationem proſecuturum; ſatis dici poteſt, hanc quoque rationem noſtro in caſu militare, quia credendum eſt proximiorem diligentiùs conſideraturum, an contractus mulieri vtilis ſit futurus, necne, cùm ad eum ſpes ſucceſſionis pertineat, ſecundùm not. per Bar. & alios in l. tranſactionem. C. de tranſac. & vltra tex. in d. l. 2. §. fi. probantem eum cuius magis intereſt præferendum, id etiam probat tex. in d. l. 3. §. ſi plures. D. de ſepul. viol. vbi ſi plures ſepulchri violati interdicto agere velint, ei cuius iuſtiſſima eſſe cauſa videtur, hoc permittendum eſt, in l. 3. §. ſi tamen plures. D. de lib. homi. exhi. vbi pluribus ea de libero homine exhibendo actione experiri cupientibus, eligendus eſt à prætore is ad quem ea res maximè pertinet, in l. ſi plures. D. de accuſa. vbi quando plures in accuſando concurrunt, is eſt præferendus cuius magis intereſt, in l. 3. in fi. D. de popu. actio. vbi in populari actione præfertur is de cuius præiudicio agitur, & in l. ſi verò. §. quæ autem. D. de his qui deiec. vel effu. vbi pluribus actionem ex eo titulo deſcendentem deſiderantibus, ei potiſſimùm danda eſt cuius intereſt.

7 ¶ Nec dicatur dicta iura ſimpliciter probare, proximiorem ob illius præiudicium præferendum, quia loquuntur quando plures concurrunt, & ſic id intelligitur quando re integra proximior concurrit cum remotiore: ad quod etiam præterea facit quod ſi coniuncti plures pro coniuncto agere volentes concurrant, proximior præfertur, vt poſt antiquos tradit Alex. in l. exigendi, col. 2. verſi. ſeptimò fallit, & ibi Iaſ. dum ſe ad eum remittit, col. 3. verſi. quandoque aliàs, & Cur. iun. col. 4. verſi. ſeptimò fallit. C. de procura. iterum Alex. in conſ. 26. circa primum, col. fi. verſi. poſtremò, lib. pri. Quæ etiam opinio fuiſſe videtur de mente Bal. & Saly. in l. viduæ. C. de nup. eiuſdem Saly. in l. dudum, in fi. ver. C. de contra. empti. dum volunt remotiorem admitti quando proximior recuſat conſentire

8 ℭ Et hæc ſententia, remotiorem quoque admittendum, cum limitatione de qua ſupra, eo potiſſimùm recipienda eſt propter ſtatutum infra cap. 174. in nouiſſi. diſponens ſtatutotum verba ad literam eſſe intelligenda: quod etiam diſponitur in Comenſi ſtatuto cap. pen. in ciuili, & quia ſupra in præfatio. in pri. dub. aſſeruimus ſtatutum hoc propter mulieris imbecillitatem, nõ ob viri aut agnatorum præiudicium fuiſſe introductum: nam contraria ſententia procedere poſſet ſi ob mariti agnatorumue præiudicium factum fuiſſet.

9 ℭ Et hanc opinionem, remotiorem etiam admitti, Iaco. quoque Butri. & Saly. qui alterius ſunt factionis, in d. l. fin. C. de teſta. mili. & in d. l. pri. C. vn. vir. & vx. aſſerunt de conſuetudine obſeruari: quorum aſſertioni acquieſcere videtur Iaſ. ibi in d. l. pri. in fi. Sed quoniam idem Iaſ. in l. non ſolùm. D. de no. oper. nun. velle videtur, eorum aſſertioni ſuper conſuetudine credendum non eſſe, dum ſe remittit ad not. per eum in l. de quibus. D. de legi. vbi contra Bar. ibi, velle videtur, Doctori de conſuetudine atteſtanti credi oportere: & quia quæſtio hæc frequentiſſimè contingit, ideo placet eam latiſſimè explicare poſt Zile. in appo. conſ. matrimo. conſ. 39. incip. reuerende pater, in ver. credendum, qui plures in id authoritates cumulauit: ſed nos multò plures cumulabimus, declarabimusque quomodo id intelligatur.

10 ℭ Priorem igitur partem non eſſe credendum, tenuerunt Bal. in l. conſentaneum, col. 6. ſub num. 35. C. quomodo & quan. iud. & ſuboſcurè in l. fi. col. 3. verſi. item Io. & Hug. C. de fideicom. in l. ſi is qui. §. ſi antiphona, poſt med. ibi & indigeret iſta conſuetudo probatione facti. D. de pigno. in procem. feu. col. 2. verſi. vnde dicit Inno. Alex. in l. poſt dotem, col. 10. num. 29. & ibi Clau. Aquen. col. pen. num. 31. D. ſol. mat. idem Alex. in conſ. 67. in cauſa & lite, cir. med. lib. 7. (vbi dicit id etiã eſſe de mente Cyn. in l. dos à patre. C. ſol. matri. & Bar. in d. l. poſt dotem, dum Bar. ibi ſecundùm Alex. tenet opinio. glo. in d. l. dos à patre, & ſubdit hæc verba prædicta vera niſi probetur conſuetudinem eſſe aliter, & tamen Bar. antea retulerat glo. vbi ſupra, de ea conſuetudine atteſtantem: verùm Bar. ibi meo in codice non ſic loquitur: ſed tantùm col. 7. num. 29. in fi. ſic inquit, concludo ergo de iure dotem reuerti ad patrem, licèt de conſuetudine obſeruetur opinio Marti.) Corn. in conſ. 83. circa primum, col. 4. verſi. & conſuetudo, iuncta col. 5. verſi. ſed tamen his non obſtantibus, lib. 4. vbi negat illam lecturam, quæ Bar. aſcribitur, in d. l. de quibs, eſſe Bar. appo. Guid. Pap. quæſtio. ccccclxv. in contractu matrimonij, in ver. atteſtantur, Barba. in conſ. 43. præclarè, col. 9. verſi. circa iſtud, lib. pri. Aret. in conſ. 132 in cauſa, col. 2. ver. ſed tamen, Cur. ſen. in conſ. 78. domina Franceſchina, col. fi. verſi. & ipſi D. Io. Petro, Iaſ. in d. l. de quibus, col. pen. num. 89. & 90. D. de legi. vbi in id etiam citat Caſtr. in l. Titia. D. de ſoluti. vbi tamen hoc nõ dicit in meo codice, idẽ Iaſ. in aut. ſi qua mulier, col. 2. nu. 10. C. de ſac. ſan. eccle. in l. extraneum, col. pen. verſi. vnde Doctori. C. de inſtitu. & ſubſti. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in d. l. de quibus, Deci. in cap. 2. col. fin. cir. fin. de reſcri. in conſ. 156. viſo tenore, col. fi. verſi. non ob. vltimò, in conſ. 142. & pro tenui, num. 5. in prin. in conſ. 285. eiuſdem initij, in fi. veri in conſ. 402. in cauſa, col. pen. verſi. ſupereſt, iuncta col. fin. verſi. non obſtat, vbi hanc communem dicit opinionem, in conſ. 472. teſtator, in 2.

dub. Goza. in conſ.35. breuiter,col.3.verſi. quintò & ſi dicatur,ſub nu.12. Marſ. in conſ.82. ſcientiarum omnium,num.42. & in prac.crimi.§. conſtante,num.15. Rui. in conſ.111. viſo prolixo,ante fin. lib.5. Roc. Cur. in rep. cap.fin. ſectio.8.incip. nunc vt reliquum materiæ expediamus, in v. quæſti. ſub num.9. Bero. in rub. extra de offi. dele. num.49. Bertran. in conſ.124. viſo caſu,cir.med.verſi. eſt enim aduertendum, vol.pri. in conſ.161.incip. meſſe igneurs, cir. fin. qui etiam communem hanc eſſe ſententiam atteſtatur, vol.2. in conſ. 144. ex tenore, col.2. verſi. ſi tamen de ſtylo, lib.3. in conſ.176. contra Ioannam, ante fin.verſi. & quanuis,Bal.eo. lib.3. in conſ. 181. circa proceſſum, col.5.verſi. nec etiam obſtat, vbi de communi quoque opinione fidem facit, eo.lib.3. in conſ.290. ex themate, col.10.verſi. & contra Bal.num.23. & 24.eo. etiam lib.3. Pariſi.conſ.25. primo aſpectu, col.4.verſi. & Doctori, iuncto verſi. omnia enim iſta, num.17. & 18. vol. pri. conſ.31. omiſſa, col.2. verſi. non enim eius ſimplici, eo. lib. pri. conſ. 158. ſi ius commune, col.3.verſi. nec illud, num.21. lib.4. Grat. conſ.12. col.7. & conſ.ſeq. col.fin. vtrobique hanc crebriorem eſſe opinionem aſſerens,lib.pri. conſ.111. col.pen. lib.2. Gramma. in 13. uoto, incip. in cauſa Ferragudi, Loffre. conſ.42. col. pen. Gomeſ. in cap. pri. fol.18. col. 2. de conſtitu. in 6. Io. de Syl. in trac. de benefi.fol.74. col.pri. Cagno. in l.vni. col.6.verſi. tertiò limita, vbi communem hanc eſſe opinionem atteſtatur. D. ſi quis iusdi. non obtem.in rep.l. ſi quis maior,nu.72. in fi.C.de tranſac. Purpu. in l. neque pactio,col.6. num.43.C. de tranſac. & ſentit Soci. quoque iun. in conſ.35. quatenus, col.4. num. 16. lib. pri. maximè dum citat Alex. in d.conſ.67. lib.7.

11 ℂ Verùm contraria in ſententia,immò credi oportere, fuerunt Bar. in d. l. de quibus,in iiij. quæſtio. num.21. & ibi ſequitur Albe.D. de legi.Bal. ſibi contrarius in cap. cum dilectus, col.pri.verſi.no. quòd conſuetudo, de conſue. Raph. Cuma. conſ.57. monaſterium, propè fin. conſ.159. viſo teſtamento,col.pri.verſi. his tamen, Chri. Porti. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. in prin.col.2.verſi. ſed hic dubitatur, & inſti. de rer. diui.§. apum, col.fi.verſi.glo. ſuper verbo incluſerit,Caſtr. in conſ.164. in præſenti cauſa quæ vocatur,in prin.lib.2.Oria. in rep.cap. quoniam contra,col.30. in ver. reſponſiones,de proba. Cepol. conſ.cau.crimi.39. vt ab alijs allegatur,ſed nobis 40.incip. Lucius ciuis, col.3.verſi. quia quando, ſub num.18. & 19. in conſ.58. vti etiam ab alijs citatur, ſed veriùs eſt 59. Paulus faber, col.3. verſi. & ideo cum ciuitas,Alex. ſibi etiam parum coſtans in appo. Bar. in l. pri. num.15.C. de digni. lib.12. Barb. conſ.8. ſcribitur,col.6.verſi. item ex alio,lib.pri.conſ.23. ſapientiſſimus,col.pen.verſ. iudex tamen,lib.2. in cap. ſi quis clericum, col.32. de iudi. & inter conſilia Cur. ſen. conſ.66. ſapienter, col.12.verſi. pro qua conſuetudine, Guid.Pap. quæſtio.cxxxix. ſecundùm communem,col.pri.verſ. & credo quòd talis conſuetudo,& quæſtio. ccccclxv. in contractu, col.4.verſi. quibus conſuetudinibus, & in conſ.18. Præpo.Medio. in cap.pri.§. præterea Ducatus,col.pri.nu.2. in fi. de prohi. feu.alie. per Fride. Soci. conſ.18. viſa, col.2. cir.prin. lib.pri. conſ.67. viſis inueſtituris,col.9.verſi. idem etiam dicit,lib.pri. conſ.252. viſis inſtrumentis,col.7. in fi.verſ. quartò eadem concluſio,lib.2.conſ.275. in cauſa fratris, col.2.verſi. confirmatur, eo.lib.2. Iaſ. ſubdubius tamen,in rep.l. admonendi, char.28. col.4.verſi. reſtat ſolùm reſpondere, & ibi Marc. Mantu. num. 169.D. de iureiu. idem Iaſ. in l.filius à patre,in prin. ſub num.27.D. de lib.

& poſt. in l.fi. num.58.C. de iu.emphi. in conſ.168. in iſto ſubtili,col.5. in prin. verſi. iſtam eandem,lib.2. in conſ.15. ſpeciale,in fi.ver. lib.3. Io.Mar. Rimi. in l. iuris ignorantia, col.2.verſi. dicta tamen Rapha.C.qui admit. in l. liberti, cir.med.D. de offi. aſſeſ. Lancel. Deci. in l. ſi fideiuſſor.§. meminiſſe,col.pri.verſi. præſtat etiam hic tex. arg. ad notabilem quæſtionem.D. de leg.pri. Bapti. à ſan. Blaſi. in rub.Decreta. in vj.quæſtio.principa. Phili. Deci.conſ.420. quæritur,col.fi. in 2.dub. in conſ.691. in facto proponitur, col.fi.verſi. & Doctori, in conſ.694. pro reſolutione, col.pri. in l.2.§. mutui,in ſec.lectu.col.fi.D.ſi cer.peta. Afflic.in conſtitu. Sici.incip. caſtellanis, cir.fin. & in conſtitu.incipi. quiſquis,§.vtilitati,num.3.titu. de prob.expen. medi. in vſi. feu. in rub. de feu. cogni. col.6. num.35. (vbi in id citat quædam etiam Alex.conſ. quæ non reperio;ibique etiam mendoſè allegat Bal. loco Bar. in d.l. de quibus.D. de legi.) Fran. Nig. in l.pri.nu.3. & ibi Iacol de Plumbi. num. 41. D. de offi. eius cui man. eſt iur. Aquen. in l. ſi quis id quod, num.8.D. de iur.om.iudi. Alber. Brun. in conſ.66. Lofre. conſ. 10. col.4. Rebuf. in concor. Fran. fol.67. Bologni. in rep.aut. habita, col. 12. verſi. ſupereſt autem.C. ne fili. pro patre, Bertran. conſ.24. viſo & prout, col.2.verſi. & ſi famoſo, vol.pri. Cur.iun. in conſ.60. habita diligenti, col. 2.verſi. quinimmò fortius, & in trac.feu. quæſtio. pri.col.3.verſi.& licèt ad hoc,qui etiam allegatur idem velle in rep. l. Paulus.D. de ſolutio. quem tamen non reperio eam l. nec aliam illius titu. legere, nec inter lectu. nec inter repeten. Firmia.in ſuo reper. in ver. Doctor, verſi.149.incipi. Doctori creditur, Paris de Pute. in trac. Syndi. in ver. an Doctor ſiue aduocatus, col.fi.verſi. ex qua glo. Io. Duran. de arte teſta.tit.5.caut.35.num.3. Goza. conſ.59. prima facie,col.3.verſi. nonò ſi communis,& col.ſeq. Soci.iun. in conſ.126. maxima,col.9. num.40. in fi. lib.pri. in conſ.60. videbitur,col.3. num.10.lib.2. in conſ.31. vidimus,num.pri.eo.lib.2. Capiti.deciſi.Neapo. 176. in cauſa Dominici, num.20. & 23. Cattel. Cot. memo. incip. Francigenæ, Ferdi. Loaz. in rep. l. filiusfamilias.§. diui, num. 37. D. de leg. pri. Chaſſa. conſ.64. viſo proceſſu, num.8. Io.Neuiza. in conſ.4. de vultu Dei, num.3. Crauet. in conſ.166. licèt plurimi, col.3. verſi. & iſtis patribus,ſub num.9. lib.pri. & in conſ. cui pro genero inſcribitur, ſub num.476. Zile. in appo.Alex. de Neuo inter conſ.matri.d.conſ.39. in ver. credendúm,Matt. Gribal. lib.commu. opinio. in ver. conſuetudo,verſi. Doctori excellenti.

12 ¶ At Imo.in l.pri.§.nuntiatio,col.2.verſi.item adde dictis Bart. D.de no. oper.nun. has diuerſas ſic opiniones conciliat, vt vni aut duobus Doctoribus de conſuetudine atteſtantibus nõ credatur, credatur tamen ſi oẽs communiter Doctores atteſtentur, per l. minimè, D.de legi. quem ſic allegant & ſequuntur Alex. in conſ.50. in cauſa & lite, col. 2. poſt prin.lib.3. Cur. ſen. conſ.73. ſuper memorata, col.24.verſi. & in propoſito, & Cur.iun. in prælu. feu. col.2. Quam tamen diſtinctionem ego ex Imo. vix elicere poſſum: & eam reprobat Alex. in d.l. poſt dotem,col.10. num.39. negatiuam inquiens opinionem indiſtinctè procedere, & ibi ſequitur Aquen.col.pen. num.31.D.ſolu.matri. Areti. in d.conſ.132.col.2.verſi. ſed tamen his,Cur. ſen. d. conſ.78. loco ſupra allegato,Deci. ſuboſcurè in d. cap.2. cir. fin. de reſcri. & clariùs in d.conſ.472.col.2.verſ. ſecundò reſponderi poteſt,appo. Guid.Pap. d.quæſtio. ccccclxv. Marſi. in d.§. conſtante,num.15. Roc.Cur. in d. rep. c. fin. de conſue. quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 2. Bertran.d.conſ.144. col.3. in prin.verſi. ſed quod prædixi,lib.3. in d.conſ.

181. col.6.verſi. ſecunda quòd admitteretur, eo.lib.3. in d.conſ.290. col. 10.verſi. & quod plus eſt, eo. etiam lib.3. Rui. in d.conſ.111. cir.fin.verſi. quinimmò vbi etiam, lib.5.

13 ℭ Nos autē ſecundam opinionem, quæ vult ſimpliciter credi oportere, ſequimur, quæ communior eſt, vti ex prææallegatis colligi poteſt, & prout de ea atteſtati ſunt Porti. in d.§. apum, Goza. in d.conſ.59. col.3. Deci. in d.conſ.420. cir.fin. in d.conſ.691. ante fin. & 694.num.3. Cur.iun. d.conſ. 60. quo loco eum ſupra citauimus, Soci.iun. d.conſ.60. col.3. verſi. ſecundò dico, & verſ. cùm itaque, & verſi. prædicta communis opi.lib.2. Crauet. in d.conſ.166. num.4. vol.pri. & in d.conſ. pro genero, num.476. & Zile. in appo.d. conſ.cau. matri.39. quicquid atteſtati ſint Deci. ſibi contrarius, Bertran.Grat. & Cagno. in locis ſupra pro prima opinio. commemoratis: in qua etiam aſſertione Deci. adeò variauit, vt in d.l.2.§. mutui, col.fi.D. ſi cer. peta. aſſerere videatur vtranque opinionem communem eſſe. Quæ etiam ſententia verior eſt, vt ex contrariorum ſolutione conſtabit.

14. ℭ Non obſtat igitur inprimis quòd Doctori conceſſum ſit iura tantùm interpretari non autem diſponere ſuper his quæ ſunt facti, vt eſt conſuetudo.l.2.C. quæ ſit long. conſue. quo contra Bart. argumento vtitur Alex. in d.l. poſt dotem, num.29.D.ſolu.matri. quia reſpondetur Alex. dictum procedere poſſe quò ad plenam probationem, ſed nos loquimur quò ad præſumptionem tantùm, quia ipſi Doctori de conſuetudine atteſtanti præſumptiuè duntaxat credi debere concedimus, donec contrarium probetur, vt infra dicemus, & ita reſponderit Bar.in d.l. de quibus, col.9. verſi. quartò principaliter, ſub num.21.D. de legi. Deci. in d. conſ.691. col.fi. & d.conſ. 694. col. pri. & in d.l.2.§.mutui, col.fi.D.ſi cer.peta.

15 ℭ Poteſt etiam aliter reſponderi, negando conſuetudinem eſſe quid facti, quia id non probat tex. per Alex. vbi ſupra allegatus, ſcilicet tex. in l. 2.C. quæ ſit lon.conſue. quia immò dicitur ius non ſcriptum.§. ex non ſcripto, inſti.de iu.natu.gen.& ciui.& in d.l.de quibus, quæ iura ſic allegat ipſe quoque Alex. ſibi contrarius in conſ.45. viſis atteſtationibus, in prin. lib.2. vbi ex hoc inquit teſtem ſuper conſuetudine teſtificari non poſſe, quia diceretur teſtificari ſuper iure, quod eſt prohibitum, ſed tantùm teſtificari debere ſuper facto ex quo reſultet conſuetudo: quod & voluit Deci. in conſ. 402. in cauſa, col.pen.verſi. ſed his & ſimilibus, vbi concor. citat: contra quæ tamen iura obſtare videtur tex. in cap. pri. de conſtitu. in 6. niſi velimus illum intelligere ſecundùm dicta per Alex. & Deci. vbi ſupra: de cuius cap.pri. intellectu videbis etiam Rip. in l.4.§. hoc autem iudicium, nu. 34.D. de dam. infec.

16 ℭ Secundò etiam non obſtat quod dicit Areti. in d.conſ.132. col.3.verſ. ſed tamen, teſtem non poſſe in ſcriptis teſtificari. iij.quæſtio. 9.cap. reſtes, quia reſpondet Deci.in d.l.2.§. mutui, in ſec.lectu.col.fi. ſi cer. pet. hoc intelligi quò ad plenam probationem: ſed nos loquimur quò ad præſumptiuam tantùm, vt dicemus infra decla.4. quod & repetijt idem Deci. in d. conſ.691. col.fin. cui addere poteris idem, teſtem ſcilicet in ſcriptis deponentem præſumptionem facere, voluiſſe etiam Fely. in cap.de teſtibus, col. 3. in fi.verſi. fallit primò, poſt Hoſti. Butri. & Imo. quos citat.

17 ℭ Aliter etiam ego reſpondeo, prædicta procedere in ſimplici teſte, non autem in eo qui in ſcriptis redigit ad artem ſuam pertinentia, quia tunc ei creditur, vt probatur in l. ſeptimo menſe. D. de ſta. homi. in l. antiqui. D. ſi pars hære. peta. in l. Cicero. D. de pœn. in l. pri. §. ſi. cum l. ſeq. in prin. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. cum alijs per nos etiam adductis ſupra in glo. pri. num. 216. incip. ſed licèt: ſuper quo videbis etiam Fely. in d. cap. de teſtibus, col. pen. verſi. fallit quartò.

18 ℭ Tertiò non obſtat quod adducit Corn. in d. conſ. 83. col. 4. verſi. & Doctoribus, lib. 4. conſuetudinem eſſe variabilem, ideoque inconueniens videri hodiernam probari conſuetudinem per aſſertionem Doctoris pluribus elapſis annis iam factam, cùm interim mutari potuerit, quia hoc tollitur ex eo quod ſupra diximus, contrarium probari poſſe: & quantùm ad præſumptionem, mirum non eſt, id quod fuit de præterito, præſumi etiam de præſenti eſſe, vt not. in l. ſiue poſſidetis. C. de proba.

19 ℭ Quartò etiam & vltimò non obſtat quod dicunt Aret. in d. conſ. 132. col. 3. verſi. ſed tamen, & Deci. d. conſ. 285. in fin. ver. teſti non iurato non credi, quia reſpondet idem Deci. in d. conſ. 691. & in d. l. 2. §. mutui, cir. fin. & appo. Bar. in d. l. de quibus, in ver. quartò, & Crauet. in d. conſ. 166. nu. 9. hoc procedere quò ad plenam probationem, non quò ad præſumptiuã de qua nos loquimur, & id comprobant per glo. in cap. nuper, in ver. niſi iuratus, de teſti. quæ teſtem inquit non iuratum præſumptionem tamen facere, cuius concor. & nos afferemus infra in 2. decla. in verſi. aliter etiam.

20 ℭ Poteſt etiam aliter reſponderi, quantùm ad id quãdo Doctor ille, qui de conſuetudine fuit atteſtatus, mortuus eſt, mortem uim iuriſiurandi habere: quod probatur ex eo quod dicimus, quòd licèt aliàs priuatæ perſonæ libro fides ſine iureiurando non adhibeatur, adhibetur tamen ſi illa priuata perſona ſit defuncta, ſecundùm Caſtr. in conſ. 301. ad bene examinandum, in 3. quæſi. lib. pri. quem licèt reprobet Iaſ. in rep. l. admonendi, num. 124. D. de iureiu. eum tamen ſequuntur Deci. in l. pri. num. 4. C. de eden. & in cap. 2. col. 6. num. 17. de fi. inſtru. Alcia. in trac. præſump. reg. 3. præſump. 4. num. 4. quod tamen Caſtr. dictum ita intelliges, vt ſolus ille liber defuncti non probet, niſi alia quoque concurrant, quia aliter eſſet contra tex. in l. rationes. C. de proba. & ita ſcio in praxi obſeruatum fuiſſe. Quid autem in teſte parte non citata examinato, an is probet, ſi defunctus ſit, videbis Io. Mille. in ſua praxi, fol. 84. nu. 17. & Folle. in ſua ẽt praxi, in 2. parte ſecundæ partis, in ver. & demum repetantur teſtes curiæ, num. 6. quod nota, quia eſt quotidianum, ita tamen vt ſcias Senatum Mediolani, inter quoſdam de Bays & de Canariſio cõciues noſtros, die 9. Decembris, anni 1553. cenſuiſſe, in cauſa quadam ciuili, adhibendã eſſe fidem teſti defuncto, qui parte non citata, vigore ſcilicet literarum, quas monitoriales vocant, depoſuerat; & vt ad propoſitum redeamus, alia etiam colligi poteſt ſolutio ex d. l. ſeptimo. D. de ſta. homi. cum ſimili. ſupra num. ab hinc 3. alle.

21 ℭ DECLARA TAMEN PRIMO, hanc concluſionem non procedere in quocunque Doctore, ſed in excellenti tantùm, & ita loquitur Bar. in d. l. de quibus, Caſtr. in d. conſ. 164. in prin. lib. 2. vbi ponit exemplum de Bal. Gui. Pap. d. deciſio. 139. vbi exemplificat in Archidi. Barba,

inter conſ. Cur. ſen. d.conſ.66. col.12.verſi. pro qua conſuetudine, Iaſ. in d.l.fin. num.58. vbi exemplum tradit in Ang.C. de iu.emphi. & in d.conſ. 168.col.5. in prin.verſi. iſtam eandem,lib.2. in d.conſ.15. in fi.lib.3. Affli. in titu. de natu.ſucceſ.feu. cap.pri. in prin. col.3. num.12. vbi excellentem appellat And. de Iſer. & in cap.pri. col.6. num.35. de feu. cogni. Chriſto. Porti. in §. apum,col.fin.inſti. de rer.diuiſi. Cur.ſen. d.conſ.60. col.2.verſi. quinimò fortiùs, vbi loquitur de Bal. Deci. in d. conſ. 420. col. fi. & 691. col. etiam fi.694. col.pri. in d.§. mutui, col. quoque fin. Soci.iun. d. conſ. 126. num. 40. in fi. lib. pri. (vbi excellentem vocat Bar. Soci.) Io. Lup. in rep.rub. de dona. inter vir. & vxo.§.21. col.pri. in prin. Crau. d.conſ.325. col. pri. lib. pri. (vbi excellentes vocat Bar. Ang. Rom. & Alex.) & in d. conſ. pro genero,num.476.quantùm autem ad gloſ. dubitare non oportet eam excellentem eſſe, proindeque ei credi debere, vt ſentiunt Bar. in d.l. de quibus,& Bal. in d.cap. cùm dilectus, de conſue. quibus locis eos citauimus ſupra,Porti. in d.§. apum,col.fi. Deci. in d. conſ. 694. num.4. Soci. iun. d.conſ.60. col.3.verſi. & quia,lib.2. quod & eſt de mente aliorum ſupra pro opinione Bar. allegatorum, dum illum citant, iuxta illius doctrinã in l. non ſolùm.§. ſi liberationis,col.2.D. de lib.lega.

22 ¶ DECLARA SECVNDO eandem concluſionem locum habere nõ tantùm ſi duo pluresue fuerint Doctores de ipſa cõſuetudine atteſtantes, ſed etiam ſi vnus duntaxat: cuius tamen contrarium prima dicendum facie videretur per reg. l. vbi numerus. D. de teſti. & l. iuſiurandi. C. eod.tit. vbi ad actus alicuius probationem duo ſaltem teſtes requiruntur: & faciunt quæ diximus ſupra in glo.pri. num.199.incip. nam & hoc.

23 ¶ Sed tamen veriùs eſt vnum etiam ſufficere ſecundùm Bar. in d. l. de quibus,num.21. Cepol.in d.conſ.cau.crimi.39. Chri.Porti. inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. in prin. & in d.§.apum,col.fin.inſti. de rer.diui. quibus locis eos citauimus ſupra, Præpo.Medio. in prælu. feu.num.9. & ſentit ẽt Crauet.d.conſ.476. dum concluſionem maximè inquit procedere quando plures atteſtantur, & ſentiunt etiam alij quos ſupra in pri.decla. citauimus.

24 ¶ Nec obſtat regula d.l. vbi numerus, cum ſimili. quia reſpondet Bart. vbi ſupra, eam loqui in ſimplici teſte, non etiam in Doctore ratione ſui publici officij: ſicuti idem dicimus in notario, allegat.l. ſi quis decurio.C. ad l.Corn. de falſ. quam ſolutio. ſequitur Chriſt.Porti. in d.§. apum, quo loco eum ſupra citauimus: quam etiam addo ſenſiſſe gloſ. fina. in d.l. ſi quis decurio, dum colligit ex illo tex. ſoli notario credi, & opponit de d.l. iuriſiurandi.C.de teſti.& ſoluit ibi in d. l. ſi quis decurio, ſpeciale eſſe quaſi dicat propter publicum officium: & facit tex. in l. ſeptimo.D. de ſta.homi. in l. Cicero.D. de pœn.

25 ¶ Aliter etiam ad dictam regulam reſponderi poteſt illam procedere quò ad plenam probationem, non etiam quò ad præſumptiuam, quoniam vnicus teſtis etiam non iuratus præſumptionem facit,vt eſt glo. in cap. nuper, in ver. niſi iuratus, de teſti. quam ibi ſequi videntur Abb. Fely. & alij, ex quo expreſsè non improbant, ſecundùm not. per Corn. in conſ. 36. in hac conſultatione, col. pri. verſi. item ex alio, lib.2. in conſ.207. videtur prima facie,col.2.verſ.tamẽ quia durum,lib.3.Tiraq.in trac. retrac.tit.pri.§,

35. gloſ.4. num.45. & eam expreſſiùs ſequuntur Deci. in d.l.2.§.mutui, in ſec. lectu. cir. fin.D.ſi cer. peta.in d. conſ.694. num.5. & appo. Bart.in d.l. de quibus, col.9. in ver.quartò principaliter, poſt med.D.de legi. vbi eam inquit communiter eſſe approbatam, addens facere aliam etiam gloſ. in l. Titio fundus, & eſt in ver. actiones, paulò ante fin.D. de condi. & demon. quam dicit ſequi Alex. in l. de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori, col. 6. ſed eſt 5. ſub num.22.D. de no.oper.nun.& Fely. in cap. cùm contingat,col.3. de præſcri. ſed veriùs eſt col. 2. verſi. prima concluſio, de reſcri. apud quos alios concordan. videbis,& multò plures apud Tiraq. in trac. de pœn.cau. 51.num.27. & mult.ſeq. & quantùm ad dictum gloſ. in d.cap. nuper, vide etiam quod not. Iaſ. in rep.l. admonendi,char.20.col.2.verſi item multum no. ſub num.196. & ibi Rip. col.30.verſi. præmiſſa recipiunt,de iureiu.

26 ¶ DECLARA TERTIO, & intellige vt Doctori credatur quò ad conſuetudinem loci vbi ipſe verſabatur habitando vel legendo, ſecundùm Pari. de Put. in trac.ſyndi. in ver. Doctor ſiue aduocatus, col.fi.verſi. ex qua gloſ. char. 34. Afflic. in tit. de feu. cogni. cap.pri. num.35. Deci. in d.conſ.472. in ſec.dub. Io. Duran. de arte teſta.tit.5. cau.35.nu.3. Io. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo.§.21. col. pri. in prin. & appo. Gui. Pap. d.quæſtio.ccccclxv. in ver. conſuetudinibus.

27 ¶ Nam & idem videmus in Doctore de communi vſu atteſtante,cui non creditur niſi quò ad forum vbi habitat,ita enim eſt de mente Alex. in conſ. 5. circa primum, col.pri.verſi. pro iſta etiam, iuncta col.pen.verſi. item reſpondeo,lib.3. in conſ.26. videretur,col.3.verſi. non obſtat quòd ex communi, eo. lib. 3. & Iaſ. in l. de quibus, col.pen.verſi. confirmo iſtud.D. de legi. & hanc nos quoque opinionem ſequimur : quanquam Deci. in conſ. 694. pro reſolutione, num. 6. velit Doctori de conſuetudine atteſtanti indiſtinctè credi oportere.

28 ¶ Sed hæ poſſunt opiniones ſic conciliari,vt ſi Doctor fuerit de conſuetudine aut ſtilo ſimpliciter atteſtatus, intelligatur quò ad locum in quo domicilium habebat : ſi autem generaliter fuerit atteſtatus ita vbique per totam fortè Italiam ſeruari,tunc ei generaliter quoque credatur,& ita cum id iam ſcripſiſſem, reperi idem etiam tenuiſſe Mar. Ant. Nat. in d. conſ. 218. num.4.lib.pri. Vnde ſcias Lector, vbi nos de conſuetudine ſimpliciter fuimus atteſtati,intellexiſſe quantùm ad hanc Mediolanenſem & noſtram Comenſem ciuitatem, quia in vtranque domicilium habemus.

29 ¶ DECLARA QVARTO, vt plenè non credatur, ſed tantùm præſumptiuè, ita vt contrarium probari poſſit, tametſi Bal. in d. cap. cùm dilectus, col.pri. verſi.no. quòd conſuetudo, de conſue. Caſtr. in d.conſ. 164. in prin. lib.2. Soci. in d. conſ.252. col.7.verſi. quartò eadem concluſio, lib.2. & Iaſ. in d.conſ.168. col.5. verſi. iſtam eandem, lib.2. in d.conſ. 15. in fi. lib.3. contrarium ſenſiſſe videantur, dum dicunt huiuſmodi aſſertioni credendum ſtandumque eſſe.

30 ¶ Sed hanc noſtram opinionem, quæ contrariam admittit probationem, expreſsè tenuerunt ipſe Bart. in d.l. de quibus, quo loco eum ſupra citauimus, Barba. inter conſ. Fran. Cur.ſen. in d.conſ.66. col.12.verſi. pro

qua

qua conſuetudine; Soci.d. conſ.67. col.9. verſi. idem etiam dicit, lib.pri. Deci.in d.l.2.§.mutui, in ſec.lectu.col.fi.D.ſi cer.peta.in d.conſ.420. in fin. 691.paulò ante fin.& 694.num.4. Goza.d. conſ.59.col.4. Curt.iun.d.conſ. 60.col.2. verſi. quinimmò, Io.Duran. de arte teſtan. tit.5. cau.35. num.3. Crauet.d. conſ.325. col.pri.verſi. el poſito, lib.pri. Iaco.Philip.Porti. lib. commu.opini.pri.reg.24. dum ſequitur Goza. vbi ſupra, & idem etiam voluiſſe videtur alij qui Bar. in d.l.de quibus, ſimpliciter ſecuti ſunt, quos ſupra latè retulimus, cùm dictum Doctoris intelligatur ſecundùm authoritatem quam citat, vt ipſe Bar.docet in l.non ſolum.§.ſi liberationis, col.2. verſi.præterea ibi loquitur. D.de lib.lega. Raph.Comen.conciuis noſter in conſ.57. monaſterium, in fin.ver. Deci.conſ.622. viſa, num.5.

31 ℭ DECLARA QVINTO & vltimò, vt ſi notoria fuerit conſuetudo, tunc ſine dubio etiam ſecundùm contrariam opinionem credatur Doctori de ea atteſtanti, ita ſcilicet vt alia opus non ſit probatione, ſed allegatio ſufficiat, ſecundùm Alex. in d.conſ.67. circ.med.lib.7. Soci.iun.d. conſ.35. col.3.cir.fin.verſi. & pro iſta, lib.pri. Cagno.in d.l.vni.col.6.verſi. tertiò limita.D. ſi quis iuſdi. non obtem. & probatur per glo. in clem. appellanti, in ver.alias cauſas, quam ibi ſequitur Cardi. Zaba. col.fin. verſi. quinimò quæro quid ſi cauſæ, de appella. quæ dicit notoria probatione non indigere, ſed duntaxat allegatione: quod & voluit Io.And.in cap.2.& ibi Abb. col.2. verſi. tertia ſolutio, qui communem hanc dicit opinionem, vt lit. non conte.

32 ℭ Super eo autem quod de allegatione dictum eſt, an iudex poſſit vel debeat ſupplere ſi notoria à parte conſuetudo non fuerit allegata, videbis Bal.in l. vni.in fin.ver. & ibi Alex.col.pri.C.vt quæ deſ.aduo. Deci.in conſ. 275. 2. eſt enim duplicatus ille num. incip. in cauſa quæ Lucæ, col.4. verſi. & iſta concluſio alio efficaci, in conſ.402. in cauſa, in 3.dub. in conſ.445. in caſu, num.20. in d. conſ.694. num.6. Curt. iun. in d. conſ.60. col.2. in trac.feu. quæſtio.pri.col.3. verſi. & licèt ad hoc, Rip.in l.4.§.hoc autem iudicium, num.34. & 35.D.de dam. infec. & generaliter quomodo intelligatur quod diximus notorium eſſe allegandum non etiam probandum, comperies apud Fely. in cap. cùm ordinem, col.8. in fin.verſi. ad gloſ. in clem.appellanti, cum mult. ſeq. de reſcri.

33 ℭ An autem declaratoria opus ſit ſententia, ad hoc vt notorium aliquid dicatur, id ipſum cernes apud Alex. in l.fi. quæ incip. ſi ego, in prin. nu.4. D.ſi cert.peta. in l.decem, num.13. & ibi Aquen. num.4.& 5.D.de verbo. obliga. Deci. in conſ.402. in cauſa, col.5. verſi. non obſtant allegata, vbi alios citat concor. ita vt non omittas Guid. Pap. deciſio.12. incip. ex facti narratione, col.fina.dicentem notoriam appellari conſuetudinem quando plures de ea Doctores atteſtantur: quem ſic refert & ſequitur Soci. iun. in conſ.60. videbitur, col.3. verſi.idem voluit, lib. 2. ſed quam tamen deciſi. ego non reperio, ſed veriùs eſt in conſ.12.

34 ℭ SECVNDO quæro, quid ſi duo eiuſdem fortè gradus de conſenſu mulieri præſtando contendant diſcordentque: reſpondeo, iudex ipſe arbitrabitur, & eliget quem velit: ita in ſimili, quando conſanguinei in maritanda puella diſcordant, not. Bar.in l.fin.col.fin.verſi. item exemplum

eſt.

eſt.D.de appella. recipi. & in terminis ſtatuti conſenſum propinquorum in contractibus mulierum requirentis, voluit Bald. in l.pri. col.fin. verſi. ſed quid ſi ſtatutum requirit conſenſum.C.qui admit. in l. in coniunctione, ante fin. verſi. quid ſi iſti.C.de nup.Iaſ.in l.iusiurandum,& ad pecunias.§.qui iusiurandum, col.fin. verſi. eodem modo ſi ſtatutum.D.de iureiu.in l.cùm ſpecialis,col.2.verſi. ſimiliter ſi ſtatutum requireret.C.de iudi.Io.de Arno. ſingu.11. ſunt vocati: quod intellige non debere tamen iudicem eligere quempiam ſuſpectum, videlicet qui ſuo potiùs quam mulieris commodo conſulat, ſecundùm nota. per Bal.in l.viduæ.C. de nup.

35 ℭ Aduerte tamen Lector candide, quòd licet Doctores in locis præallegatis ſimpliciter loquantur, quando conſenſus propinquorum in contractibus mulierum requiritur, eis diſcordantibus poſſe iudicem quem velit eligere: nos tamen id ita demum procedere intelligimus, ſi omnes eiuſdē ſint gradus; ſed ſi diuerſi ſint, arbitramur iudicem debere proximiorem præferre, ſecundùm ea quæ in præcedenti diximus quæſtio. quid autem ſi nolint agnati cōſentire, dicemus infra in glo.13.in ver.noluerit conſentire.

36 ℭ TERTIO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, quid ſi vnus ex ipſis agnatis diſcordantibus ſenior ſit, vtrum ipſe alijs ſit iunioribus præferendus: quod voluit Flori. in l.ſi.D. de ſi.inſtr. Cepol.in trac.de Imper. mili. deli. cap.pri.col.5. verſi.trigeſimoquinto in conſenſu, vbi idē dicit in electionibus, ſeniorem ſcilicet præferendum, Iaſ. in conſ.192. in præſenti, col.2. verſi.item ſtante ſtatuto, lib.2. in l.cùm quid, in ſec.lectu. col.fin. verſi. item ſtante. D.ſi cer.peta. Quod & in accuſationibus conſtitutum eſt, l. ſi plures, ibi vel ætate.D. de accuſa. & in tabulis teſtamenti deponendis.l. fin.D. de ſi. inſtru. & in honoribus & dignitatibus adipiſcendis.l.ſi.C.de tiro. lib.12.l.ſemper, in prin.D.de iu.immu. cap.pri.de maio. & obedi. cap.Epiſcopi, xxiiij. diſtin.

37 ℭ Sed & idem in teſtibus obſeruatur, qui ſi diſcordent & pares ſint numero, præferuntur ſeniores, ſecundùm glo.in d.C.cùm quid, in ver.nouū, cir.fin. & ibi Bar.ſubdubium tamen, col.2. verſi.& ſic eſt arg. Bal. col. etiā 2.verſi. glo.inducit, Saly.col.quoque 2. verſi.in ea glo.ibi teſtes, Ang.poſt prin.verſi. in ea.glo. ibi ad teſtes, Caſtr.col.pri.num.8.Rom.col.2.verſi.& ex hac no. Alex.col.pri. verſi. in ea.glo.ibi teſtes, Aret.col.pen.num.5. Io. Mar.Rimi. col.2.verſi.in ea.glo.ibi teſtes, Iaſ.in pri.lectu.col.3. verſi.in ea. gloſ. ibi & poteſt, & in ſec.lectu. col.pen. verſi. item in teſtimonijs, Deci. in pri.lectu. col.3.num.7.& in ſec.lectu. col.etiam 3.num.12.& 13.& Curt. iun. col.5. verſi.circa tertiā partem.D.ſi cer.peta. Inno.in cap.licèt ex quadam, in prin. de teſti. iterum Rom. in l.ſi verò.§. de viro, in 53. fallen. in prin. ſub num.86.D.ſolu. matri. Barb.in conſ.25. clementiſsimum, col.2. verſi.faciat glo.lib.4. Afflic. in prælu. conſti.Regni Sici.quæſtio.xxvi.num. 4. Iaco.Philip. Porti. lib. commu. opini.2. conclu.31. Tiraq. in trac. de iu. primoge. in præf. num.148. incipi.25. & mult. ſeq. vbi infin. citat concor. apud quem per totam illam præfat. videbis cumulata alia quoque ſenectutis priuilegia.

38 ℭ QVARTO quæro, quid ſi quis ſit nobilior aut in dignitate conſtitutus: & arbitramur eum quoque præponendum, per tex. in l.3.§. ſi tamen

men plures, ibi ex dignitate.D.de lib.homi. exhi.in d.l.ſi plures, ibi vel ex dignitate.D.de accuſa.in l. maiorem, ibi qui dignitatem.D.de pac. in l.fin. ibi amplioris honoris.D.de ſi.inſtr. in l.procurator, cum glo.2.& 3. & ibi Docto.C. de eden. Quod & in teſtibus conſtitutum eſt, qui ſi non ſolùm ſint pares, ſed & multò minores numero, præferuntur in dignitate conſtituti, glo. in l.ob carmen.§.pri. in ver.impari numero, & ibi Bar. in prin.D. de teſti.glo.in cap.in noſtra, in glo.mag.cir.med.quã ibi ſequuntur Docto. eo.tit. iterum Bar. in l.diem proferrè.§.ſi plures, cir.ſi.D.de arbi. Imo.In l. inter pares, col.2. verſi.& ſi ſint pares.D.de re iudi.

39 ℭ Quid autem ſi concurrant ſenior ex vna parte, et iunior ſed in dignitate conſtitutus ex altera, vter erit præferendus: et dicendum videtur ſeniorem præferendum, ſic enim voluerunt Io.Mari.Rimi. et Soci. vterque poſt prin.in d.l.pcurator.C.de eden. quos ſecutus videtur Tiraq.in d.trac. de iu. primo. in præfa.num.128.incip. ſed et hoc,cum trib.ſeq. qui in hanc etiam ſententiam citat Inno. Io.And.Butri. Abb. Imo. Domi. & recen. in cap.ſtatuimus, de maio.obedi. eundem Imo. in cap.fin.de conſti. Deci. in cap.clerici, col.2. de iudi.in l.cùm quid, col.3.D.ſi cert.peta. in conſ.161. pro D.Præpoſito, col.pri. verſi.ſecundò D.Præpoſitus.

40 ℭ Sed contrarium, immò præferri in dignitate conſtitutum, ſenſit idem Deci.in d.l.procurator, ante med.verſi.ſi autem eſſent, & ibi clariùs Purpu. col. pri. verſi. quartò dicta regula: quod & ante eos addo voluiſſe Guili. Cun. in d.l.cum quid, & ibi Caſtr. col.pri.num.8. Alex. col. etiam pri.nu. 3.& 4. Iaſ.col. item pri.verſi. intellige tamen, in pri.lectu. Afflict. in prælu. conſti.Sici. quæſtio.xxvi. nu.4. Porti. Imo.lib.commu.opini.2.conclu.32.

41 ℭ Quocirca & nos videamus vtra opinio verior ſit: & certè pro priori opinione Rimi. & Soci. in d.l.procurator, citant l.fin.D.de fid.inſtru.ponderando l. C. ibi primò in ordine ſeniorem poſuiſſe, deinde digniorem: & licèt ipſi non allegent, tamen pro hoc, valere ſcilicet argumentum ex ordine ſcripturæ ſumptum, extat Bar. doctri.in l.pri.ante fin.verſi.ſed quæſtio. gloſ.D. de confir. tuto. vbi pulchrè in materia prælationis, de qua & nos tractamus, inquit tutorem confirmatum legitimo præferri, ex eo quòd tit.ille de confirma.tuto. poſitus ſit ante tit.de legi. tuto.

42 ℭ Pro contraria autem ſententia Purpu.in d.etiam l. procurator, allegat gloſ.in cap. fin. in ver.antiquiores, & ibi Domi. de conſue.in 6. volentes, inquit Purp. ſi duo ſint ſocij, quorum alter ſit maior natu, alter minor ſed in dignitate conſtitutus, præferendum in dignitate conſtitutum. Ad quod Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, reſpondet illam glo. hoc non dicere, præferendum antiquiorem ætate, ſed tempore id eſt receptione, vt & clariùs ibi voluit Gemi. col.pen.verſi.in ſi.glo.

43 ℭ Nos tamen, hoc non obſtante, poſteriorem ſequimur opinionem, per d. gloſ. quæ hoc ſatis ſentire videtur, ſi rectè ponderetur, nam licèt verum ſit eam loqui de antiquiori receptione, vt is præferatur antiquiori ætate, hoc tamen ſatis pro nobis facit, quia, ſi dicit gloſ. ſeniorem ætatem poſtponi ſeniori receptione, & ſic ſi non attenditur ætas inter plures pariter in dignitate conſtitutos, multò minùs nobis attendenda videtur, quando

vnus

vnus tantùm eſt ſenior, alter dignior, & ideo ipſemet Tiraq. illam gloſ. re-ctiùs intellexiſſe videtur, in d.præfa. num.151. incip. intellige tertiò, dum eam in hanc noſtram refert ſententiam, in quam plures alios etiam concordan.citat, quos per te videre poteris.

44 ℂ Nec obſtat tex.in d.l.fi.D.de ſi.inſtr.quia reſpondet Purpu.in d.l.procurator, ordinem non ſemper neceſſariò attendendum, per tex. in l.2.§. priùs, cum ibi not.D.de vulg.& pup.& per nota.per Deci.in cap.Nicolao, de appella. cui & nos addimus hoc ſaltem procedere quo ad caſum noſtrum, quoniam licèt tex. in d.l.fin.primò in ordine ponat ſeniorem, tamē alius eſt tex. de directo contrarius, in l. ſi plures.D.de accuſa. vbi primò ponitur in dignitate conſtitutus, poſtea ſenior, quo fit vt fateri neceſſe ſit ordinem non eſſe attendendum, vt legum contrarietatem euitemus, iuxta §.quibus, in pri.conſtitu.Cod. & l.vni.C.de inoffi.doti.

45 ℂ Et hanc potiſsimum opinionem ſequimur, quia multi ex Cano. in d. cap. ſtatuimus, non tenent eam opinio. ad quam Tiraq. vbi ſupra, eos citat: immò hanc noſtram ſententiam ſequuntur, vt ibi per Abb. col. pri. verſi.no.ex prædictis, dum maiorem (inquit) in ordine præferri antiquiori in tpe, & ſic prærogatiuam ordinis præponi ſenectuti (declarando ſcilicet vtſupra nu. ab hinc 2.declarauimus glo.in d.cap.fin. de conſue. in 6.) & ibi Imo.col.pri.verſ. nota hic de maioritate, dum maioritatem inquit reſpectu dignitatis vel ordinis præferri maioritati reſpectu ſenectutis, necnon & alios recen. eodem modo loquentes, & per eundem Imo.in d.cap. fin.col. 3.num.7. de conſtitu. dum eodem modo loquitur, id tamen declarans & per Deci.in d.cap.clerici, col.2. verſi. ſit ergo regula, de iudi. dum Doctorem, inquit, antiquiorem alijs præferri, & intelligi antiquiorem non ætate ſed gradu & dignitate: ſubdens hoc etiam procedere licèt poſterior ſit ditior vel nobilior, & in d.l.cum quid, in pri.lectu. col.3. verſi.ſit ergo regula, & in ſec.lectu.col.etiam.3. verſi. & concluſio gloſ.D.ſi cer. peta.& in d. conſ.161. quo loco eum ſupra citauimus, dum eodem modo loquitur.

46 ℂ QVINTO principaliter quæro, quid ſi aliquis ſit probior: & eum etiam præferendum opinamur per tex. in d.l.3.§.ſi tamen plures, ibi ex fide.D.de lib.homi. exhi.& in d.l.ſi plures, ibi vel ex moribus.D.de accuſa. Et facit ad hoc quod not. Docto. in l. exigendi, vbi Alex. col.2. verſi. ſeptimò fallit, & Curt. iun. col.4. num.36.C. de procu. vbi concurrentibus pluribus coniunctis eodem in gradu exiſtentibus pro alio coniuncto agere volentibus, eum dicunt præferendum, qui magis ſit idoneus, vbi dum Alex. allegat l.ſi plures.D.de pigno.actio. Curt.autem iun. eandem l. citat ſub tit.D.de ſepul.vol. puto eos allegare voluiſſe in d.tit. de accuſa. Faciunt etiam not. per Tiraq. in trac.de pœn.cau.51.

47 ℂ SEXTO quæro, vſque ad quem gradum agnatus ad conſenſum præſtandum admittatur: Et certè ſi teneremus eam opinionem, quæ vult proximiorem requiri propter ſucceſsionis præiudicium, indubitatum videretur, quem vltra decimum gradum non admitti, cum agnatorum ſucceſsio ſe vlteriùs non extendat, glo.Bar.& Io.Fab. in aut.in ſucceſsione.C. de ſuis & legi. cum infini. ſimili. per Tiraq. adductis in trac. retrac. tit.pri. §.pri.glo.9.num.23. incip. ſed & id: ſed quoniam hanc opinionem reſpui

mus

mus ſupra in præfat. in pri. dub. iunctis his quæ diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. pri. quibus in locis aſſeruimus ſtatutum hoc non eſſe ob viri aut agnatorum præiudicium introductum, ſed ob mulieris imbecillitatem fragilitatemque, & ideo remotiorem quoque in gradu ad conſenſum mulieri præſtandum admitti; idcirco de hac quæſtione probabilius dubitari poteſt; ſed cùm ſtatutum hoc infra ſubijciat eum intelligi agnatum, ſi de eadem parentela nominetur, dicendum eſt agnatum, in quocunque gradu ſit, admittendum.

48 ℭ Sed quantùm ad noſtrum Comenſe & Cremonenſe ſtatutum, in quibus hæc verba non fuerunt expreſſa, dicendum arbitramur agnatum ſeu affinem vltra decimum gradum non admitti, quoniam non dicitur conſanguineus qui non eſt intra gradum ſucceſsibilem, qui eſt decimus de iure ciuili vt ſupra diximus, ita eſt glo. in cap. poſtremò, in ver. conſanguineus, ex hoc inquiens iudicem vſque ad hunc gradum vt ſuſpectum recuſari poſſe, & ibi ſequuntur Hoſti. in pri. ver. Io. And. ante fin. verſ. prima glo. quærit, Bal. poſt prin. Abb. col. pri. verſi. in glo. pri. ibi & ſuccederet ei, Imo. ante med. verſi. in glo. pri. Philip. Peruſi. col. 3. verſi. in glo. pri. ibi ſuccederet, & col. ſeq. & Deci. col. 2. num. 5. qui id declarant, & magis communiter intelligunt gradum ſucceſsibilem eſſe intra decimum, licèt glo. ibi & Hoſti. dicant intra ſeptimum, de appel.

49 ℭ Ex quo etiam proditum eſt, coniunctum vſque ad decimum duntaxat gradum ad agendum pro coniuncto admittendum, ſecundùm Bart. in l. 2. in fi. prin. D. de accuſa. in l. ſed & hæ, in prin. D. de procu. dum ſe remittit ad dicta per ipſum vbi ſupra, Iaſ. in l. exigendi, col. pri. verſi. ſecundò extende, & ibi Cur. iun. col. 6. verſi. ſecundò reſtat, qui communem hanc dicit opinionem. C. de procura. de quo etiam per Imo. & alios in cap. nónulli. §. ſunt & alij, vbi Fely. col. 21. verſi. limita ſextò, & ſeq. de reſcri. ad quod etiã facit quod not. Tiraq. poſt alios quos citat in trac. retrac. tit. pri. §. pri. gloſ. 9. num. 24. incip. ex quo fit.

50 ℭ Dicendum tamen videretur id in tranſuerſalibus tantùm procedere, non etiam in aſcendentibus & deſcendentibus: ſicuti dicimus, quòd licèt parentum appellatione veniant duntaxat vſque ad tritauum. l. iuriſconſultus. §. parentes. D. de gradi. tamen hoc intelligitur proprio ſumpto vocabulo, vt inibi dicitur, ſed benigna interpretatione, omnes vſque in infinitum comprehenduntur, l. quique. §. parentem, vbi ex hoc dicitur parentes in infinitũ in ius vocari non poſſe, & ibi glo. in ver. parentes, & Docto. D. de in ius vocan. quod & in liberis obſeruatur. l. liberorum appellatione, in prin. & ibi Bar. D. de ver. ſigni. & de vtroque eſt tex. in l. pri. poſt prin. D. de leg. præſtan. vbi ex hoc declaratur quod dicitur, petita contra tabulas bonorum poſſeſsione, liberis parentibusque præſtanda eſſe legata, intelligi in infinitum, & not. glo. in d. l. ſed & hæ, in prin. in ver. liberi. D. de procura. quæ ex hoc liberos, inquit, & parentes in infinitum admitti ad agendum & defendendum pro coniuncto. Ex quo etiam inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum prohibitum eſt matrimonium. §. ergo nõ omnes, inſti. de nup. l. nuptiæ conſiſtere, 2. huius exordij. D. de rit. nupti. quod in collateralibus non procedit. §. duorum autem, inſti. de nup. vbi non prohibentur filij duorum fratrum aut ſororum ſimul iungi: & hoc de iure

iure ciuili, vt ibi per gloſ. & Docto. ſed de iure canonico prohibetur matrimonium vſque ad quartum gradum, cap. non debet, de conſan. & affi.

51 ℭ SEPTIMO quæro, an ſi negetur eum, qui conſenſum præſtitit, fuiſſe agnatum, & proinde allegetur contractum non valere, & ſuperinde producantur teſtes qui ſimpliciter deponant eum eſſe agnatum non expreſſo quòd ſit proximior, an ſatis ſit: Qua in quæſtione, ſi eam ſequimur opinionem, quam nos ſupra ſequendam eſſe cenſuimus, quæ remotiorem quoque in gradu admittit, res non videtur dubitationem habere, huiuſmodi probationem ſufficere: ſed quoniam vno in caſu contrariam ſaluauimus opinionem, ideo præſuppoſito quòd ea aliquo in caſu procedere poſſit, de hac quæſtione poteſt probabiliter dubitari: in qua ſic concludi ſolet, quòd aut agnatus vnus contra alium agit agnatum, quorum vterque prætendit ſe eſſe proximiorem, ideoque admittendum fortè ad ſucceſſionem: & tunc ſatis non eſt probare ſe eſſe conſanguineum, niſi etiam ſe proximiorem probet: ſecus ſi ſit contentio inter agnatum & extraneum, ita tradit Tiraq. in trac.retrac. tit.pri.§.11.glo.pri.num.5.& 6. vbi infini.citat concor.ex quibus intelligis quid tibi noſtra in quæſtione dicendnm ſit: & quid etiam ſit ſi ante contractus celebrationem agnati duo de conſenſu præſtando contenderent, quorum alter aut etiam vterque ſe proximiorem diceret, cùm eadem vtroque caſu ratio militet: ex quo etiam Tiraq. intelligere potes ſi ſit controuerſia inter mulierem contractum celebrantem, & agnatum ei conſentire debentem, ſi qua tamen controuerſia quantùm ad hoc ſtatutum inter eos eſſe poſſit, perinde eſſe ac ſi eſſet cum agnato & extraneo, quia licèt mulier & agnatus ſint inuicem agnati, non tamen tractat mulier de ſe admittenda vti proximiori, vt eſt in priori caſu duorum agnatorum ſimul concurrentium.

52 ℭ OCTAVO illud quoque quæro, an teſtes ſuper agnatione deponentes ſaltem declarare debeant quo in gradu ſit agnatus: quod videtur præſuppoſita ea etiam opinione, quæ remotiorem admittit: ex quo ſupra in vi. quæſtio. diximus agnatum non niſi intra decimum gradum admittendum, nam ſi teſtes ſimpliciter deponant quem eſſe agnatum, iſta probatio vti dubia, cum intelligi poſsit intra decimum gradum & vltra, contra eũ qui teſtes produxit, eſt interpretanda, cap. in præſentia, de probatio.& ita hac ratione ſuffultus voluit Tiraq.in d.trac.retrac.tit.pri.§.pri.glo.16.num. 4. incip. ſed & huius,& ſeq.loquens in ſtatuto admittente conſanguineum venditoris ad retractum rei venditæ, quod ſtatutum idem Tiraq. eodem.§. pri. glo.9. num.23.incip. ſed & id, dicit intelligendum modò conſanguineus ſit intra decimum gradum, & tamen d. glo.16. num.4. & ſeq. inquit etiam ſi ſtatutum non expreſſiſſet declarandum eſſe gradum à conſanguineo, ſic tamen fuiſſe intelligendum, quod & repetijt eo.tit. §.11. glo. pri. num.9.incip. ſed hanc tamen, poſt Deci. & Alcia. quos citat.

53 ℭ Cui Tiraq. d. glo. 16. quatenus num. 4. ad firmandum id quod ſupra ex eo retulimus, ea mouetur ratione quòd dictum teſtis obſcurum contra producentem interpretetur, adde id vltra per eum allegata voluiſſe etiam Butri.in d.cap. in præſentia, col.16. verſi.no. quòd probatio, & ibi Fely.col. 7. num.14. Deci. col.9. in 13.nota. num.16. de proba. Bar. in l. pri. in fin. ver.C. de vſufruc. Caſtr. in conſ.192. viſis & ponderatis omnibus, num.6.

lib.2. Rui. in conſ.63. videtur prima conſideratione, col. pen. verſi. ſimiliter in prima, lib. pri. & ipſe Tiraq. in d. tit. pri. glo. 9. num. 185. incip. poſtremò, cum infini. ſimili

54 ¶ Item dum idem Tiraq. d. glo. 16. num. 6. adducit ſi ſtatutum diſponat conſanguineorum vſque ad quartum gradum cauſas eſſe compromittendas, non ſatis eſſe ſi teſtes ſuper conſanguinitate interrogati dicant litigantes eſſe conſanguineos, niſi etiam gradum declarent, poſt alios quos citat, ei addes idem etiam voluiſſe Deci. in d. cap. in præſentia, nu. 22. de proba. Anto. Rub. conſ. 16. in cauſa Ioannis, num. 14. cum 2. ſeq.

55 ¶ Veruntamen nos de hac Tiraq. opinione admodum dubitamus, & contrariam in ſententiam magis inclinamus per id quod diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. vj. nam ſi illud verum eſt, vti & nos ſecuti ſumus, & aſſerit etiam Tiraq. inibi allegatus, ſcilicet in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 9. num. 24. in fine, non dici conſanguineum, qui extra decimum gradum ſit, neſcio videre quomodo probatio iſta ſit dubia, cùm immò teſtis deponens quem eſſe conſanguineum, neceſſariò etiam implicet eum eſſe intra decimum gradum, vnde illa deciſio ſtatuti de compromiſſo inter conſanguineos faciendo loquentis bene poteſt procedere quando arctat ad compromittendum exiſtentes intra quartum tantùm gradum, vt & nos ſupra retulimus, & ita hac ratione propter requiſitionem ſcilicet certi gradus mouetur Alex. (quem citat Tiraq. d. glo. 16. num. 6.) in conſ. 82. in cauſa vertente inter Petrum, col. pri. & 2. lib. pri.

56 ¶ Præterea hæc noſtra opinio hoc in ſtatuto nullam habet dubitationem, ex quo vult ſufficere quem eſſe de eadem parentela, id eſt agnatione, vt dicemus in glo. 17. in ver. de eadem parentela, quæſtio. pri. & ſic innuit ſatis eſſe quem eſſe agnatum et vltra decimũ gradum, ſi modò agnatus dici poteſt, quo caſu quum agnatus cuiuſuis gradus admittitur, Docto. omnes in locis præalle. conueniunt, teſtem non oportere gradum declarare.

57 ¶ Hìc autem volumus te Lector candide admoneri, dum Tiraq. d. glo. 16. nu. 5. illam regulã, probationem dubiam contra producentem interpretandam, & in materia, inquit, fauorabili procedere poſt alios quos citat, reprobata Bal. contrarium tenentis opinione, volumus inquam te admoneri, immò Bal. ſententiam veriorem videri, quam addimus tenuiſſe & Specu. tit. de teſte. §. opponitur, num. 51. quanquam Crauet. conſ. 218. intentio, num. 6. vol. pri. priorem ſequatur opinionem: ſed ſecundùm Specu. opinionem nobis aduocantibus in cauſa quadam matrimoniali, de qua Specu. loquitur, iudicatum fuit in ciuitate noſtra Comenſi per doctiſſimum virum. D. Vicentium Orchium: & probatur per iura per Specu. allegata in l. in ambiguis. D. de iu. dot. & in l. in ambiguis pro dotibus. D. de reg. iur.

58 ¶ NONO quæro, an ſufficiat vnius agnati conſenſum adhiberi, an verò duorum conſenſus ſit neceſſarius: quod poſtremum videtur per ea quæ diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. xlviij. vbi aſſeruimus habendum eſſe à duobus conſilium, ſi haberi poſſunt, & ſimiliter cùm periti in arte eligendi ſunt, duos eſſe eligendos, ſi tot reperiantur.

59 ℭ Verùm contraria ſequenda eſt opinio, quia ſingularis locutio vnius numero contenta eſt, l.fin.D.ad S.C.Trebel. niſi tamen aliud ex mente loquentis colligatur, ſecundùm Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §.pri. glo.9. nu. 176. incip. rurſus, cum alijs per eum allegatis: cui addere poteris bonum tex. in §. ſi plures, verſi. & quanuis, inſti. de legi. agna. ſucceſ.

60 ℭ DECIMO quæro, ſi duorum pluriumue agnatorum conſenſus accedat, an contractus uitietur: quod videtur, cùm præſertim ſtatutum hoc clauſulam habeat annullatiuam, per nota. per Iaſ. in conſ.97. in præſenti, per totum, lib.4. vbi ſtante inquit ſtatuto quòd in teſtamentis mulierum aut infirmorum adeſſe debeat vnus ſacerdos, qui cum vno ex teſtibus teſtamentarijs vel notario aſſerat ſe teſtatorem cognoſcere, eumque ſanæ mentis eſſe, & ſi aliter teſtamentum fiat quàm modo prædicto & forma pro non legitimo habeatur, nec ex eo aliquid peti poſſit, non valere tamen teſtamentum præſentibus tribus religioſis, necnon alijs ſeptem teſtibus laicis adhibitis, omnibus ſe teſtatorem cognoſcere, eumque ſanæ eſſe mentis & intellectus affirmantibus conditum.

61 ℭ Sed contrarium in ſtatuto in actu aliquo præſentiam vel conſenſum quatuor virorum pro forma requirente, & actus aliter factus ſit nullus, vt videlicet ſi ſex vel plures viri interueniant, validus ſit tamen actus, voluit Ancha. in cap.pri. in 40.char. verſi. quid dices ſi in aliquo actu, de conſtitu. quem refert & ſequitur Barb. in appo. Bal. in l.pri. cir. fin. in ver. contrarium. C. qui admit. vbi id expreſſim trahit ad terminos noſtri ſtatuti conſenſum certorum conſanguineorũ in contractibus mulierum exigentis: quod & voluit Maria. Soc. ſen. in conſ.37. circa prædictam, poſt prin. Et hanc etiam opinionem in ſtatuto in alienatione rei minoris quatuor teſtes deſiderante, inter quos vnus ſit affinis, valere ſcilicet alienationem ſi quatuor teſtes extranei adhibeantur, & vnus præterea affinis, tenuit Rui. in conſ. 137. viſo inſtrumento, col.2. verſi. nec obſt. quòd ſtatutum velle videatur, lib.pri. quam poſteriorem & nos opinionem ſectamur.

62 ℭ Pro qua adducitur generale eſſe, vbi in actu ſolennitas aliqua deſideratur, ſi pinguius adhibeatur, actum tamen ſuſtineri. l. non ſolent, & ibi glo. & Docto. D. de reg. iur. l. non ſunt liberi, in fi. D. de ſta. homi. vbi dicitur partum qui membrorum humanorum officia ampliauit, quia ſex fortè digitos in eadem manu vel pede habeat, inter liberos tamen connumerari, & l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. D. de neg. geſ. l. quæ extrinſecus. D. de ver. obli. l. pediculis. §. Labeo. D. de au. & argen. leg. l. ſi ſeruo, in fi. D. de adimen. lega. l. teſtamentum, & ibi glo. & Docto. C. de teſta. l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit, in fi. D. qui. mod. pig. vel hypo. ſol.

63 ℭ Nec obſtant ea quæ in contrarium pro eius ſententia adducit Iaſ. in d. conſ.97. lib.4. videlicet vbi ſtatutum aliquid pro forma requirit, annullatiuamque actus clauſulam ſubijcit, non poſſe per æquipollens impleri per multa quæ allegat, quia fateor id verum eſſe, vti etiam vltra per eum allegata tradiderunt Alex. in conſ.212. ponderatis his, col. pri. lib.6. & Tiraq. in tracta. de legi. connu. glo.7. num.188. incip. & ideo, vbi alios citat concor. ſed non facit ad propoſitum, quoniam hic nõ loquimur de præſtando hoc conſenſu per æquipollens, ſed abundantiùs quam ſtatutum requirat, quo

caſu loquuntur quæ nos ſupra adduximus, per quæ patet Iaſ. æquiuocaſſe.

64 ℭ Præterea te Lector candide moneo, ne à Iaſ. forte decipiaris, dum is d. conſ. 97. col. pen. verſi. quartò facit, inter alia fundamenta mouetur, vbi authoritas requiritur non poſſe per æquipollens impleri, poſt nõnullos alios quos citat: in contrarium communiorem eſſe opinionem, vt diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xxxiiij. vbi ex hoc aſſeruimus conſenſum ab hoc ſtatuto requiſitum poſſe per æquipollentia quoque verba præſtari: quam opinionem tenuit ipſe quoque Iaſ. ſibi parum conſtans in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, col. 2. verſ. quintam notabilem differentiam, & col. ſeq. D. de acq. hære. Et dum idem Iaſ. d. conſ. 97. col. pen. verſi. quintò facit, adducit tutorem, qui pupillo defenſionem promittere tenetur, iuxta. l. fi. §. defenſionem. C. de admit. tut. non ſufficere æquipollentibus ſi verbis vtatur, vtilia ſcilicet ſe facturum, & inutilia prætermiſſurum, videbis latiùs, an id verum ſit, Tiraq. in d. glo. 7. num. 94. incipi. ſecundò limita, & ſeq. itẽ dum idem Iaſ. vbi ſupra col. ſi. verſi. ſeptimò facit, ſi ſtatutum, inquit, diſponat notarium debere in inſtrumento nomen diei, puta Lunæ talis mẽſis, apponere, non valere tamen inſtrumentum ſine tali die confectum, licèt in eo appoſitum ſit certum diei nomen, puta ſi dictum ſit, die octauo menſis Iunij, poſt Albe. quem citat, in pri. parte ſtatu. quæſtio. cl. ſed verius eſt cxl. incip. adhuc idem, quem etiam ſic citat & ſequitur Fely. in cap. cum dilecta, col. 17. verſi. ſimiliter dicit Albe. de reſcri. & ipſe Iaſ. in l. pri. col. 4. verſi. ſeptimò facit. D. de lib. & poſt. quod ſi verum eſt, notandum eſt ad noſtrum Comenſe ſtatutum. 97. ordi. iudi. ita diſponens.

65 ℭ Quo tamen in articulo nos contraria in ſententia ſumus: ad quod illud his etiam terminus ſimillimum adducimus, ſi ſtatutum iubeat nomen proprium & cognomen contrahentium & eorum patrum in inſtrumentis inſeri, valere tamen inſtrumentum ſi appoſitum fuerit nomen aliquod ſingulare, per quod ipſius contrahentis perſona ſatis demonſtretur (vti videtur in caſu noſtro, cum per appoſitionem certi diei poſſimus & de nomine eiuſdem diei proprio certiores fieri) licèt proprium nomen & cognomen omiſſum fuerit, ſi ſtatutum vlteriùs irritando non procedat, ita enim voluit Bal. in l. pri. ante med. verſi. quæro ergo iuxta hoc, vbi ſequuntur Ang. poſt prin. verſi. vnde ſtatutum, iunctis fin. ver. Raph. Cuma. in fin. ver. Imo. poſt prin. Caſtr. in ſi. Alex. col. pri. verſi. ſecundò nota, & col. ſeq. Aret. ante fin. vbi mutaſſe videtur opinionem, quam priùs ibidem col. pri. tenere viſus fuerat, dum dixerat opinionem contra Ang. veriorem videri, & Iaſ. col. 2. verſi. quid autem ſi ſtatutum. D. de lib. & poſt. Rom. in l. hac conſultiſſima, col. 2. verſi. ex iſta igitur glo. C. qui teſta. fac. poſ. iterum Alex. in conſ. 212. ponderatis, col. pri. cir. fin. lib. 6. Mar. Soci. ſen. in conſ. 24. viſis & diligenter, col. 8. verſi. nec ob. quòd immò prædicta, Fely. in cap. cum dilecta, col. 16. verſi. amplia decimò, de reſcri. Marſi. conſ. 29. ſolamen omnium, col. 2. verſi. & faciunt, num. 12. lib. pri. Quæ opinio & cõmunior & verior eſt, vt dicunt Areti. & Iaſ. vbi ſupra, quanuis nonnulli reclament per eos commemorati. Et ſi dicatur omnia noſtra Comenſia ſtatuta generalem clauſulam actus annullatiuam habere, vt patet ſta. pen. in ciuili. reſpondeo, vt ſtatim dicam: Quod maxime procedit attento quòd Albe. quo loco eum ſupra retulimus, loquitur quando ſtatutum vtrunque requirit, ſcilicet & quotam & nomen diei, puta actum die 19. Sabbati Iunij anni 1568.

qui

qui hodie currit dum hæc ſcribimus: quo caſu veriùs eſt dicere, inſtrumentum omiſſo diei nomine celebratum, tametſi appoſita ſit diei quota, nullum eſſe, quia dici non poteſt huiuſmodi ſolennitatem per æquipollens impletam, ſed in parte potiùs omiſſam: quanquam etiam Dyn. cuius Albe. meminit non deſignato tamen conſilij loco, quem nos in fonte vidimus, formaliter loquitur quando ſtatutum duntaxat requirit appoſitionem nominis proprij diei, quæ ſolennitas omiſſa ſit, Dyn. inquam in conſ. 31. in quæſtione propoſita, per totum. nam cùm, vt diximus, Dyn. ſimpliciter loquatur quando hæc ſolennitas fuit intermiſſa, non autem loquatur quando fuit per æquipollens, ſcilicet per appoſitionem quotæ diei impleta, faciliùs poteſt ea ipſius Dyn. opinio ſuſtineri.

66 ℭ Accedit autem ad prædicta, quòd hæc eadem opinio, quam nos ſupra firmauimus in terminis de quibus ſupra, cum minori dubitatione procedit in noſtro Comenſi ſtatuto, quod pœnam notario eam ſolennitatem omittenti imponit, florenorum ſcilicet 25. nam quando ſtatutum pœnam irrogat, actus non efficitur nullus, niſi expreſsè à ſtatuto irritetur, ſi modò irritatio in præiudicium alterius quàm eius cui pœna eſt impoſita tendat, vt in caſu noſtro, cùm pœna notario imponatur, irritatio autem actus in damnum inſtrumentum rogari facientium eſſet, doctri. eſt Bar. in l. prætor ait, in fine prin. & ibi ſequuntur Caſtr. vt ab alijs allegatur, licèt meo in codice id non tangat, & veriùs Rom. cir. prin. Alex. ante fin. & Iaſ. col. fin. in 3. not. qui concor. allegant. D. de no. oper. nun.

67 ℭ Nec obſtat ſi dicatur in d. noſtro Comenſi ſtatuto videri appoſitam clauſulam actus annullatiuã ſtante ſtatuto pen. in ciui. diſponente omnia & ſingula, quæ contra ſtatuta fierent, eſſe nulla, nullius valoris & momenti, quia d. ſta. pen. tanquam generale non arbitror ad d. ſta. 97. trahendum, cum per illud ſpecialiter prouideatur per pœnæ appoſitionem notario impoſitæ, quo caſu actus non eſt nullus, vt ſupra diximus, arg. l. ſanctio legum. D. de pen. & l. doli clauſula. de ver. obli. cum alijs ſupra in glo. pri. quæſtio. lxxxvij. allegatis.

68 ℭ VNDECIMO quæro, quid ſi vnius agnati alteriusque extranei conſenſus accedat, & magis eſt vt contractus adhuc valeat per not. per Bal. in l. Imperator, col. 3. verſi. no. etiam ſi duo. D. de ſta. homi. vbi ſi in rogitu, inquit, inſtrumenti duo interueniant notarij, quorum vnus officio ſit tabellionatus priuatus, alter non, inſtrumentum nihilominus valere, quod & repetijt in cap. tertio loco, in fin. ver. vbi declarat id nõ procedere quando ex forma ſtatuti aut conſuetudinis duo requiruntur tabelliones, & ibi ſequitur Fely. cir. fi. de proba. iterum Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur, verſi. quid enim, poſt prin. verſ. tertiò not. vbi ſequuntur Alex. col. pri. cir. fin. verſi. item no. ſecundùm Bald. & Iaſ. qui eam legem legit ſimul cum l. prætor ait, col. 2. verſi. ſecundò facit quod per iſtum tex. D. de eden. iterũ Alex. ſubdubius tamen in conſ. 93. repetitus, col. pen. verſi. nec obſtat quod notat Bal. lib. 6. Barba. in conſ. 40. à Ioue, col. 8. verſi. & facit elegans dictum. lib. 3. iterũ Fely. in cap. nobis, cir. prin. verſi. facit dictum, de ſimo. iterum & Iaſ. in l. pri. §. pen. col. 3. verſi. tertiò adde tex. D. de ver. obli.

69 ℭ Sed & hoc generale eſt, quum aliqua ſolennitas in actu deſideratur, ſi

ex abundanti adimpleatur, ita quòd id quod ſuperabundat ſit ineptum & minùs legitimum, actum tamen non intiari, l. hæredes palam, in fine prin. D. de teſta. vbi licèt in teſtamento ſeptem requirantur teſtes, qui teſtatoris vocem audiant, ſi tamen plures interueniant, qui non audiant, ſufficit ſeptem audire, & l. cùm tabulæ. D. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. vbi quanuis teſtamenti tabulæ ſeptem ſint teſtibus ſignandæ l. 2. C. eo. tit. ſi tamen plures ſignent, quorum ſigna non appareant, ſatis eſt ſeptem apparere, & l. pri. §. ſi ſtipulanti. D. de ver. obli. vbi ſi ſtipuler à te decem & tu viginti reſpondeas, valet tamen in decem ſtipulatio, & l. vni. in prin. C. de rei vxo. actio. vbi licèt in actione de dote neceſſaria non ſit ſtipulatio, ſi tamen interueniat, & inutiliter non vitiatur. Et facit etiam tex. in cap. illa, de electio. vbi ſuſtinetur electio licèt aliqui eligentium minori ſint excommunicatione detenti, ſuper quo tamen videbis Docto. ibi.

70 ¶ Et eſt præterea tex. omnium ad hanc rem accommodatiſſimus, in l. pri. §. ſed Pomponius. D. quod fal. tut. aut. vbi valet actus per duos vti tutores pupilli nomine geſtus, licèt alter eorum tantùm verus ſit tutor, & prædictā regulam poſuit glo. in §. multis, in ver. In tranſitu, inſti. de liberti. in l. qui teſtamento. §. per contrarium, in ver. poſſe. D. de teſta. & ſentit etiam in l. vinum, in glo. mag. in fi. dum ineptum inquit libellū in caſu, in quo non eſt neceſſarius, oblatum, iudicium non vitiare, & ibi eam ad hoc not. Rom. col. 4. verſi. ex qua ſolu. not. duo Alex. cir. fin. Io. Mar. Rimi. col. fi. Iaſ. col. pen. verſi. primò habes, Deci. col. fin. & Cur. iun. num. 33. qui concor. citant. D. ſi cer. peta. & meliùs quantùm ad caſum noſtrum Dyn. in reg. vtile per inutile, col. fin. verſi. latiùs tamen dici poteſt, Signo. conſ. 114. thema ſic ſe habet, col. 2. verſi. ſed dic quòd iſta, & verſi. item quia in perſonis, Rom. conſ. 506. in præſenti, col. fi. verſi. quò ad quintum, Mari. Soc. ſen. conſ. 37. circa prædictam, per totum, & Bartho. eius filius conſ. 87. in præſenti, col. 4. verſ. circa ſecundum, lib. pri. Iaſ. conſ. 3. circa primum, col. fin. verſi. ſecundò principaliter, lib. pri. Deci. in cap. cùm ſuper, col. 2. verſi. quintò nota, de offi. dele. Ex quibus præſertim ex Rom. Barthó. q; Soci. intelliges id ſaltem procedere quando perſona habilis, quæ ſecum inhabilem admittit, habet ſcitq. ſe habere poteſtatem inſolidum actus gerendi, vt in tutore, & ſimili modo in agnato. Et faciunt etiam ad prædicta quæ diximus ſupra in glo. 5. in ver. aſcendentibus à lib. decem Imper. ſupra, quæſtio. pri. & in glo. proximè præceden. quæſtio. etiam pri.

71 ¶ DVODECIMO quæro, an poſsit quis vti agnatus mulieris & vti tutor minoris cum muliere contrahentis authoritatem accommodare: quod non arbitramur, quoniam alius debet eſſe emptor, alius venditor, l. pri. in prin. D. de rer. permu. & hinc propiùs noſtrum ad propoſitum dicimus tutorem vice emptoris & venditoris fungi non poſſe. l. pupillus. §. item ipſe, vbi glo. & Bar. not. D. de aut. tut. & glo. in d. l. pri. tu tamen vide quæ in ſequenti quæſtione dicemus.

72 ¶ TERTIODECIMO quæro, an poſsit duabus ſaltem mulieribus ſimul contrahentibus quis conſenſum præſtare: & certè ſi eſſent correæ aut debendi aut credendi nulla eſſet dubitatio, cùm poſsit plurium quis pupillorum tutor eſſe, & pro eis cum alio contrahentibus authoritatem accommodare, notis iuri. & ſtatim dicemus: ſed dubitatio in eo verſatur

ſatur quando,vt diximus,ſimul contraherent: qua in quæſtione dicendum videtur non poſſe per dicta ſupra in præce. quæſtio.

73 ℭ Verùm in contrarium videtur caſus ſcilicet in tutore, qui plurimùm agnato aſsimilatur, vt ſæpe diximus, in l.accipientis cum ibi not. per glo. mag.in lectu. quam ipſa glo.& Bar.ſuſtinere conantur.D.de aut.tut. vbi poteſt idem tutor plurium pupillorum ſimul agentium authoritatem præſtare: & ſcias Lector candide,licèt gloſ.ibi multùm laboret pro ſuſtinendo hoc intellectu, quia cum ibi agatur de authoritate præſtanda in iudicio, id periculoſum videtur, cùm debeat tutor iurare de calumnia.l.2.§.quod obſeruari.C.de iureiu. propter cal. dan. vnde iurare non poteſt pro vtroque, cum impoſsibile ſit vtrumque iuſtam fouere cauſam: & reſpondet glo.pluribus modis, quorum duos poſteriores Bar. ibi probat,primo reprobato, alium & ipſe caſum addens, in quo tex. procedere poteſt: tamen hæc difficultas non militaret in contractu, cùm in eo non iuretur de calumnia: quanquam & in iudicijs in cauſa principali hoc calumniæ ſacramentum in ciuitate noſtra Comi ſtatu.152. in ciuili. ſublatum eſt.

74 ℭ Ad idem facit quod not. Bal. in l.fin.§. neceſsitate,col.5.verſi. quæro duo filij.C.de bon. quæ lib. vbi patrem, inquit, duobus poſſe filijs ſimul agentibus conſenſum præſtare.

75 ℭ Sed difficultas eſt in reſpondendo ad contraria, præſertim ad tex. in d.l.pupillus.§.item ipſe.D.de aut.tut.vbi expreſsim dicitur tutorem & emptoris & venditoris officio fungi non poſſe: ad quem gloſ. & Bar. nullibi reſpondent. Quam contrariam opinionem ſi tenere volueris, reſpondere poteris ad d.l.accipientis, illum tex. non intelligi quando duo pupilli inuicem agunt, ſed contra alium tertium, ita intelligit glo. in l.licèt.§.ſi plures, in ver. adiudicationes.D.de procura. ſed quoniam etiam Bar. in d.§.ſi plures ſuſtinet prædictum intellectum, poſſe tutorem authorari pluribus pupillis ſimul agentibus, quia neceſſariò in tutorem verba ſententiæ non proferuntur, licèt ſecus ſit in procuratore, per tex. in l.eum qui.§.ſi actori, qui eſt pen.D.de cõſti.pecu.ſuper quo videbis Guid.Pap.quæſtio.ccccxxxi. debet de iure: & quia illa etiam ratio gloſ.ſumpta ex tex. illo. in d.§.ſi plures,non militaret in contractibus,ideo exiſtimaui poſſe reſponderi ad d.§. item ipſe, vt loquatur quando ipſe tutor vult emere à pupillo, vt ibi ex ſequentibus patet, & ſentire videtur gloſ.ibi, nam ſequentia declarant præcedentia,l.ſi ſeruus plurium.§.fin. in fin. vbi omnes not.D. de leg.pri. cùm ſimili. & diuerſitatis ratio colligitur ex his quæ paulò poſt ſubijciemus, & ex his quæ diximus ſupra in glo.10. in ver.cum ipſo marito,quæſtio.pri. & mult.ſeq. Aut etiam dici poteſt d.§.item ipſe, loqui in contractibus, vti verè loquitur: d.autem l. accipientis, loqui in iudicijs, vti & verum eſt: quæ tamen vltima reſponſio non placet, quia non video diuerſitatis rationem, ſi hoc permittitur in iudicijs, quare permitti non debeat etiam in contractibus, cùm præſertim in his ceſſent illæ rationes,iurandum eſſe de calumnia, vti in iudicijs obſeruatur, d.l.2.§.quod obſeruari.C.de iureiu.prop.cal. dan. & neminẽ poſſe ſibiipſi condemnari, aut à ſeipſo abſolui, d.§.ſi plures.

76 ℭ Et iſta opinio magis procedere debet in caſu noſtro quàm in tutore, quia pupillus poſſet eſſe infans,quo caſu actus à ſolo eſſet tutore gerendus,

l.pu-

l. pupillus ſi fari.D.de acqui. hære.l.infantis.C.qui admit.glo. & Docto. in l.bonorum quidem.C.eo.tit. cum ſimili.vnde tunc inconueniens eſſet tutorem vice duorum fungi, puta actoris & rei, vel emptoris & venditoris, ſed nos loquimur quando mulieres ipſæ ſimul contrahunt, quibus ſolam agnatus authoritatem impartitur, quòd faciliùs permittitur, vt colligitur ex Bar.in d.l.accipientis, verſi.ſupereſt, vbi conciliando illam l.cum d.§.ſi plures,inquit d.l.accipientis, loqui quando ipſi pupilli ſuſcipiunt iudicium tutore authore,non ipſe tutor pro pupillis: vnde vnus pupillus condemnabitur alteri aut abſoluetur: non ipſe tutor à ſeipſo,& ſic concordabit cũ d.§.ſi plures,quod & eſt de mente Bal.quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 2. dum d.l.accipientis,loqui inquit quando quis conſentit duobus ſimul agentibus: d. autem.§.ſi plures, loqui quando quis vellet per ſeipſum pro & contra, litem conteſtari, quia non poſſet propter officij repugnantiam.

77 ℭ Et ad prædicta facit etiam tex.in l.3.D.de rit.nup. conſtat enim de iure ciuili in celebrandis nuptijs eius conſenſum requiri in cuius poteſtate ſunt contrahentes.l.2.D. eo.tit. & tamen in d.l.3. dicitur ſi auus nepotem ex filio habeat, & neptem ex alio etiam filio, poſſe inter eos iure etiam ciuili inſpecto eo ſolo authore matrimonium celebrari.

78 ℭ Et ſi dicatur idem eſſe debere in præcedenti quæſtione,reſpondeo diuerſitatis rationem ineſſe, quia hic eodem ſemper officio fungitur, ſcilicet agnati: at ibi diuerſo fungeretur, tutoris ſcilicet & agnati, quod prohibitum videtur l.ille à quo.§.tẽpeſtiuum.D.ad S.C.Trebel. iuncta Bar.doctri. poſt Guili.Cun.in l.ſi conſul, poſt prin.verſi.opp.de l.ſi plures.D.de adop. vbi eum, inquit,qui plurium pupillorum tutelam gerit, vnius tantùm officio fungi, ideoq; id permiſſum eſſe l. ſi plures.D.de pac. aliàs quando duplici quis officio fungi poſſit, diſtinguendum putat, quòd aut conſideramus perſonam vt perſonam, & nõ poteſt duarum quis perſonarum vicem ſuſtinere, vti etiam probat d.l.ſi plures: aut conſideratur perſona reſpectu alicuius qualitatis vel officij, & tunc contra, ſi modò officia vel qualitates ſe inuicem compatiantur, per tex. ibi in d.l. ſi conſul: ſecus ſi ſe non compatiantur d.§.tempeſtiuum, & l.pri.in fin.D.de offi. conſu. & Bar. in d.l. ſi conſul, ſequuntur ibi Bal.in ſec.lectu.poſt prin. Fulg.etiam poſt prin.verſi. vel diſtinguo: quod & ſenſit idem Bar. in d.l.ſi plures, dum ſe remittit ad Guili. vbi ſupra, & ibi ſequuntur Albe.& Fulg.qui illam l.legit cum.§. hodie.l.iuriſgentium, col.fin.verſi. in glo.nam difficile (quicquid ibi Iaſ. dicat) Bald.in proœ.Cod.§. ideoque,vbi tradit an plures quis dignitates vel beneficia habere poſſit. Ancha. in conſ.423. viſo dicto puncto, cir. prin. Imo. in d.§. tempeſtiuum, in fi. & ibi Alex. dum ſe remittit ad Bar. vbi ſupra, qui etiam concor. allegat, Rom.in l.lecta, col.2. verſi. in gloſ.pri. no. quòd ille, & ibi etiam Alex. col.4. num.13.D.ſi cer.peta. Butri. in cap. ex literis, & ibi Abb.col.5.verſi. in glo.iſta, & col.ſeq.Aret.col.3.verſi.ſecundò addit, Fely. col.4.nu.10. & Deci.col.7. verſi. in ead.glo.in fi.de proba. idem Fely.in cap.tertio loco, col.fin.verſi.in ea glo. ibi conſiderabit, dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum vbi ſupra, eo.tit.de proba.

79 ℭ Veruntamen adhuc dicendum videtur dicta officia quem poſſe tutoris & agnati vicem ſuſtinere videri cõpatibilia per tex. in l.pri.D.de manu. vindic.

vindic. vbi apud prætorem, eundemq; tutorem, eo authore, pupillus manumitti poteſt: ſed reſpondetur illud procedere in his quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis. l. ſi conſul, cum gloſ. mag. eademq; vni. cir. med. & ibi Bart. poſt prin. Bald. & alij. D. de adop. l. pri. verſi. conſules. D. de offi. conſu. l. 2. cum gloſ. vni. D. de offi. præto. l. 2. cum gloſ. etiam vni. D. de offi. præſi. l. an manumittere. D. de manu. vindic. & not. Bald. in d. cap. ex literis, col. pri. verſ. vel dic, de proba. & Imo. in d. §. tempeſtiuum, cum alijs quæ adducemus infra in glo. 14. in ver. cum authoritate alicuius iuſdicentis, quæſtio. xj. & xij. vbi ſimiles etiam quæſtiones tractabimus: & de intellectu d. l. accipientis. D. de aut. tuto. vide etiam quæ diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, num. 47. incip. 22. quæro, & duob. ſeq.

80 ℭ QVARTODECIMO quæro, an poſsit quis vti agnatus mulieris ei contrahenti conſenſum præſtare, & eſſe teſtis in contractu: & Imo. in ſimili, in cap. ex literis, col. pri. verſi. & ſic facit ſi per ſtatutū, de tranſac. loquens de ſtatuto diſponente teſtamentū in præſentia Presbyteri eſſe faciendum, ipſum tamen Presbyterum, inquit, poſſe etiam in teſtamento teſtem adhiberi: quod & ante eum ibi ſenſit Butri. col. 2. verſi. quartò quòd iſta officia, dum ſi ſtatutum, inquit, iubeat præſente aliquo fieri teſtamentum, poſſe tamē eum etiam vt teſtem deſcribi, quibus addere poteris quod not. Bart. in l. diuus, 2. cir. fin. D. de cuſtò. reo. vbi tradit criminis denunciatorem poſſe quoque teſtificari, ſi poſtea iudex contra delinquentem per inquiſitionem procedat: quem ſequi videtur Fely. in cap. præterea, in fin. de teſti. cogen. cap. ſicut olim, col. pri. cir. med. verſi. dicit etiam ibi Bal. (qui corruptè allegat Bal. loco Bar.) de accuſa. & facit præterea tex. in l. Domitius Labeo. D. de teſta. vbi probari videtur, tabellionem inſtrumentum rogantem poſſe etiam in teſtem conſcribi: quod & aſſeruit Specu. tit. de inſtru. editio. §. compendioſè, col. 4. verſi. tertiò op pone.

81 ℭ Sed contrariam opinionem in ſtatuto iubente in teſtamentis interuenire debere quinque teſtes & vicedominum qui ſuam interponat authoritatem, vt ſcilicet non poſsit vicedominus teſtis quoque officio fungi, tenuit Ancha. in conſ. 322. viſo puncto, per totum, & conſ. ſeq. etiam per totum, quem ſequuntur Fely. in cap. ex literis, col. 4. verſi. modò aduerte, & ibi Deci. col. 8. verſi. ſed conſiderandum eſt, de proba. & Iaſ. conſ. 97. viſo teſtamēto, col. 2. verſi. & vt dicunt, lib. 4. quam & nos opinionem ſequimur, licèt enim Ancha. caſus videatur à noſtro aliqualiter diuerſus, ex quo ſtatutum, de quo ipſe loquitur, duo perſonarum genera in teſtamento requirebat, ſcilicet teſtium & vicedomini: quo caſu non poteſt quis vtroque genere fungi, quem ſic allegant & ſequuntur Fely. & Iaſ. in locis præalle. tamen idem Fely. vbi ſupra, col. 4. verſi. ſecundò inferri poteſt, & Iaſ. etiam d. conſ. 97. col. 2. verſi. eiuſdem initij, ſcilicet ſecundò inferri poteſt illud, Ancha. dictum trahunt etiam ad hoc noſtrum ſtatutum conſenſum propinquorum in aliquo actu requirens, volentes ſcilicet quem non poſſe cōſentire & teſtem eſſe: in qua etiam ſententia ſcio eſſe Illuſtrem D. meum, D. Sigiſmundum Picenardum, Regium & Ducalem Mediolani Senatorem meritiſsimum, virum omni laude digniſsimum, & totius Cremonenſis ciuitatis decus & ornamentum.

82 ℭ Et quia verior eſt opinio, notarium inſtrumentum rogantem non poſ-

ſe

ſe eſſe teſtem; vt voluerunt gloſ. in l. hac conſultiſsima, verſi. at cum humana, in ver. octauum, & ibi Bal. col. 3. verſi. item quæritur, qui ita omnes Doct. tenere affirmat, & ibi Albe. col. 2. verſi. item conſueuit allegari, & verſi. in gloſ. ergo tabularius, & Fulgo. col. fin. verſi. ſed quod adijcitur. C. qui teſta. fac. poſ. glo. in d. l. Domitius Labeo in ver. additis, dum ſe remittit ad dicta per ſeipſam vbi ſupra, & ibi Bar. Imo. poſt prin. verſi. nota quòd ſcribens. D. de teſta. iterum Bal. in aut. ſed nouo, col. 2. verſi. ſextò habes. C. ſi cer. peta. Ancha. in conſ. 423. viſo dicto puncto, in fine, Fely. in cap. tertio loco, col. fin. verſi. in ea. glo. ibi conſiderabit, de proba.

83 ℭ Ex quibus Lector beneuole ſatis colligere poteris non obſtare in contrarium adducta: quanquam ad dictũ Imo. in d. cap. ex literis, de tranſac. ſpecialiter reſpondeo, contrarium tenuiſſe Fely. in d. cap. ex literis, col. 4. verſi. primò quia ſtante, de proba. vbi hanc ſe opinionem tenere refert: quanquam, inquit, aliqui in contrarium allegent Butri. in d. cap. ex literis, de tranſac. vbi tamen Butri. ſubdit Fely. hoc non tangit: quod tamen verum non eſt, cum immò hoc ſatis ſentiat, vt ſupra cum retulimus: quam etiam Fely. ſententiam ſequitur Iaſ. in d. conſ. 97. col. 2. verſi. ex quo conſilio, lib. 4.

84 ℭ Non obſtat etiam Bar. dictum in d. l. diuus, quia verum non eſt ita ſimpliciter intellectum, quando ſcilicet iudex inquirit, & procedit ſuper denuntiatione; ſed tantum verum eſt quando iudex inquirit propter denuntiationem & famam eius aures reuerberantem, ita quòd ſub diſsimulatione tranſire non poteſt; quia tunc ceſſat cauſa quare non debeat admitti, cum hoc poſteriori caſu non puniatur denuntiator, ſi denuntiata non probat, ita per omnia Saly. in l. ea quidem, col. 5. in fi. verſi. tertiodecimò quæro. C. de accuſa. quem ſequitur Alex. in appo. Bart. in d. l. diuus. 2. in ver. in teſtem: quod & addo voluiſſe Abba. in cap. præterea, col. 3. verſi. ſed formo, & ſeq. de teſti. cogen. & inde ad prædicta glo. pri. in cap. in omni, & ibi Docto. præſertim Abb. latiùs id tractantem etiam in euangelica denuntiatione, col. 2. verſi. opp. contra tex. & ſeq. de teſti. Oria. in cap. quoniam, in ver. teſtium depoſitio, nu. 88. cir. med. verſi. dubitatur finaliter, de proba.

85 ℭ Putarem tamen denuntiatorem ipſum in teſtem indiſtinctè admittendum in caſu noua. conſti. titu. de accuſa. & denun. ex quo nullam ſyndico pœnam imponunt, ſi denuntiata non probat maleficia, ſed tantùm diſponunt, vt ipſa maleficia denuntiare teneatur cum ſuis qualitatibus, & in denuntiatione inſerere teſtes de delicto quomodolibet informatos ſub pœna in ipſis conſtitu. contenta: nam ex quo ſyndicus vigore dictarum conſtitu. non punitur ſi in probatione criminis denuntiati deficiat, ſed tantùm ſi non denuntiet ceſſat ratio qua Docto. in locis prælle. mouentur, videlicet, quòd de illius intereſſe tractetur, eò quòd denuntiator non probans denuntiationem iure communi extraordinariè coercetur, ſecundùm Bart. in d. l. diuus. 2. col. 3. verſi. quæro vtrum.

86 ℭ Ad tex. in d. l. Domitius Labeo, reſpondeo non loqui de Notario, ſed de eo qui rogatus ſcripſerit teſtamentum, quem opus non eſt Notarium eſſe, ideoq; ibi dubitabatur an ſi is in teſtem adhibebatur deberet iterum rogari non obſtante quòd rogatus eſſet ad ſcribendum teſtamentum: cui

quæſtio-

quæſtioni, quia eam non intellexit, non reſpondet Celſus, ita per omnia dicit Bar.ibi, qui ipſe quæſtionem indeciſam ibi per I.C. relictam decidit, non debere ſcilicet iterum rogari, & ibi ſequuntur Ang.& Imo.in ſumma. ſuper quo vide etiam Bal.ibi, & iterum Ang. in l.hac conſultiſsima, in fin. ver.C.qui teſta.fac.poſ.

87 ℂ Poſſet etiam aliter reſponderi, illum tex.procedere quando vltra Notarium pro teſte deſcriptum alius etiam Notarius interuenit, vt per Bald.in conſ.355. præmittendum eſt ad euidentiam ſi ſtatutum, cir.prin. lib.5. ſed verior videtur præcedens intellectus: quia tamen hoc verum eſt in ſe, & probatur ex his quæ diximus ſupra hac eadē gloſ. quæſtio.xij. ideo ex hoc habes limitationem, vt non procedat concluſio quando vltra agnatum ipſum in teſtem adhibitum alius etiam agnatus in ipſo contractu conſenſum præſtaret: & idem eadem ratione exiſtimarem ſi agnati duo cōſenſum interponerent, quorum vnus in teſtem etiam adhiberetur, vt ſcilicet valeat contractus, etiam ſi alter extraneus duntaxat teſtis interueniat.

88 ℂ Aduerte tamen Lector candide, quòd licèt Albe.Bal. Ang.& Fulg. in d.l.hac conſultiſſima, & Bar.Ang.& Imo.in d.l. Domitius Labeo,& præterea idem Bal.in rub.C.de fi.inſtr.col.6.verſi.ſed quæritur nunquid tabellio, & in l.fin. col.pen. verſi. quæro an tabellio.C.de fideicom.& in tit. de pac. Conſtan.in ver.ſicut, 2.in prin. Alex.in conſ.146. viſo themate, poſt prin. verſi.& licèt interfuerit, iuncta col.3. ver.nec ad hoc ob.lib.2.in conſ.153. videtur, poſt prin. verſi. quinimmò dato, iuncta col.fi. verſi.nec ob. quòd tabellio, vbi communem hanc dicit opinionem, eo.lib.2. ſupraſcriptam concluſionem procedere intelligant quando quis vult probare actum per inſtrumentum, ſecus ſi per teſtes, quia tunc probari poterit per ipſum etiā Notarium cum vno alio teſte: quod & in teſtamento procedere intelligunt, vt id per ipſum ſcilicet Notarium alijs ſex teſtibus adhibitis probetur: hoc tamen non procederet in caſu noſtro, ratio eſt quia Notarius nō requiritur niſi quando tractatur de conficiendo actu per publicum inſtrumentum: ſed huius ſtatuti ſolennitas deſideratur ſiue velit mulier in ſcriptis & per inſtrumentum obligari, ſiue ſine ſcriptis & ſine inſtrumento, cùm loquatur ſimpliciter & indiffinitè,& indiffinita æquipollent vniuerſalibus,l.ſi pluribus, in prin.vbi Docto.de leg.2.& eſt de mente Albe.in trac. ſtatu. part.2.quæſtio.ccxv.incip. ſed pone ſtatuto cauetur, in fin. vbi ſtatutum, inquit, prohibens minorem obligari, cenſeri etiā prohibere ne obligetur ex ſcriptura in libro rationum facta: ſi autem ſcire velis quid in actu in quo lex iubeat fieri probationem per teſtes & ſcripturam, an tunc Notarius in teſtem etiam admittatur, videbis Fulgo. in d.l. hac conſultiſſima, ante fin.

89 ℂ QVINTODECIMO quæro, an agnata quoque fœmina admittatur ad conſenſum alteri mulieri contrahenti præſtandum: quod videtur per not. latè per Tiraq. in trac. rettac. tit. pri.§.pri. gloſ.9. num.203. vbi maſculinum, inquit, concipere fœmininum etiam in ſtatutis ſaltem fauorabilibus vti hoc noſtrū eſt, vt aſſeruimus ſupra in præfa. in 2.dub. quod etiam Tiraq. vbi ſupra num. 204. dicit procedere in reſcriptis & alijs quæ ſtricti ſunt iuris, ſaltem ſi diſpoſitio loquatur per verbum familia aut parentela vel ſimile, vti & noſtrum hoc ſtatutum facit, dum infra declarat eum intelligi

telligi agnatum qui de eadem ſit parentela: & hanc opinionem vltra per Tiraq. allegata in ſimili ſtatuto huic noſtro tenuit Ang. in conſ.160. domina Catharina,col.fi.verſi. quid ergo erit.

90 ℂ Veruntamen his non obſtantibus nos contraria in ſententia ſumus, quæ etiam conſuetudine obſeruatur, & in qua primus omnium fuit Bal. loquens in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum,in l. pri. col. fi. verſi. vtrum autem ſi ſtatutum.C. qui admit. cuius infini.concor. cumulauit Tiraq. in trac. de legi.connu. in pri.l.nu.79.incip. præterea idem Bal. vbi in nu. præceden. & ſequen. nonnulla alia ſimilia allegat,& ſequitur idem etiam Tiraq. in d.trac.retrac. in d.glo.9.num.200. incip. de conſanguineis: ſed & vltra per eum allegata idem etiam voluerunt Bal. in conſ.6. hæc eſt copia,in prin.lib.2. Imo.in cap. cùm vos,col.6. verſi. an autem tunc,de his quæ fi. à præla. ſi.con. capi. Cattel.Cot. memo. incip. ſtatutum requirens in contractu.

91 ℂ Non obſtant allegata in contrarium per Tiraq. in d.gloſ.9. num.203. quia ex eodem colligitur reſponſio præſertim ſub num.200. & 204. dum ea inquit procedere in materia indifferenti, vt in ſtatuto de quo ipſe loquitur permittente conſanguineo rem ab alio conſanguineo venditam retrahere: ſed in caſu noſtro ſubeſt diuerſitatis ratio, quia ſtatutum hoc emanauit propter ipſius mulieris imbecillitatem, vt & nos aſſeruimus ſupra in præfa.in pri.dub.ideo cum & in ipſa muliere volente alteri mulieri conſentire eadem militat imbecillitas, abſurdum eſſet ſi admitteretur arg.l.fin.C. de legi.tuto. cum concor.per nos allegatis ſupra in glo.3.in ver.ex contractu vel quaſi, num.29. Ad dictum autē Ang. vbi verum ſit reſponde aliud eſſe in caſu ſuo,quia ibi non prohibebatur mulier,ſed minor ſine conſenſu coniunctorum obligari.

92 ℂ Et hanc noſtram ſententiam præſertim procedere arbitramur attento ſtatuto cap.174. infra in nouiſsi. diſponente ſtatutorum verba ad literam prout iacent eſſe intelligenda,vti etiam cautum eſt Comenſi ſtatuto pen. in ciuili. quod ſtatutum maſculinum impedit concipere fœmininum ſecundùm Bal. ſi rectè inſpiciatur in conſ.460. Ioannes,col.2.verſi. reuertor igitur,lib.pri. & licèt contrarium teneant Curt.ſen. in conſ.9. Ticinenſi ſtatuto,col.8. verſi.nec ſtatutum mandans, Cattel.Cot. memo. incip. ſtatuto cauetur ferè vbique: priorem tamen partem ſequuntur Corn. in conſ.14. in præſenti conſultatione, col.2. verſi. & ſucceſsiuè, & col.ſeq. lib.2. & Zuchar. dum illum citat,in l.fin.num.69.C.de edic.diui Adri. Tol.quam & nos vti veriorem ſequimur, & quam etiam ſequitur Alcia. lib.2. de ver. ſigni.char. pen.verſi. quid ſi dicatur, cum declaratione tamē modò in ipſo ſtatuto expreſſa non ſit ratio quæ vtroque caſu militet, vt ibi per eum.

93 ℂ SEXTODECIMO quæro, an etiam amicus magna præſertim amicitia coniunctus admittatur: quod videtur ſicuti diximus in caſu l. exigendi.C.de procu.vbi permittitur coniuncto comparere pro alio coniuncto ſine mandato: quod extendunt Cyn.& Saly.ibi procedere etiam in huiuſmodi amico: quod & voluerunt Guili. de Cun. in l. ſed & hæ.D. de procu. Specu. in tit.de aduo.§.obijcitur,col.2. verſi. eſt quartus ordo, iterum Cyn. in l.mutus.D.de procu. Io.And.in cap.fi. de offi.dele. et videtur

ſequi

ſequi etiam Bart. in l. non ſolum.§.qui alieno, poſt prin.verſi. item intelligunt quidam.D.de procura. quam etiam opinionem de iure defendi poſſe inquit Iaſ. in.d.l. exigendi, in 4. exten. qui nonnulla alia quoque ſimilia congerit.

94 ℂ Veruntamen contrarium nos verius arbitramur, quoniam etiam in caſu d.l.exigendi, cum ſimili. contraria opinio cõmuniori Doctorum calculo firmata eſt, vt colligitur ex allegatis ibi per Alex. & Iaſ. & quam ibi etiam ſequitur Anto. ab Alex. & poſt eum Cur.iun.col.6. qui hanc eſſe cõmuniorem atteſtatur, ſuper quo tamen videbis omnino Tiraq. in trac. de poen. cau.22. num.34. & mult. ſeq. & noſtrum magis ad propoſitum facit quod, poſt alios quos citat, notat Alex.in l.pri.§.lex falcidia, col.pri.& 2.D. ad l.falci.vbi ſtatutũ, inquit, mandans compromitti cauſas inter coniunctos vel tentes amicos non comprehendere, qui etiam num.6.in fi. hoc expreſſim trahit ad ſtatutum conſenſum propinquorum in contractibus mulierũ vel minorum requirens, inquiens neminem ſani capitis dicturum amicorum conſenſum ſufficere, & videtur ſequi Iaſ. dum illum refert in d.l. exigendi, col.2.verſi. ſed tenendo. Quæ opinio eò maximè procedit ob ſtatutum diſponens ſtatuta ad literam intelligi oportere, per ea quæ diximus ſupra in præceden.quæſtio. & in glo.2.in ver.mulierum, quæſtio.pri. num. 6. incip. ſed & vltra: & potiſsimùm quia ſtatutum hoc declarat ſe intelligere de eo qui de eadem ſit parentela, prouidetq; quid agendum ſit nullo exiſtente agnato.

95 ℂ SEPTIMODECIMO & vltimò quæro, quid ſi mulier agens ad contractus reſciſsionem, à principio fateatur eum qui ſibi conſenſum præſtitit agnatum eſſe, ſed alia petat ratione contractum reſcindi: mox videns ſe ſuccubituram, vult negare eum fuiſſe agnatum, an id poſsit: quam quæſtionem in ſtatuto promittente conſanguineum retrahere poſſe rem ab emptore conſanguinei intra annum, tetigit And. Tiraq. in trac. retrac. tit.pri.§.pri. gloſ.9. num.269. incip. & cum his, & ſeq. negans emptorem qui à principio faſſus eſt agentem ad retractum eſſe conſanguineum, alia tamen ratione aſſerens locum non eſſe retractui, poſſe poſtea cum ſuccumbere dubitat, huiuſmodi confeſsionem reuocare, per tex. in cap. per tuas, de proba. vbi probatur id procedere etiam ſi quis iureiurando interpoſito, probando ſcilicet rem aliter ſe habere, confeſsionem reuocare velit, allegat etiam Tiraq. tex. in l.pri.§. Iulia.D. de lib. agno. & voluit allegare in.§.Iulianus: Quod intelligit Tiraq. poſt alios quos citat, niſi quis de errore doceat: cui & tu addes bonum tex. in l. generaliter.C. de non num. pecu. à quo ſumptum videtur d. cap. per tuas, vbi etiam dicitur ad probandum propriæ confeſsionis errorem apertiſſima rerum argumenta eſſe neceſſaria.

96 ℂ Quam quidem concluſionem & tu intelligas velim, modò hæc confeſſio à muliere ſolenniter emanauerit cum ſolennitate huius ſcilicet ſtatuti: nam & in confeſsione & in iudicijs hoc ipſum ſtatutum locum ſibi vendicat, vt de priore diximus ſupra in gloſ. pri. quæſtio.lxxxvi. & de poſteriore in gloſ.3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio.xvi. & mult.ſeq.

GLOSSA DVODECIMA IN VER.

AGNATVM NON HABVERIT.

1 PRIMO quæro, quid ſi id non fuiſſet expreſſum: & certè tunc dicendum eſſet poſſe eam liberè ſolam contrahere, vt expreſsim in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſilio proximorũ, vt eis ſcilicet deficientibus ſola contrahere poſsit, voluerunt Bal. Ang. Raph. noſter. Cuma. & Alex. in l. turpia. §. ſi Titiæ. D. de leg. pri. cum concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. vij.

2 ℂ SECVNDO quæro, quis probare debeat mulierem agnatos habuiſſe: & Caſtr. in conſ. 124. in cauſa quæ vertitur coram D. Poteſtate, in ſec. dub. lib. pri. loquens in ſtatuto prohibente minorem contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, inquit debere eum qui ad contractus reſciſsionem agit, quem ſequitur Tiraq. in d. gloſ. 8. num. 5 t. incip. tu tamen: quod & voluerunt Corn. in conſ. 241. de duobus, col. 3. verſi. & huiuſmodi ſtatuta, lib. 2. & Fely. quo loco eum citabimus infra quæſtio. ab hinc. 2. & Curt. iun. in l. pri. ante fin. num. 23. C. vn. vir & vxo.

3 ℂ TERTIO quæro, quid ſi mulier agnatos quidem habuerit, ſed ad conſentiendum inhabiles: quod colliges ex Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in gloſ. in ver. contraulz entre les vifz, col. 5. verſi. decimo quatò limita, vbi mulierem inquit prohibitam contrahere ſine conſenſu viri, poſſe ſolam contrahere ſi uirum habeat ad conſentiendum inhabilem, ſubdens, bonum tamen eſſe iudicis authoritatem adhibere, & ex his quæ diximus ſupra in gloſ. 8. in ver. mariti, quæſtio. x. præſertim in fin. & mult. ſeq. vbi aſſeruimus ſi mulier uirum habeat bannitum, poſſe ſine eo contrahere, modò agnati conſenſum adhibeat, eo quia perinde eſt ac ſi virum non haberet: nam ex his conſequens fit, vt & ſi agnati fuerint inhabiles, iuſdicentis authoritas ſit neceſſaria, tanquam ſi nulli adeſſent agnati, quod hoc in ſtatuto potiſsimùm procedit, quod eodem modo iudicis decretum requirit ſi mulier habuerit quidem conſanguineos ſed conſentire recuſantes, vel à Mediolanenſi iuriſdictione abſentes.

4 ℂ QVARTO quoniam in præce. quæſtio. diximus ſi agnati inhabiles ſint perinde haberi ac ſi nulli adeſſent, ideo quæro, an id quod aſſeruimus ſupra in ij. quæſtio. contractum retrahere volentem ob non adhibitum agnati conſenſum, probare debere mulierem agnatos habuiſſe, ita intelligatur vt etiam probandum ſit eos habiles ad conſentiendum fuiſſe: quod voluit Fely. in cap. ſuper eis, col. 9. cir. prin. de accu. poſt Caſtr. quem citat.

5 ℂ Quod tamen videtur contra mentem eorum quos ſupra in d. quæſtio. ij. citauimus, dum ſimpliciter requirunt probandum eſſe muliere magnatos habuiſſe, nec Caſtr. in locò per Fely. allegato hoc dicit in meo codice, ideoque ego exiſtimarem has opiniones ſic conciliari poſſe, vt Fely. dictũ procedat quando pars aduerſa probaſſet mulierem ante tempus cõtractus agnatos non niſi inhabiles habuiſſe, quia tunc qui aſſerit tempore contractus habiles habuiſſe, tenebitur id probare: aliàs autem ſecus, quoniam huius-

huiuſmodi vitia hominem ad conſenſum mulieri præſtandum inhabilem reddentia,cum ſint facti,præſumi non debent.l. in bello.§. factæ.D. de cap. & poſtli. reuer. quam quidem diſtinctionem veriſſimam arbitramur per ea quæ diximus ſupra in glo.8. in ver. mariti,quæſtio. xiiij.

6 ¶ QVINTO quæro, quid ſi ſtatutum in defectum agnatorum vicini vnius aut duorum conſenſum requirat,vt noſtrum Comenſe ſtatutum facit: de quibus erit intelligendum, an ſcilicet & ſtantes à remotis admittantur: & certè in eodem Comenſi ſtatuto diſponitur ſufficere ſi eiuſdem ſint parochiæ aut viciniæ: quid autem ſi id non eſſet expreſſum, colliges ex dictis ſupra in glo.11. in ver. agnati,quæſtio.pri. & propiùs noſtros ad terminos facit quod not. Albe. & Iaſ. in l. non ſolùm,in prin.D. de no.oper.nun.vbi ſtatutum inquiunt de vicinis ſimpliter loquens, remotiores quoque comprehendere, ex hoc inferentes, ad ſtatutum diſponens vicinos teneri ad emendationem damni vicino dati, cuius & nos ſimile quodpiam in ciuitate Comi habemus ſub cap. 203. in ciuili. volens communia teneri reſarcire damna in territorijs eorum data,ſi malefactorem intra menſem non con ſignauerint: & eos refert & ſequitur Tiraq. in trac.retrac. tit.pri.§.pri. glo. 9. num.21. vbi alios citat concor. quod & in ſtatuto cogente vicinum vendere vicino,voluerunt Ancha. in conſ.160. præſupponitur, per totum, & Cor. in conſ. 29. in præſenti, in pri. dub. lib.pri. quos etiã ſequitur Tiraq. vbi ſupra, num.26. vbi tamen corruptè citat Corn. lib.pri. putarem tamen hoc intelligendum ſecundùm ea quæ diximus in d. quæſtio.pri.

7 ¶ Quid autem in vicino furioſo, pupillo,& aliàs inhabili, vide quæ latè diximus in d.glo.8.ferè per totam: ita tamen vt propiùs ad caſum noſtrum adeas Bar. in l. ſi tertius, in fine prin.D. de aqua plu. arcen. vbi quandam formans quæſtionem in ſimili ſtatuto de vicinis loquente, inhabiles inquit vicinos non comprehendi,quem ibi ſequitur Caſtr. in fin.ver.

8 ¶ SEXTO quæro,quid ſi ſtatutum adijciat vicinum bonæ vocis & famæ eſſe debere, vt loquitur noſtrum etiam Comenſe ſtatutum, requirens eos bonæ eſſe diſcretionis & famæ:an tunc vſurarius admittatur: & eſſe ad mittendũ in ſtatuto requirente conſenſum agnati bonæ famæ & opinionis in contractibus minorum voluit Iaco.Butri. in l. improbum.C. ex qui.cau. infa. irro. quem ſequuntur Albe. in trac. ſtatu. parte pri. quæſtio.vlt. incip. quærit etiam idem Iaco. & Barb. in apo. Bal. in l. pri. col. pen. verſi. comprehendat.C. qui admit.

9 ¶ Veruntamen contrariam in ſententiam facit tex. in d.l. improbum,vbi dicitur vſurarium effici infamem, & ibi hoc not. Bar. & alij, & Cyn. in l. in bonæ fidei, in vij. quæſtio. & ibi Bal. col.2. verſi. item quia iſtud.C. de iureiu. vbi ex hoc dicunt iuſiurandum ei in defectum probationis non eſſe deferendũ,idem Bal. in l. qui accuſare,col.pri.verſi. aduertatis.C. de eden. Cano. in cap. fin. de iureiu. Matthes. not. 49. nota quòd omnes vſurarij, Alex. in l. admonendi, in fi.ver. & ibi Cur. ſen. col.49.verſi. octauò limitatur,& Caccialup. col.46.verſi. vigeſimoſeptimo,& Iaſ. in rep. char.23.col. 4.verſ. quartò ex iſta concluſione.D. de iureiu.Soci. in trac.fallen.reg.204. incip. iuramentum in probationis defectum, fallen.15. iterum Iaſ. in conſ. 71. præſentem, col.2.verſi. & contra omnes, lib.pri. D. Io. Bapti. Plot. in

f 2 rep.

rep.l. ſi quando,num.204.C.vn.vi apud quos declaratum comperies illud Cyn. & Bal. dictum in d.l. in bonæ fidei. Et ita illam Iaco. Butri. & Albe. opinionem reprobarunt Bal. in d.l. improbum, in fi. & ibi Caſtr. cir. fin. & Barba. ſibi parum coſtans in conſ.40. à Ioue, col.2. verſi. & idem Bal.lib.3.

10 ¶ Quas diuerſas opiniones hac nos diſtinctione ſic poſſe conciliari opinamur, quòd aut de publico loquimur vſurario, & poſterior indiſtinctè procedit opinio: ſi verò de occulto, & tunc aut lata eſt ſententia iudicis declaratoria ſuper infamia, & poſteriori eſt ſententiæ locus: aliàs autem priori, ita probatur ex Caſtr. doctrina in d.l. improbum, cir.prin. dum declarando glo. ibi in ver. irroganda, quæ infamiam ipſo, inquit, iure vſurario irrogari, quam etiam glo. ſequitur Bal. ibi poſt prin. verſi. quæro hîc an vſurarij, intelligit hoc procedere in publico vſurario, in priuato autem inquit eum infamia non notari niſi accedente iudicis declaratione: quod & ante eum voluit Saly. ibi col.2.verſi. quæro tertiò, & ſequitur etiã Alex. in conſ. 93. repetitus, poſt prin. lib.6. & ita cum hæc iã ſcripſiſſem reperi Saly. illã Bal. contra Iacō. Butri. opinionem ſic intelligentem in d. l. improbum, in fin. ver. dum inquit intelligendum eſſe ſecundùm ea quæ dixit ſupra in iij. quæſtio.

11 ¶ Hîc autem aduerte Lector candide quòd Bal. & Saly. in d. l. improbum, quibus locis eos citauimus ſupra, loquuntur etiam in eo qui aliàs fuit vſurarius, & ſic in eo qui deſijt vſuras exercere: de quo an & is infamiam quam iam incurrit retineat, videbis Bar. in l. prætor ait.§. etiam is, aliàs is etiam, & ibi Ang. cir.med.verſi. item eſt hîc caſus, & Alex. & Iaſo. vtrunq; in pri.nota. qui concor. citant.D. de eden.eundem etiam Alex. in l.pri.col. pri.verſi. tertiò fallit, & ibi Iaſ. col.4. verſi. quintò notabiliter extende, & Deci.col.5.verſi.tertiò quod dicitur.C.eo.tit. Soci. in conſ.127. quoniam, col.pri. & 2. lib.3. Cur.iun. in l. admonendi, col. antep. verſi. ſecunda eſt dubitatio.D. de iureiu.

12 ¶ SEPTIMO quæro, an ad probandum quem vſurarium admittantur teſtes quibus ipſe fœneratus eſt: & non admitti allegatur voluiſſe Fed. de Sen. in conſ.17.quæſtio talis eſt, nunquid conſtitutio, quem tamen nullibi reperio id dicere, ſed aliud de quo dicemus in ſequenti quæſtio. num. 16.incip. at diuerſæ: ſed id veriùs voluerunt Ancha.in conſ.189. tribus de cauſis, col.2.verſi. ſed in quæſtione noſtra, Rom. in ſingu. 335. ſecundùm anti. impreſſio. & ſecundùm nouiſ. 360. incip. volo probare, Abb. in cap. perſonas, col.fin.verſi. aliud exemplum, & ibi Fely. poſt med.verſi. ex quo infert, de teſti.Lau.de Rodul. in rep.cap. conſuluit, in 2. parte, quæſtio.xvij. Archi. Flo. in trac. de vſur.cap.5. & vlti.§.4. Ang.Aret. in §. legatarijs, col. fi.verſi. & prædicta faciunt, inſti. de teſta. ordi. Alex. in conſ. 72. inſpecto, col.4.verſi. & primò ad teſtes, lib.pri. in conſ.107. in cauſa, col.2.verſi.pro hoc, eo.lib.pri.Soci. in trac.fallen.reg.422.fallen.pri. iterũ Fely. in cap.veniens, pri.col.7.verſ.glo. in ver. confeſſio, de teſti.Iaſ. in conſ.78.viſis depoſitionibus, col.3.verſi. item iſti teſtes, lib.3.Marſ.conſ.2. altiſſimum refugium, col.4. in fin. verſi. & ideo, lib.pri.conſ.29. ſolamen, col.5.verſi. pro quibus facit, eod. lib. pri. Io. de Arno. ſolilo.36. capitulum Regni, Rip. reſpon. 115. quæritur vtrum, in prin.

13 ℭ Sed diuerſum cenſuerunt Calda. conſ.pen. incip. an teſtis qui dicit, de teſti. Ang. de Caſtel. de Aret. inter conſ.Bal. in conſ.405.incip. ego Angelus,cir.med.lib.pri.rep. in conſ.10.lib.3. & Bal. ipſe in conſ.461.verba Bar. cir. fin. lib. etiam 3. Ang. in diſputa. incip. Aſtenſis miles, char. 4. in verſi. de primo dubio, Abb. in conſ.71. videtur,col.pri. lib.2. vbi tamen ſubdubitat,inquiens hoc ſaltem procedere quo ad ſpiritualia, Alex. in conſ.172. viſis,col.pen.verſi. & ad hoc,lib.2.rep. in conſ.40. lib.4. dum allegat Ang. in d. diſpu. Barba. in conſ.77. illud afferam, cir.fin. lib.3. Crauet. in conſ. 73. dicendum, num.4. iuncto num.31. lib.pri. vbi in id etiam refert Abba. in conſ.103. lib.2. apud quem tamen hoc non reperio,ſed nos priorem ſequimur opinionem tanquam communiorem,vti etiam de communi fidem facit Rip. quo loco eum ſupra citauimus.

14 ℭ OCTAVO, retenta ea opinione,quæ hos teſtes non idoneos reddit,quæro,quid ſi proteſtentur ex ſua depoſitione nullum ſe velle commodum reportare: & Bal. in l. dictantibus, cir.med.verſi. item facit ad aliam quæſtionem.C. de teſta. decidit tunc admitti,vbi ſequi videtur Alex. in fin. ver. & ſentit Archi. etiam Flo. quo loco eum ſupra citauimus, Io. de Ana. in cap. cùm in diœceſi,col.2.verſ. & ſic poteſt colligi cautela,de vſur. Fely. in d.cap. perſonas,in fi. de teſti. & in d.cap. veniens pri. quo loco eum ſupra citauimus,eo.tit. Alex. in d.conſ.72.col.4. lib.pri. apo. Bal. in l. omnibus, in ver. propria. C. de teſti. apo. Rom. in d. ſingu. 360. Deci. in conſ. 342. in cauſa partus,col.2.verſi. accedit etiam,Rip.d.reſpon.115. poſt prin. Thom. Ferra.cau.40. teſtimonium,per totam. Ex quibus intelliges id generale eſſe, quoties teſtis ob ſui ipſius teſtis intereſſe inhabilis eſt, habilem tamen fieri adhibita huiuſmodi proteſtatione: & ita nos aliquando in practica obſeruari fecimus: vnde etiam Ang. in conſ. 275. thema ſuper quo, col.pen.verſi. primò quia,fideicomiſſarium,inquit, poſſe pro hærede teſtificari,ſi ius fideicommiſſi remittat.

15 ℭ NONO quæro, an ad probandum eundem vſurarium teſtes ſingulares recipiantur: & recipi voluerunt Cald. in conſ.5.incip. an probent teſtes diſcordes, tit. de teſti. Bal. in l.pri. col. pen. verſi. octauò quæro.C. de teſta. in l. rogaſti.§. ſi tibi, col.2.verſi. ſed nunquid.D. ſi cer. peta. in conſ. 514.ad euidentiam præmittendum eſt,ante fin.lib.5.Ang. in d.diſpu.incip. Aſtenſis miles, quo loco eum citauimus ſupra nu. ab hinc 2. Abb. in conſ. 81. videtur, num.pri. & 2. lib.2. Corn. in conſ.134. reperio, col.pri.verſi. & ad probandum, lib.pri. in conſ.34. circa principale, col.2.verſi. & licèt, & col.ſeq. lib.2. in conſ.185. licèt in hac, col.2.verſi. his tamen, & ſeq.lib. 3. in conſ.286. pro præſentis,col.6.verſi. & ad probandum, eod.lib.3.Zaſ. conſ.11.vol.2. Crauet. in conſ.73. dicendum,col.8.verſi. non obſtat quòd teſtes,vbi communem hanc dicit opinionem,lib.pri.

16 ℭ At diuerſæ fuerunt ſententiæ Fed. de Sen. conſ. 17. quæſtio talis eſt, nunquid conſtitutio, in prin. dum Epiſcopi, inquit,conſtitutionem diſponentem vſurarium per teſtes quatuor ſingulares probari, eſſe contra ius commune,& clariùs Butri. in cap. cùm oporteat,in fin.quæſtio. & ibi Imo. vt ab alijs allegatur, licèt in meo libro illum tit. non legat, de accuſa. Abb. in conſ.42.ex multis,per totum,lib.pri. in cap. cùm in diœceſi,in fi. de vſu. Lau. de Rodul. in trac. de vſur. quem fecit ſuper cap. conſuluit, eo. tit. in

2. parte, quæſtio. xvij. num.153. vbi aſſerit ſe ita ſepiùs vidiſſe practicari in curia Epiſcopali Florentina, Archi. Floren. in trac. de vſur. cap. 5. eod. que vlti.§.4. Alex. in conſ.72. inſpecto, col.2. cir.fin. verſi. & ſimiliter, & col.4.verſ. & primò,lib.pri.rep. in conſ.175.lib.2. idem Alex. in conſ.100. ſuper ptimo, col.fi.verſi. pro hoc etiam, eod.lib.pri. rep. in conſ.3. lib.4. idem etiam Alex. in conſ.104. in cauſa,col.fin.verſi. & Anto. de But. lib.3. dum allegat Fed. de Sen. vbi ſupra,Fely. in cap. licèt ex quadam, col.pen. & fin. de teſti. Iaſ. in l. admonendi,in rep.char.21.col.3.verſi. hinc pulchrè dicit Bal. ſub num.212.D. de iureiu. in conſ.154. in cauſa mota,cir.fin.lib. 2. (dum allegat Abb. vbi ſupra) & iterum in conſ.78. viſis depoſitionibus, col.2.verſi.item ſi vnus,lib.3.vbi communem dicit opinionem,Epiſcopum non poſſe contrarium ſtatuere, Marſi. conſ.109. Spiritus Sanctus, col.2. verſi. quinimò etiam ſpecialiùs, Purpu. in l. pri. col. pri. & ſeq. D. ſi certa peta. vbi communem hanc eſſe ſententiam atteſtatur, Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opinio. pri.reg.34. col.5.verſi. quartò infertur, col.ſeq. vbi id declarat: in quã ét ſententiã inclinat Rip. reſpon.115. quæritur vtrũ, nu.3.

17 ℭ Verùm quæſtio iſta ab alia pendet, an ad probandum aliquid in genere teſtes admittantur ſingulares, & partem negatiuam non admitti, tenuerunt Gof. quem refert & ſequitur Hoſti. in ſum. de teſti.§. quæ diuerſitates,col.2.verſi. quid ſi agatur, Bal. in cap. licèt cauſam, col.3.verſi. adde,& eſt no. dignum de proba. Butri. in cap. cùm oporteat, col.antep.verſi. hæc vera, de accuſa. Abb. in conſ.42. ex multis, per totum, lib.pri. Alex. in d. conſ.72. col.pri. cir.fin.verſi. nec prædictis,iuncta col.2.verſi. fortiùs videtur, lib.pri.rep. vt ſupra, & in d.conſ.100. col. pen. verſi. fortiùs videtur, eod.lib.pri. rep. in d.conſ.3. lib.4. Barba. in conſ.80. quàm egregiè, col.3. 4. & 5. lib.4. Iaſ. in d.l. admonendi,loco in præce.verſi. commemorato,& in d.conſ.154. quo loco cum ſupra citauimus, lib.2. & in conſ.81. videretur,col.4.verſi. item omnes dicti teſtes,lib.3. Marſ. in conſ. in præcc. num. allegato, Deci. in cap. licèt cauſam,col.7.verſi. tertiò ſingularitas, de probatio. Rip. reſponſ. 53. ex longo, col. fin. verſi. non obſtat etiam, iuncto verſi. quinimò: in quam etiam ſententiam inclinare videtur idem Rip. d. reſpon. 115. num.3.

18 ℭ Sed diuerſam ſententiam ſecuti ſunt Bal. in l.pri. col. pen. verſi. item quòd infamia.C. de teſta. in l. actor.C. de proba. in l.vni.C. qui num.tute. in rep.l.pri. col.pen. num.25.C. de eman.lib. in l. data opera, num.43. cir. med.C. qui accu. non poſ. in conſ.161. proponitur quòd commune,col.2. verſi. cùm igitur,lib.3. cum concor. adductis per apo. Alex. in d. conſ.72. lib.pri. qui tamen id expreſsè non dicunt,ſed hoc tantùm ſentiunt in exemplis per eos poſitis,& præterea expreſſiùs Ang. in l.2.§. diem autẽ, col.pri. verſi. & hic facit.D. quemadmo. teſta. aper. Alex. in conſ. 141. ponderatis, col.pri. cir.fin.verſi. præterea teſtes diſcordes, lib.pri. in conſ.85. viſo themate, col.fin.verſi. præterea teſtes, & conſ.ſeq.incip. viſis dubitationibus,col.3.verſi. nec haberet, lib.2. in conſ.172. viſis & oportunè, col.pen. verſi. opponitur etiam contra dictos teſtes, eo.lib.2. in conſ. 18. conſideratis, cir.fin.verſi. & attento, lib.3. in conſ.92. viſo & oportunè, col.pen. verſi. nec obſtat ſi dicatur,lib.5. in conſ.10. diuini numinis,num.4. lib.6. in conſ.13. attentis, ante fin. lib.7. vbi communem hanc dicit opinionem, in conſ.147. viſo themate, col.fin.verſi. nec obſtat quòd teſtes, eod.lib.7. &

vide-

videtur ſequi etiam in l. ex facto. §. item quæro, nu. 8. D. de vulg. & pupil. Cepol. conſ. cau. ciuili. 3. ſuper cauſa, col. 4. verſi. ſecunda eſt ſingularitas, vbi hanc vocat ſingularitatem ſubalternam, quia plura ſub eodem genere comprehendit, in conſ. 50. in cauſa, num. 4. Deci. in conſ. 550. in cauſa vt vulgo dicitur, num. 10. & 11. Roc. Curt. in rep. cap. fin. ſectio. 8. incip. nunc vt reliquum, col. 44. verſi. & quòd teſtes, in paruis, ſub num. 41. de conſue. Bert. in conſ. 48. ex proceſſu, col. 7. verſi. etenim quæ ſunt, lib. pri. Curt. iun. in l. admonendi, num. 60. & 61. D. de iureiu. vbi communem hanc eſſe opinionem atteſtatur, Soci. iun. in conſ. 90. abundè, num. 7. cum mult. ſeq. vbi nu. 10. & ipſe de communi ſententia fidem facit, & quoſdam alios concor. citat, lib. 2. Boc. deci. 23. motus, num. 44. Crau. conſ. 73. dicendum, nu. 32. & 2. ſeq. qui quoſdam etiam alios concor. inducit, & hanc communem eſſe opinionem aſſerit, in conſ. 78. anno 1539. num. 6. in conſ. 267. Dominicus, col. 2. verſi. tertia & vltima, vbi de communi etiam ſententia atteſtatur, vol. pri. Conra. in trac. de offi. Præto. in cau. ciuili. in ver. ſingulares, num. 24. char. mihi. 125. vbi & ipſe de cōmuni opinione fidem facit, Iaco. Phili. Porti. lib. commu. opini. pri. reg. 34. col. 2. & 2. ſeq. Marc. Anto. Natta, conſ. 478. quod eſt primum, in 2. vol. in fin. ver. vbi refert ita in Curia Mantuana ipſo aſſidente iudicatum fuiſſe.

19 ℭ Et idem ſentiunt qui dicunt teſtibus quoque ſingularibus infamiam probari: inter quos Specu. tit. de inquiſi. §. pri. col. 4. verſi. quid ſi vnus, nu. 17. & iterum eo. tit. §. viſo (licèt ab alijs allegetur in §. nunc tractandum) col. 4. verſi. item ſufficit ſiue eodem tempore, nu. 9. Cald. in d. conſ. 5. titu. de teſti. Bal. in d. l. pri. num. 14. C. de teſta. in l. ea quidem, col. 9. verſi. quæro an teſtes ſingulares, num. 64. C. de accu. in conſ. 207. quòd dicta domina, lib. 4. Alex. in omnibus ferè conſilijs in præce. verſi. allegatis, Corn. conſ. 134. reperio, col. 2. verſi. & idem in probatione famæ, lib. pri. conſ. 34. circa principale, col. 3. verſi. quam etiam ſequitur, lib. 2. (dum allegat Bal. vbi ſupra) conſ. 247. viſo proceſſu, col. 10. verſi. & idem in probatione, eo. lib. 2. conſ. 286. pro præſentis, col. 4. verſi. & ad probandum, & col. ſeq. lib. 3. Soci. iun. in d. conſ. 99. num. 19. lib. 2. Alex. de Neuo inter conſ. matri. conſ. 35. viſo, num. 17. Boe. d. deci. 23. num. 44. & ſeq. Crau. in d. conſ. 78. col. 2. verſi. quartò conſidero, lib. pri. Venefr. conſ. pri. Iaco. Philip. Porti. lib. commu. opini. pri. reg. 34. col. 7. verſi. tenendo primam, Natta conſ. 478. quod eſt primum in 2. vol. incip. ex facto, in fi. quod & idem in probanda bona fama voluit Crau. d. conſ. 73. nu. 33. vbi concor. citat, & Porti. d. reg. 34. col. 7. verſ. ſextò infertur, qui & alios concor. allegat: de quo etiā per Abb. in d. conſ. 42. ferè per totum, lib. pri.

20 ℭ Et qui tenent iuriſdictionem teſtibus pariter ſingularibus, vno ſcilicet de vno actu & altero de alio deponentibus, probari: vt primus omnium (ni fallimur) voluit Spec. tit. de inquiſi. §. pri. col. 4. verſi. & prodeſt, nu. 18. & in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs, col. 5. verſi. hinc eſt quòd ſi quis, num. 14. Cald. d. conſ. 5. tit. de teſti. Bal. in d. l. pri. col. pen. ver. item quòd infamia. C. de teſta. in conſ. 161. proponitur quòd per commune, col. 2. verſi. cum igitur, lib. 3. conſ. 514. ad euidentiam præmittendum eſt quòd in inuentario, vbi communem hanc dicit opinionem, lib. 5. in rep. l. pri. col. pen. num. 25. C. de eman. lib. in d. cap. licèt cauſam, col. 3. verſi. adde & eſt no. dignum, de proba. Ang. in l. 2. §. diem autem, col. pri. verſi. & hic facit. D. quem-

D.quemadmo. teſta. ape. Anch. conſ.275. viſa diligenter, ante fin. Caſtr. conſ.380. iudex, cir.fin. lib.pri. Butr. in cap. licèt ex quadam, col.2. verſi. quærit gloſ.quid ſi,& ibi Imo.col.fi. cir.med.de teſti. idem But.in cap. cùm oporteat,col.6.verſi.idē dicit Inno.iũcta col.7.verſi.idē ſi partes,de accuſa. Gemi. in cap.pri. col.pri. poſt med. de arbi. in 6. Alex.conſ.104. in cauſa, col.fin. ver.nam vbi tractatur, lib.3. Corn. conſ.91. viſa,col.11.verſi.& ad probandum, vbi communem hanc dicit opinionem, lib.pri. conſ.134. reperio, col.pri. in litera f. eod.lib.pri. conſ.34. circa principale, col.2.& 3. lib.2.conſ.247. viſo proceſſu, col.9. verſi.dato autem,& ſeq. lib.eo.2.conſ. 146. res mihi, col.pri. verſi.& quod tradunt, lib.3. conſ.286. pro præſentis, col.4.in fin.verſi.& ad probandum,& ſeq. eod.lib.3. Roc.Curt.in rep. cap.fin.ſectio.incip.nunc vt reliquum, col.44. verſi. & quòd teſtes,de conſue. Iaco.Leonis. inter conſ.matrimo. conſ.47.in hac, num 13. & ſeq. vbi cōem hanc dicit opinionem, Cepo.conſ.cau.ciui.3. ſuper cauſa,col.4.verſi. ſecunda eſt ſingularitas, Marſ.conſ.pri. non auferas,col.6.verſi.& ad prædicta, lib.pri. Bert.conſ.575. ex incertis, col.7. ver.ad præmiſſa, lib.2. Grau. d. conſ.78. num.6. lib. pri. Corn. in d. trac. de offi. præto. in cau. ciuili. in ver. ſingulares, num.24.& 25. fol. mihi 125. vbi communem hanc eſſe opinionem aſſerit, Iac.Philip.Port. lib.cōmu. opi.pri. reg.34. col.4. verſi. ſecundò infertur, vbi id declarat poſt alios quos citat: quam etiam ſententiam ſubóſcurè tenere videtur Inno. in cap.quàliter & quando, col.pri. de accuſa. quia licèt diuerſam ſententiam poſteriori loco recenſeat, loquitur tamen per verba, alij tamen contradicunt, quo caſu non videtur à priori quis opinione recedere, vt diximus ſupra in glo.2. in ver.mulierum,num. 70.incip. non obſtat etiam: quam Inno.ſententiam candide Lector annotabis, tùm quia loquitur in alijs quoque ſimilibus caſibus, vt in probanda decima & præſcriptione, cùm etiam quoniam à Docto. ſolet in vtran que ſententiam aduocari.

21 ℭ De quo per eundem etiam Inno. in d. cap. licèt ex quadam, de teſti. vbi adcò obſcure loquitur, vt vix ſcire poſsis vtram ſequatur opinionem, ita tamen vt videatur contrariam in ſententiam inclinare, dum poſteaquā in caſu illius cap. dixit non eſſe neceſſe quemlibet teſtē à duobus audiuiſſe, ſubdit hoc eſſe argumentũ, iuriſdictionē probari ſi vnus teſtis deponat de vno actu, alius de alio, ſubijciens tñ tutius eſſe credere quemlibet teſtē ab eiſdē duobus,& eodē tpe audire debere: aliàs in ſuis eſſe dictis ſingulares, & ibi Hoſti.qui per oīa eodē modo loquitur ſub.§.ſtatuimus, col.pri.verſi. & ſecundùm hoc ſumitur argumentum, vbi etiam ſubdit quò ad teſtimonium de auditu, de quo in eo cap. neceſſe eſſe vnumquenq. teſtem id à duobus audiuiſſe: quam etiam poſteriorem ſententiam ſequuntur But. ibi col.2. verſ.quærit glo.quid ſi audierunt,& Imo.in l.inter pares,col.2.verſ.& hæc pars,& col.3.D.de re.iudi.vbi tamē dicit quòd fortè in practica cōtraria ſeruaretur ſentētia: quod & per omnia repetijt in l.pri.§. ſi ſtipulāti,col. 2.verſ.ſed qd ſi deponunt.D.de ver.obli.& in l.pri.§.fi.col.2.ver. cuius dictis,& col.ſeq.D.quēadmo.teſta.aper.dũ ſe remittit ad dicta per ipsũ in d.l. inter pares,Alex.in pluribus conſ. allegatis ſupra nu.ab hinc 4.incip.verùm quęſtio iſta,Iaſ.in d.l.admonēdi,in rep.char.21.verſ.hinc pulchrè dicit Bal. nu.212.D.de iureiu.Barb.cōſ.80.quā egregiè,col.3.verſ.& plus dixit,lib.4.

22 ℭ Et qui item voluerunt conſuetudinem teſtibus poſſe ſingularibus probari:

bari: inter quos Bal. in l. de quibus, col. pen. verſi. ſed an hoc per teſtes ſingulares, iuncto verſi. ſed nunquid ſi teſtes. D. de legi. Alex. conſ. 172. viſis & maturè, col. pen. verſi. opponitur etiam contra dictos teſtes, vbi hanc veriorem dicit opinionem, lib. 2. rep. conſ. 140. lib. 4. Guid. Pap. conſ. 116. & conſ. 131. Curt. iun. in trac. feudo. quæſtio. pri. col. pen. verſi. quia ad probandum generalem conſuetudinem, Venafr. conſ. pri. Purpu. in l. pri. col. 13. D. ſi cer. peta. Crau. conſ. 73. dicendum videtur, col. 8. verſi. non obſtat quòd teſtes, lib. pri.

23 ¶ Quanquam in hoc etiã contrarium teneant Pet. de Bellaperti. & Cyn. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. Albe. in rub. C. eo. tit. col. 20. verſi. ſi aũt vnus teſtis, Pau. de Leaza. in diſpu. incipi. cõtra inſtrumentũ debiti, Ba l. in l. pri. col. pen. verſi. & hac ratione. C. de teſta. Abb. conſ. 42. ex multis, col. 2. verſi. ſecus ſi diſponit, lib. pri. Io. And. in cap. fin. col. 13. in ver. practicant autem hoc ſic Legiſtæ, & ibi Anch. col. fin. Bnt. col. antep. verſi. hæc procedunt, Imo. in fin. ver. (dum ſe refert ad Io. And. & But.) & Card. Flo. in xli. quæſtio. de conſue. iterum But. in cap. licèt ex quadam, col. 2. verſi. & ſecundùm hoc eſt argumentum, de teſti. dum allegat Pet. de Bellaperti. & Io. And. in locis præallegatis, Rom. in conſ. 91. viſis ac percunctatis, ante fin. verſi. quartò idem probatur, iterum But. in cap. cùm oporteat, col. 7. verſi. vnde dicit, de accu. Alex. in conſ. 72. inſpecto, col. 2. verſi. faciunt, iunctis ſequen. lib. pri. repe. conſ. 175. lib. 2. idem Alex. conſ. 45. viſis atteſtationibus, col. pri. verſ. quinimmò requiritur, lib. 2. conſ. 196. viſo teſtamento, col. 3. verſi. quinimmò, lib. etiam 2. conſ. 104. in cauſa & lite, col. fin. verſi. non ob. quintum, vbi communem hanc dicit opinionem, lib. 3. Corn. conſ. 89. viſis actis, col. fin. verſi. & conſuetudo non probatur, lib. 2. conſ. 286. pro præſentis, col. pen. in prin. verſi. nec obſtant iura, lib. 3. Soci. in conſ. 94. in cauſa, col. 4. verſi. circa ſecundum, libr. pri. Deci. in conſ. 215. in cauſa vertente, col. 2. verſi. quartò hoc idem comprobatur, vbi communem hanc dicit opinionem, conſ. 402. in cauſa illuſtriſsimi, col. fi. cir. prin. verſi. & hoc idem, vbi etiam hanc eſſe communem repetit, conſ. 538. viſo puncto, col. pen. cir. fin. verſi. & teſtes ſingulares, vbi de cõmuni iterum ſententia fidem facit, Paris. conſ. 27. in præſenti, col. 6. verſi. prout etiam aduertendum eſt de quibus, ſub num. 39. vol. pri. Rui. in conſ. 175. viſo proceſſu, col. 3. verſi. nam ad hoc vt per teſtes, vol. 4. Rip. in l. admonendi, col. fin. verſi. infertur etiam quò ad probandum conſuetudinem. D. de iureiu. Conra. de offi. Præto. in cau. ciuili. in ver. ſingulares, col. 3. verſi. ampliari item poteſt, Porti. Imo. lib. commu. opi. pri. reg. 34. col. 5. verſi. tertiò infertur, Matthæ. Gribal. lib. commu. opini. in ver. conſuetudo, verſi. teſtes ſingulares, qui communem hanc eſſe opinionem affirmat.

24 ¶ Necnon & qui aſſeruerunt ad probandum quem in genere hæreticum teſtes ſufficere ſingulares, ipſis ſcilicet ſingulis teſtibus ſuper diuerſis fidei articulis deponẽtibus, inter quos Iaco. Butri. in l. arriani. C. de hære. Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi, col. 2. verſi. ſed nunquid per teſtes. D. ſi cer. peta. in l. pri. col. pen. ver. octauò quæro, & ſeq. C. de teſta. in l. ob carmen. §. fi. in fi. D. de teſti. in l. actor, col. 2. verſi. quæro quare negatiua. C. de proba. in l. vni. C. qui num. tut. ſe excu. in conſ. 207. quia dicta domina, lib. 4. Alex. in d. conſ. 141. col. 2. verſi. præterea teſtes, lib. pri. conſ. 85. viſo themate, col. fin. verſi. præterea teſtes ſingulares, lib. 2. conſ. 92. viſo, col. pen. verſi. nec obſtat ſi dica-

dicatur, lib.5. conſ.10.diuini, col.2.verſi.præterea teſtes, lib.6. conſ.13.attentis, col.fin. verſi.& quia, lib.7. dum allegat But. vbi ſupra, aſſerens hanc communem eſſe opinionem, in conſ.147. viſo themate, col.fin. verſi. nec obſtat quòd teſtes, eo.lib.7. Corn. conſ.91. viſa, col.11. verſi. tamen vbi agitur, lib.pri. conſ.134. reperio, col.2. verſi.idem Iac.But. eo.lib.pri. vbi tamen inquit hoc dubitationem habere, idem Cor. aſſeuerantiùs conſ.34. circa principale, col.2.& 3. lib.2. conſ.247. viſo proceſſu, col.10.verſi. facit etiam, eo.lib.2. idem Corn.ſubdubius tamen,conſ.286. pro præſentis, col.5.verſ.idē Iac.But. lib.3.Barb.conſ.6. ſcriptum eſt,col.pri.verſi.& idem voluit, lib.pri.conſ.25. præclarè, col.2. verſi. cùm ergo, lib.2. Marſ.conſ. pri. non auferas, col.4. verſi. & quòd iſti teſtes, & col.6.verſi.faciat etiam quod voluit, Roc.Cur. in rep. cap.fin. ſectio.incip. nunc vt reliquum, col. 44. verſi. & quòd teſtes, in paruis, de conſue. Crauet. d. conſ.78. num.6. vol.pri. Conr.d.trac.de offi.Præto. in cau.ciui. in ver.ſingulares, num.24. char.125.

25 ℂ Quo tamen in articulo in diuerſa fuerunt ſententia Old.conſ.210. regulariter,cir.fi.Io.And. in cap.vt officium.§.verùm, qui illum.§.legit ſimul cum prin.cap.col.2. verſi.item durum videtur,& ibi Gemi. qui illum.§. ſeparatim legit col. pri. verſi. quæro an ad probandum, de hære.in 6. But.in cap. cùm oporteat, col.7. verſi. idem ſi dicat quem hæreticum, & col.ſeq. verſi. hæc vera, de accu. Imo.in l.pri.§.ſi ſtipulanti, col.2. verſi. ſed quid ſi deponunt.D.de ver.obli. dum reprehendit Iac.But.in d.l.arriani, ſubdens tamen quòd fortè in practica illius opinio ſeruaretur propter authoritates eorum qui eam tenent,& quia communis videtur, Alex.d.conſ.72.col.pri. verſi. nec prædictis, iuncta col.2. & 3. libr. pri. rep. conſ.175. lib.2. in d. conſ.100. col.pen.verſi.ſecundò reſpondeo, eo.lib.pri.in d.conſ.104. col. fin. verſi.& Anto.de But.lib.3. in d.conſ.10. num.4. lib.6. Marſ. conſ.109. Spiritus ſanctus, col.2. verſi.quinimmò etiam ſpecialius, Boer. deciſ.342. ſed quòd teſtes, per totam, vbi communem hanc dicit opinionem.

26 ℂ Ex quibus omnibus Lector beneuole cernere potes hanc rem apud Doctores magna eſſe in controuerſia:verùm has opiniones nos ſic conciliari poſſe arbitramur, vt ſcilicet tunc teſtes ſingulares probent, quando inducti ſunt ad probandum aliquid in genere, modò tamen conteſtes ſint in dicto,& ſic ſuper genere, ad quo probandum inducti ſunt, licèt diſcordent in ſpeciebus,& ſic in redditione rationis, exempli cauſa, vt intelligas, producuntur teſtes ad probandum quem vſurarium, deponūt omnes eum eſſe vſurarium, ſed in reddenda ratione vnus inquit quia Titio fœneratus eſt, alter quia Seio : certè hi teſtes probant : ſecus ſi ſimpliciter vnus teſtis deponeret illum fœneratum fuiſſe Titio,alter Seio, ita colligitur ex Bar.cuius ego vnius authoritatem pluribus antepono, per nota. in l.3.§. tu magis.D.de teſti.& cap.in noſtra, eo.tit.quibus concinnit ſacræ illud ſcripturæ dictum, magis credendum Mariæ veraci, quàm Iudæorum turbæ fallaci : is autem eſt in l.de quibus, in rep.col.11. verſi. ſed pone quòd teſtes, num.24.D.de legi. vbi quærens an teſtes dediuerſis actibus deponentes probent conſuetudinem, ad quam probādam inducti ſunt, aut omnes, inquit, deponunt de frequentia actuum, & conſequenter de conſuetudine, ſed in adducenda ſcientiæ ratione vnus dicit quia vidit unum actum, alius alium, tunc probant, quia producti non fuerunt ad probandos ſingulares

actus

actus ſed actuum frequētiam, in qua concordant, unde id ſufficere debet, licèt diſcordent in ratione : aut quilibet deponit de actu tantùm ſingulari, & non probant : ratio eſt quia de frequentia actuum non deponunt, ideo eam frequentiam non probant : actus etiam ſingulares non probant, quia quilibet teſtis in ſuo eſt dicto ſingularis, ideo non probat.l.iuriſiurandi.C. de teſti. hæc ille notabiliter eo in loco, qui declarat ita intelligendum eſſe Pet.& Cyn. dictum in d.l.2.C.quæ ſit lon.conſu. quam Bar.doctri.ſequuntur Roc.Cur.in rep.cap.fin. ſectio.8. incip. nunc ut reliquum,col.42.in par uis, uerſi.quinta eſt dubitatio, & duo.ſeq.num.40.& 41. de conſue.& Rui. in conſ.122. circa dubiá, col.pri. uerſi. nec etiam eſt uerùm, lib.5.& ita nos in noſtra Comenſi ciuitate practicauimus & obtinuimus.

27 ℂ Secundùm hæc intelliges etiam Feli.diſtinctionem in cap. licèt ex quadam, col.5. de teſti. ubi quærit an teſtibus quis ſingularibus hæreticus probetur, & reſpondet, ſi teſtes producantur ad probandum quem in genere hæreticum, tunc probare quidem eum hæreticum in genere, non etiam in illis ſpeciebus ſuper quibus diuerſimodè deponunt : quam Fely.diſtinctionem ſequitur etiam Boe.deciſi.23. motus fuit, num.44. quod & ſenſit Bal. in l.data opera, num.43. cir.med.C.qui accu. dum ſi de probanda, inquit, iuriſdictione in genere tractetur, diuerſorum teſtimonium in ſpecie deponentium ſufficere, quia unus fortè uiderit exoculare, alter ſuſpendere : ſecus ſi agatur de probatione certi actus in ſpecie, & Saly.in l.teſtium, col.5. uerſi.ſecundo caſu.C.de teſti. dum tenet,ſub dubius tamen, teſtes ſuper diuerſis fidei articulis deponentes quem hæreticum non probare, quando certa hæreſis ſpecies fuit in libello deducta : ſecus ſi in genere deducta ſit, ubi tamen dicit Saly. huiuſmodi libellum ſuper delicto in genere iure non eſſe admittendum per not. in l.libellorum.D. de accu. ſed tu Lector animaduertas illum tex. procedere in accuſatione, uti loquitur, non etiam in inquiſitione, quia quotidie uidemus generales contra officiales, quum ſyndicantur, inquiſitiones formari, eosq; exinde condēnari, ſicuti etiam dicit Bal. in rep.l. edita, col.4. uerſi.nonò oppo. & col.ſeq.C.de eden.& ſupradictam ſententiam noſtram ſequitur etiā Caccialup. in rep.l. admonendi, col. 34. uerſi.item in multis caſibus, cum nonnullis ſeq.D.de iureiu.

28 ℂ Et pro hac diſtinctione, quam ſupra ex mente Bart. & nonnullorum aliorum retulimus, facit generaliter ſufficere teſtes in dicto concordare, licèt in ratione diſcordent, ut ſentit Specu.tit. de teſte.§.iam de interrogatorijs, col.5. uerſi.hinc eſt quòd ſi quis, ſub num.14.Bal.in l.pen. cir.prin. D. de proba. Cald. in conſ.5. incip. an probent teſtes ſingulares, tit. de teſti. But. in cap.cùm cauſa, col.2. uerſi. ad ſecundum, & ibi Imo. col.12. uerſi.ſecundò an poſsit, de empt.& uendi. Fely. in cap.cùm tu, col. antep. uerſi. ſextò no. de teſti. ubi alios citat concor. & præterea Bart. in l.pri.§.ſi quis neget, col.2.uerſi.ad contrarium,& col.ſeq.D.quemadmo.teſta.aper. Ang.in l.2.§. diem autem, col.pri. verſi. in gloſ. uel negare.D. de eod. tit. Bal. in l.uni. col.fin. verſi. item ſcias, dum allegat Bar. vbi ſupra.C. ſi unus ex pluri. appel. in l.2. col.2. verſi. hic quæro.C. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. Cor. in conſ.146. res mihi,col.pri.verſi. & licèt non concordet,lib.3. Caccialu. in rep.d.l. admonendi,col.36.verſi. ex prædictis patet,D. de iureiu.

29 ℂ Et hanc quoque diſtinctionem in criminalibus procedere arbitramur, vti

vti loquuntur multi ex his quos ſupra citauimus, pręſertim Ang. d. l. 2. Rip. d. reſpon. 115. col. pri. verſi. tertiò et in hoc, & Crau. ſi rectè inſpiciatur d. conſ. 73. num. 32. & ſeq. lib. pri. vbi allegat Soci. in conſ. 54. col. pri. lib. pri. qui tamen meo in libro dicit de ea re nihil, idem Crau. d. conſ. 78. num. 6. eo. lib. pri. & Corn. d. trac. de offi. Præto. in cau. ciui. in ver. ſingulares, in 7. limita. qui tamen tenent eam opinionem quam ſupra num. ab hinc 5. ex eis retulimus, teſtes ſingulares in criminalibus probare aliquid in genere ſed non in ſpecie.

30 ℭ Sed clariùs hanc noſtram ſententiam tenet Marſ. d. conſ. pri. col. 4. verſi. & quòd iſti teſtes, lib. pri. vbi teſtes inquit ſingulares probare aliquē crimen læſę Maieſtatis commiſiſſe, ſi interrogati ſint in genere, an ille, contra quem teſtificantur, crimen hoc commiſerit, non obſtante quòd teſtes ipſi deponant ſuper aliquo dicto vel facto ſpeciali ipſius delinquentis, ex quo appareat ipſum commiſiſſe crimen læſę Maieſtatis: & hoc quando conſtat non emanaſſe ſpecialem aliquam inquiſitionem aut accuſationem de ſpeciali aliquo læſę Maieſtatis crimine loquentem, ſed quando generaliter contra aliquem proceſſum eſt quòd crimen hoc læſę Maieſtatis cōmiſerit.

31 ℭ Ex his autem inferri poteſt ad notabilem quæſtionem, quæ ex facto nobis contigit in ciuitate noſtra Comenſi, dum vice aduocati Fiſcalis fungeremur: nouis Conſtitu. ſtatus Mediolani, tit. de banni. & recep. banni. cauetur, commune collegium vel vniuerſitatem permittens bannitum ſtare in eius territorio per bidiuum, in aureis ducentis aliaque grauiori pœna Principis Senatusq; arbitrio eſſe coercendū: modò proceſſum fuit cōtra quoddam commune propter banniti receptionem: teſtes ſuper hoc teſtificantes deponunt ſe vidiſſe bannitum in eo communi habitare per biduū, ſed vnus deponit de duobus diebus, alter de alijs duobus: certè ex prædictis dicendum opinamur hos teſtes probare, ſi ſimpliciter inquiratur contra commune quòd permiſerit habitare bannitum in eius territorio per biduum: ſecus ſi certi dies exprimantur: & ad hoc etiam facit glo. in l. ob carnem. §. fin. in glo. fin. D. de teſti. quæ teſtes inquit ſingulares ſuper poſſeſſione deponentes probare, ſi vnus ſcilicet de vno anno, alius de alio teſtificetur, quando quæſtio in eo eſt, an quis poſſederit, non autem quæritur de poſſeſſione alicuius certi & determinati temporis: quam gloſ. ſequuntur ibi Docto. & in locis ſupra hac eadem gloſ. num. 18. incip. ſed diuerſam, & mult. ſeq. allegatis.

32 ℭ Animaduertendum tamen eſt, ſi teſtes deponerent, vnus de uno die, alter de alio, non probare niſi de vno die, & ſic fundatam non eſſe Fiſci intentionem aduerſus commune. Nec refragantur ea quæ diximus ſupra, hæreſim aliaque ſimilia delicta probari, ſi vnus ex teſtibus deponat de vno articulo, alius de alio, quia ratio eſt quòd ſufficit probare quem ſimpliciter hæreticum eſſe, & in vno tantùm fidei articulo errare, ut per Docto. in locis inibi allegatis: ſed in caſu noſtro ſatis non eſt probare cōmune bannitum per vnū diem receptaſſe, ſed de duobus diebus probatio facienda eſt.

33 ℭ Et ad hoc etiam facit quòd in caſu cap. licèt ex quadam, de teſti. volentis teſtes ſuper conſanguinitate de auditu deponentes probare, modò tamen deponant ſe id à duobus antiquioribus audiuiſſe, non ſufficit ſi vnus

dicat

dicat ſe audiuiſſe ab vno, alter ab alio: ſed opùs eſt vtrunque audiuiſſe à duobus,licèt non eiſdem duobus,ſecundùm glo. ibi,in ver. ab vno, cir.fin. de quo etiam videbis Inno. ibi,in ver. duobus,Hoſti. ſub.§. ſtatuimus,col. pri.verſi. ſed duobus, Butri. col.2.verſi. quærit glo. Abb. col.3.verſi. in tertia parte, Imo.col.fi.verſi. in ea.glo. ibi, vel niſi,& glo. mag. in l. ſi arbiter, quæ eſt pen. & ibi Bal. cir.prin.D. de proba. Corn. conſ.88. viſo proceſſu, col.pri. lib.3. Rip.l.pri. col.12.verſi. item declara.D. ſi cer. pet.

34 ℭ Quæ omnia intelligimus procedere in alijs quoque caſibus,in quibus neceſſe eſt probare plures actus, vt in conſuetudine & iuriſdictione: nam ex quo quando tractatur de probanda conſuetudine circa actus iudiciales duo ſaltem actus requiruntur,ut per Bar. & alios in l. de quibus.D. de legi. conſequens eſt vt duo teſtes, quorum vnus deponit de vno actu, alius de alio non probent: ſed opùs eſt quatuor quando quilibet de vno actu teſtificatur,& ita eſt etiam de mente Bar. in d.l. de quibus, in rep. col.11.verſi. ſed pone quòd teſtes, dum aut duo,inquit, teſtes concordant de vno actu, alij duo de alio,& tunc ſufficit in iudicialibus: aut verò vnus teſtis deponit de vno actu,alter de alio,& ſic de ſingulis: & tunc eſt dubium,ideo ipſe diſtinguit eo modo quo retulimus ſupra num. ab hinc 8. ex quibus Bar. verbis apparet eum velle, ſi quatuor ſint teſtes, quorum quilibet de vno actu deponat, eos tamen probare: ſi tamen eſſent duo & vterque de duobus actibus deponeret,hi etiam probarent,ex mente eiuſdem Bar. vbi ſupra.

35 ℭ Non eſt etiam prætereundum generaliter traditum eſſe iudicem teſtibus poſſe ſingularibus fidem adhibere,ſi ita ei videatur,ita enim voluerunt Soci. in conſ.262. in cauſa Magnifici,col.antep.verſi. confirmatur quia,lib. 2. Cepol. conſ. cau. ciui. 3. ſuper cauſa, in fi. Marſ. conſ.39. dominus labia mea,col.3. in fi.verſi. & facit ſingu.verbum,lib.pri.conſ.73. altiſſimum,col. 3.verſi. eiuſdem initij, ſcilicet, & facit ſingu. verbum, eo.lib. pri. & ſingu. 114. vulgatum, in l.pri.§.fi. col.12.verſi. de qua iuſta cauſa.D. de quæſtio. Brun. in trac. de indi. & tortu. parte pri. quæſtio. ij. col.3. verſi. & ego puto, Barb. inter conſ. Calca. conſ.64. præclarè,col.8. Cur.iun.conſ.106. habita, col.pri.verſi. præmiſſis tamen, & col.3. verſi. coadiuuantur præmiſſa, conſ.178. eiuſdem initij,col.pri.verſi. pro cuius,Crau.conſ.73. dicendum, num.35. lib.pri. & d. conſ.78. num.7. eod.lib.pri. conſ.269. Dominicus, cir. fin. eo. etiam pri. lib. Conr. in trac.de offi. Præto. in cau. ciui. in ver. ſingulares, in 2. decla.

36 ℭ Quam & nos opinionem ſequimur per tex. in l. 3. §. tu magis. D. de teſti.vbi Bar. qui illum.§. legit cum.§. ideoque,generaliter notat iudicis arbitrarium eſſe credere teſtibus necne: quod & repetijt in trac. de teſti.col. pri.verſ.teſtium dicta,in l. Lucius,cir.fin.& ibi Caſtr.D.de his qui not.infa. Ang. conſ.309. factum tale eſt, col. 2. verſi. in dubio ergo, But. in cap. ex literis, col.pri. in 6.nota. de proba. iterum Caſtr. in l. admonendi, col.7. num.39.& 40.D. de iureiu. Imo. in l. qui teſtamento.§.pri. in fi.D.de teſta. Alex. conſ.19. in cauſa appellationis, col.4.verſi. & iſte teſtis, lib.4. conſ. 119. viſo proceſſu,cir.fin. lib.7. Soci.conſ.54. viſis teſtibus,col.fi.verſi. illa autem, & iterum cir. fin. lib. 3. Deci. in conſ. 448. vis tota, col. 3. verſi. modò ijs omnibus, conſ. 510. in caſu, cir. prin. conſ. 596. ad dubia, col. pri. cir. fin. conſ. 650. in cauſa, in prin. Barba. conſ. 32. ſcribitur, col. 2.

verſi. & ideo dixit Bart. lib. pri. Cagno. in rep. l. 2. num. 242. C. de reſcin. vendi.

37 ℂ Quicquid dicat idem Cur. iun. in d. l. admonendi, num. 33. qui velle videtur iudicem teſtibus non debere ſingularibus fidem adhibere, per tex. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. ſed ille tex. loquitur in vnico teſte, vt is non probet, non etiam in pluribus ſingularibus: quo caſu habet locum quod dicitur in d. l. 3. §. tu magis. D. de teſti.

38 ℂ Animaduertendum tamen eſt, iudicem teſti non probanti fidem adhibentem, debere in ſententia cauſam exprimere quare id faciat, ne poſtea contingat eius ſententiam per iudicem appellationis reuocari, ſecundùm Bart. in locis ſupra num. ab hinc 2. allegatis: quod ſequitur ipſe quoque Cur. iun. in d. l. admonendi, num. 33. vbi ſe ita inquit de facto obſeruaſſe, & Fely. in cap. cum veniſſet, col. pri. verſi. in tex. ibi ſecundùm tenorem, de teſti. in cap. de cæterò, col. 5. verſi. demum poteſt, de re iud. Marſ. d. ſingu. 114. in l. fi. §. fi. D. de quæſtio. quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 3. Et iuſta eſſet cauſa quæ iudicem mouere deberet, & quæ in ſententia exprimenda foret ſi ijdem teſtes fuiſſent antea in fauorem eius contra quem deponunt examinati, ſecundùm Crau. d. conſ. 78. num. 7. & 8. lib. pri. vel ſi teſtes eſſent multùm legales, religioſi aut aliàs integri omniq; exceptione maiores, ſecundùm eundem Crau. conſ. 267. Dominicus, cir. fin. eo. lib. pri. vbi allegat Deci. in conſ. 463. in fi. qui tamen dicit hoc iudiciorum rigorem non pati, ideoque id iudici non licere inferiori, ſed ſummo tantùm Pontifici, alijue ſuperiorem non recognoſcenti: & pro Crau. faciunt quæ latè cumulauit Tiraq. in trac. de pœn. cau. 51. Ne mireris autem Lector ſi ab inſtituto paululum fortè digreſſi ſumus, quia ad hoc nos ſumma coegit vtilitas, quam hanc tibi quotidianam quæſtionem, de qua principaliter tractauimus, quando teſtes probent ſingulares, allaturam ſperamus.

39 ℂ DECIMO quæro, an retento themate dicti Comenſis ſtatuti requirentis vicinum bonæ vocis & famæ, admittatur blaſphemator: quod non videtur, quia & is infamis eſt, vt voluit D. Io. Bapti. Plot. in rep. l. ſi quando, num. 803. C. vn. vi vbi concordan. citat, qui tamen id expreſsè non dicunt, ſed aliud quidpiam: veruntamen hoc nos dictum ſequimur, illud tamen intelligentes ſecundùm ea quæ ſupra diximus in vj. quæſtio. huius etiam gloſ.

40 ℂ VNDECIMO quæro, quid in concubinario: ſed & is tanquam infamis admittendus non videtur ſecundùm Crauet. in conſ. 229. quidam clericus, col. 3. verſi. ſecundò principaliter, lib. pri. & Plot. d. l. ſi quando, num. 802. C. vn. vi. & probatur in cap. teſtimonium, de teſti. vbi qui in peccato mortali perſeuerat infamis efficitur: quod & iure ciuili ſaltem in vxorato proditum eſt ſecundùm Bal. in l. 2. C. de ince. nup. vbi idem inquit in habente duas quoque concubinas: ſubdens tamen id de facto non obſeruari, ſed ſi opponatur obtineri poſſe.

41 ℂ Sed contrarium in hoc vltimo Bal. dicto, videlicet immò duas habentem concubinas iure ciuili infamia non annotari, ſenſiſſe videtur Bar. in l. pri. cir. fin. D. de his qui not. infa.

42 ℭ Veruntamen nos priorem Bal. opinionem ſequimur: quam etiam tenet Deci. in conſ.530. viſo puncto, poſt prin. quæ etiam verior videtur iure quoque ciuili inſpecto, quia & eo iure duas quis concubinas habere prohibetur.§.pen. & ibi glo. in ver. indubitatus, qui. mod. nat. effi. ſui licèt tamen quis eo iure non puniatur, vti etiam dicit Bar. vbi ſupra. Et quicquid ſit iure ciuili, hoc iure ſaltem canonico procedit per d.cap. teſtimonium, de teſti. binas autem concubinas habentem certum eſt iure quoque ciuili infamia annotari l.2. & ibi Docto.C. de ince. nup. ſed & hæc intelligenda arbitramur ſecundùm ea quæ ſupra de vſurario dicta ſunt.

43 ℭ DVODECIMO quæro, quid in excommunicato, an & ipſe vti infamis ſit repellendus: quod non videtur, quia eum infamem non eſſe aſſeruerunt Bal. in l. quid ergo.§. pœna grauior, in 2.lectu. col.pen. in fi.verſ. vltimò quæro.D. de his qui not. infa. & Dec. cap.fi. col.2. verſi. & ad hoc facit, de appella.

44 ℭ Sed in contrarium, immò excommunicatum eſſe infamem, eſt caſus in cap.infames.vj.quæſtio.pri. cum concor. per Tiraq. adductis in trac.retrac. tit.pri.§.pri. glo.9. num.271.incip. eſt & aliud, cir.fin.

45 ℭ Ideo pro concordia diſtinguendum eſt, quòd aut quis eſt excommunicatus ex cauſa famoſa, vel ex contumacia ex delicto infamiam irrogante, & tunc efficiatur infamis: alias ſecus, & ita loquitur Inno. quem citat Bal. vbi ſupra, Inno. inquam in d.cap. teſtimonium, in ver. per exceptionem, 2. & ibi ſequuntur Hoſti.§.fin. col.2. But. col.antep.verſi. quæro an ſufficiat, Abb. col.8.verſi. & facit etiam, cum 2. ſeq. Imo. col. pen. in fi. verſi. extra glo. & col.ſeq. Fely. col.9.verſi. quarta concluſio, & col.ſeq. qui id latè declarant, præſertim quid ſi ſecuta ſit abſolutio, vel pendat appellatio, vel inſerta ſit cauſa in ſententia, de teſti. Rom. ſingu.689. incip. in prin. huius, & Tiraq. in d.glo.9. d. num.271.

46 ℭ Illud tamen certum eſt, excommunicatum non dici perſonam bonam aut honeſtam, ſed turpem, ſecundùm Bal. in cap. intelleximus, col.2.verſi. ſed nunquid excommunicatus, & ibi Deci. col.pri. verſi. excommunicatus verò, de iudi. Soc. in conſ.45. viſo, col.pri.verſi. quis autem, lib.pri. iterum Deci. in d. cap.fin. quo loco eum ſupra citauimus, de appel. & ſentit etiam But. in cap. cùm dilectus, in fi. ver. de purg. Cano. dum eam honeſtam inquit eſſe perſonam, quæ ab Eccleſia toleratur: quod ſatis videtur ne idoneus videatur ad præſtandum mulieri conſenſum ex forma d.ſtatuti requiſitum, ſi rectè verba illius ſtatuti ponderentur. Sed ne in his diutiùs immoremur, & alia quæ noſtra magis interpretatione indigent omittamus: ſi ſcire cupias quando ex alijs quis cauſis infamis efficiatur, videbis in d. tit. D. de his qui not. infa. & in tit. C. ex qui cau. infa. irro. & tex. in d.cap. teſtimonium, & ibi Docto. de teſti. & in d.cap. infames.vj.quæſtio.pri.

47 ℭ DECIMOTERTIO quæro, an iſta qualitas ſit probanda ab eo qui dixit vicinum ipſum talem fuiſſe, ſcilicet bonæ famæ & diſcretionis: quod non videtur, quia quilibet præſumitur bonus, ſecundùm gloſ. in l. ſi verò.§. qui pro rei, in ver. dubitetur.D. qui ſat. cogan. dum quemlibet inquit præſumi moribus idoneum, licèt non facultatibus, quia facultates ſunt

ab eo qui eas allegat probandæ: ſicuti & paupertas, cum concor. per Tiraq. adductis in tract. retrac. tit. pri. §. 32. glo. vni. num. 94. incip. nam & vidimus.

48 ℭ At in contrarium Ang. doctri. videtur in l. 2. §. fi. col. etiam fin. verſi. & no. diligenter. D. quemad. teſta. aper. vbi dicit ſe colligere ex Bar. ibi quòd quando optima alicuius opinio, puta teſtis cauſa eſt inductiua plenæ probationis, quæ aliàs plena non eſſet, probandam ipſam eſſe optimam opinionem: ex hoc inferens ad ſtatutum permittens mortem eius, qui extra territorium deceſſit, tribus optimæ opinionis teſtibus de fama deponentibus probari poſſe: intelligens ſcilicet Ang. probandam inprimis eſſe hanc optimam teſtium opinionem, ex quo aliàs hi teſtes de fama deponentes mortem non probarent, ſequuntur Cepol. conſ. cau. ciui. 58. Franciſcus, col. fin. verſi. poſtremò, qui ex hoc infert ad ſtatutum puniens abducentem honeſtæ vitæ & conditionis mulierem, vt ſcilicet qualitas iſta probari debeat ab eo qui eam allegat: quod eſt notandum ad decretum Mediolani tit. de rapto. muli. in prin. Alex. conſ. 82. in cauſa vertente inter Petrum, col. 2. verſi. pro hoc bene facit, lib. pri. conſ. 42. viſis, col. 6. verſi. quinimmò ſecundùm Ang. lib. 4. Barb. conſ. 45. ſcribitur, col. 2. verſi. & plus dixit Ang. lib. pri. conſ. 54. illud afferam, col. 3. verſi. & plus dixit tex. eod. lib. pri. conſ. 6. illud in medium, col. item 6. verſi. ideo eſt dicendum, lib. 4. Iaſ. conſ. 153. difficultas, col. 6. verſi. decimotertiò contra iſtos, lib. 2. Deci. conſ. 37. in cauſa, col. 3. verſi. ſimiliter, & verſi. & quando teſtes, Marſ. ſingu. 187. qualitas, conſ. 7. ſummi cœli, col. pen. verſi. pro quo optimè, lib. pri. conſ. 96. proximis, col. pri. verſi. nam quando, lib. 2. Grat. inter conſ. matrimo. conſ. 75. in præſenti, num. 24. vbi communem hanc dicit opinionem, Soci. iun. conſ. 22. pulchra eſt, col. 4. verſi. quo ſic ſtante, lib. pri. Plot. rep. l. ſi quando, num. 852. C. vn. vi.

49 ℭ Verùm iſta ſic controuerſia ſedari poteſt, vt ſi lex vel ſtatutum per verba poſitiua bonæ famæ loquatur, tunc neceſſaria non ſit hæc probatio: ſi verò per verba ſuperlatiua tunc ſecus, & ita componit Imo. in l. pri. §. ſi quis neget, col. pen. verſi. & eſt diligenter no. D. quemad. teſta. aper. Soci. conſ. 274. in cauſa dominæ Liſæ, col. 12. verſi. poſtremò, lib. 2. Bertran. conſ. 55. viſis, cir. fin. lib. pri. & videtur ſequi etiam Soci. iun. conſ. 39. circa præſentem, col. 5. verſi. & ſi dicatur, lib. 2. dum ſequitur Imo. vbi ſupra, ſubdubius tamen: & hanc nos quoque opinionem ſequimur.

50 ℭ Quanquam contrarium ſimpliciter, neceſſariam ſcilicet non eſſe huiuſmodi probationem, voluerunt Io. de Ligna. & Fran. de Rampo. vti eos refert Imo. quo loco eum ſupra citauimus, & quos ſequitur Cur. iun. in trac. de teſti. conclu. 35. num. 39. vbi expreſsè recedit ab hac Imo. diſtinctione, quam aſſerit Imolam expreſsè non affirmare: quod tamen falſum eſt, vt videri poteſt: & ſecundùm hanc Imo. & ſequacium opinionem ſatis dici poteſt malè conſuluiſſe Cepol. d. conſ. 58. ex quo ſtatutum de quo ipſe mentionem facit, per verba poſitiui gradus loquebatur, vt ſupra retulimus, vti & noſtrum Comenſe ſtatutum facit: in quo propterea tenendum eſt neceſſariam non eſſe huiuſmodi probationem. Et ſimiliter Deci. malè conſuluiſſe uidetur in d. conſ. 37. cum & ipſe loquatur quando requiruntur teſtes bonæ opinionis.

GLOS-

GLOSSA DECIMATERTIA IN VER. NOLVERIT CONSENTIRE.

1 PRIMO quæro, an recuſationis cauſa ſit per iudicem examinanda: quod affirmauit Bar. in l. ſi cum dotem .§. eo tempore, ante med. verſi. & per hoc dicebam. D. ſolu. matri. vbi loquens de ſtatuto prohibente mulierem contrahere aut teſtari ſine conſenſu propinquorum, ſi conſanguinei, inquit, conſentire recuſant, iudex contradictionis cauſam examinabit, & ſi iuſta videbitur, bene quidem: aliter iudex ipſe permittet mulierem teſtari aut contrahere, cum inſi. concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. xv. vbi tamen, dum allegat Bal. in d. §. eo autem tempore, id meo in libro non tangit: & dum refert eundem Bal. in l. in coniunctione, col. fin. verſi. quid ſi iſti duo, veriùs eſt in verſi. quæro quid ſi iſti duo, in pri. lectu. C. de nup. & dum meminit Abb. in cap. tuæ fraternitatis, char. vlt. eſt col. pri. verſi. quod facit ad quæſtionem, de cleri. non reſi. & dum citat Fely. in cap. ſuper quæſtionem. §. pri. col. vlti. verſi. vltimò, eſt in cap. ſuper quæſtionum. §. pri. in fi. eo. tit. & dum aduocat Iaſo. in l. bonorum. C. eod. tit. voluit aduocare in tit. C. qui admit. & dum adducit Bar. in l. fin. C. de appel. reci. voluit adducere. D. eo. tit. & dum commemorat Aret. conſ. 73. nobis eſt conſ. 72. in 7. dub. & vltra per ipſum Tiraq. allegata, ſequuntur etiam Abb. in cap. relatum, poſt med. de cleri. non reſi. Imo. in cap. cum nos, vbi tamen ipſe meo in libro legit cum vos, col. 6. verſi. quid autem eo caſu, de his quæ fi. à præla. ſi. con. cap. Iaſ. in l. cùm ſpecialis, col. 2. verſi. ſimiliter ſi ſtatutum requireret. C. de iudi. Deci. in l. pri. in pri. lectu. col. 4. verſi. nec ob. quòd patre, num. 9. & in 3. lectu. nu. 86. C. qui admit. Io. Duran. de art. teſta. tit. pri. cau. 2. nu. 3. Io. de Arno. epit. 30. incip. quia hic caſus, Alber. Brun. in trac. de correc. & relax. ſolen. & for. char. pen. col. illius char. 4. verſi. item fit extenſio, char. omnium 98. Chaſſa. in commen. conſue. Burgun. tit. 4. §. pri. in glo. in ver. & authoritè, poſt med. verſi. ſed pone, Ferro. in commen. conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. 4. verſi. & ſi contractus, Rolan. à Valle conſ. pri. in præſenti, col. 19. num. 181. & ſeq. lib. 2.

2 ¶ Aduerte tamen quòd ſupraſcriptam concluſionem limitauit Bal. in rub. C. de contra. empt. in xxiiij. quæſtio. non procedere quando vltra propinquorum conſenſum ſtatutum iudicis etiam decretum requirit, quia tunc ſcilicet iudex illis conſentire recuſantibus non poteſt hunc ſolus defectum ſupplere: niſi tamen duo iudices adhibeantur, quorum vnus hunc defectum ſuppleat, alter iuxta ſtatuti formam conſentiat, ſecundùm Saly. in l. dudum, cir. fin. verſi. ego tamen. C. eo. tit. cum concor. per Tiraq. vbi ſupra d. glo. 8. num. 133. incip. tertiò declara, commemoratis, & præterea Alber. Brun. quo loco eum ſupra proximè citauimus: quæ tamen non procedunt in noſtro hoc Mediolanenſi ſtatuto, quod ſtatuit ſufficere iudicis authoritatem agnatis conſentire recuſantibus: nec etiam in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto huic ſimillimo: quod eo in caſu prouidet duorum vicinorum bonæ diſcretionis & famæ conſenſum eſſe adhibendum.

3 ¶ SECVNDO quæro, an citandus ſit agnatus vt ad conſentiendum veniat: quod ex prædictis videtur, cum aliàs non poſſit iudex contradictio-

nis cauſam examinare,& ita expreſſiùs voluit Aret. quo loco eum in præce. quæſtio. citauimus, vbi loquitur in conſenſu patris requiſito in iudicio per filiumfamilias agitato, vbi etiam dicit iudicem cautiùs facturum ſi interloquatur filiumfamilias poſſe ſolum in cauſa procedere patre contumace exiſtente: & ita agnatum citari ſeruat Senatus & alij iudices.

4 ℭ TERTIO quæro,an in citatione contractus per mulierem celebrandus cum ſuis ſit qualitatibus exprimendus: quod verius opinamur per tex. in l. fin. cum ibi nota. per Docto. præſertim Iaſo. C. de iu. emp. cum infi. concor. per Tiraq. cumulatis in trac. retrac. tit. pri.§. 36. gloſ.2. num. 31. incip. quid enim, cum quat.ſeq.

5 ℭ Obſtare tamen videtur quod noſtrum ad propoſitum annotauit Bal. in l. fin. in fi.C. de neg.geſ. vbi ſi ſtatutum, inquit, prohibeat mulierem teſtari niſi præſentibus coniunctis, vel facta eis proteſtatione quòd interſint, generalem ſufficere proteſtationem,mulierem teſtari velle,licèt teſtamenti qualitas non exprimatur: ſed reſponderi poteſt, aliud eſſe quando ſtatutum loquitur de teſtamento: & aliud quando de contractu: quod & videtur de mente ipſius Bal. dum ibi ea mouetur ratione,quia teſtamentum mutare mulier poteſt: quod in contractu non permittitur, quia irreuocabilis eſt, vt diximus ſupra in glo.7. in ver. conſenſus, quæſtio.xvij. num.35. Et ad hoc etiam facit, quia in caſu huius ſtatuti generalis non ſufficit conſenſus,vt aſſeruimus ſupra in glo.7. quæſtio.xxj. & dicemus etiam in glo.20.in ver. conſtituere procuratorem, quæſtio.iij.

6 ℭ QVARTO quæro,an ſi non comparuerit agnatus in prima citatione,ſit iterũ ſecundò aut tertiò requirendus: quod nõ arbitramur,per nota. per Bal. in cap. ex parte Epiſcopi, col.pri.verſi. item ſi ſtatutum, de reſcri. vbi ſi lex,inquit, aut ſtatutum alicuius præſentiam ſimpliciter requirat,ſatis eſſe eum ſemel interpellari, per cap. fin. de arbi. in 6. quem ſic refert & ſequitur Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.6. num 36. incip. illud autem: licèt ipſum Bal. in meo libro non repererim: nec enim vllum eſt eo in tit. illius initij cap. ſed ad hoc etiam facit quod dicimus regulariter vnam ſufficere proteſtationem,ſecundùm Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, col.2.verſi. tertiò opp. qui id declarat quomodo intelligatur,& ibi ſequuntur Rom. col.pri.verſi. inquantùm Bar. in 2. oppoſitione,Imo. qui illam l. legit ſimul cum l. in prouinciali, col.fin.verſi. adde etiam, Alex. col. pri. & 2.ſeq. Iaſ. col.5.verſi. contra iſtud,& Aquen. col.3.verſi. item in illo.D. de no. oper. nun. eundem Alex. conſ.80. ſtantibus his, col.pri. vbi communem hanc dicit opinionem, lib.4. & Tiraq. de retrac. tit. pri.§. 9. glo. 3. & vlti. num.23.incip. & licèt,vbi alios citat concor.

7 ℭ Aduerte tamen Lector beneuole, quia dubitari poteſt, ſi poſt terminum in citatione contentum agnatus compareat & contradicat,an audiendus ſit, ſaltem ſi iuſtam contradictionis cauſam alleget ad impediendum contractum: quod videtur,refarcitis tamen contumaciæ expenſis, quia ita generaliter obſeruatur, contumacem poſſe contumaciam purgare ſoluta contumacię impenſa ex diſpoſitione ſtatutorum tam noſtrę Comenſis quã huius Mediolanenſis ciuitatis, quod & iure communi cautum eſt,l. Sancimus.C. de iudi. verùm nos hoc admitteremus ante confectum per mulie-

rem

rem inſtrumentum: ſecus poſt eius confeſſionem, eo quia res non eſſet ampliùs integra,& quia iudex illius defectum iam ſuppleuiſſe diceretur: quod ſatis videtur eſſe de mente huius etiam ſtatuti: & quoniam mora purgari nequit niſi intra id tempus quo actus geri poteſt,ſecundùm Bal.in conſ.57. punctus quæſtionis talis eſt, col.pri.verſi. præterea vitium, lib.5. quem ſequitur Tiraq. de retrac. tit.pri.§.pri. glo. 10. num. 86. incip. quibus illud: apud quem etiam eo in num. atque in præce. & ſeq. videbis nonnulla alia ab eo congeſta ad hanc rem nonnihil pertinentia.

8 ¶ Hic autem huic finem gloſſæ facerem, niſi illud in mentem veniret, quod te Lector monendum cenſeo, ſi agnatus mulieri ſe conſenſum non præſtiturum iurauerit, inutile eſſe hoc iuſiurandum, eique ideo remitti, vt in patre ſe filio agenti non conſenſurum iurante voluit Spec. tit. de acto. col.12.verſi. ſed quid ſi iurauerit.

GLOSSA DECIMAQVARTA IN VER.
CVM AVTHORITATE ALICVIVS IVSDICENTIS.

1 PRIMO quæro, an ſufficiat præſentem eſſe iuſdicentem, tametſi non exprimentem ſe authoritatem interponere: quod videtur,ſicuti dicimus in donatione, quæ ſatis dicitur inſinuata,ſi præſente iudice facta ſit, licèt is non expreſſerit ſe eam admittere, ſecundùm Bar. in l. Modeſtinus, col.pri. cir.fin.verſi. ex hoc apparet quòd decretum, vbi ſequuntur Rom. col.pri.verſi. item adde inquantùm dicit, & Alex. in apo. ipſius Bar.D. de dona. iterum Bar. in l. omnium, in fi. & ibi Bal. ante fin. verſi. item not. quòd ſufficit, Caſtr. cir.med.verſi. ex tertia parte no. Alex. col.pri. verſi. in tex. ibi reſponderit & Iaſ. col. pri. verſi. in tertia parte.C. de teſta. eundem Bal. in l. illud, col.3. verſi. illud eſt notandum quantumcunque,iuncto verſi. ex prædictis.C. de ſac. ſan. eccle. in l.3. in fi.C. de diuer. reſcri. & ſuboſcurè in cap. cùm acceſſiſſent, col.2.verſi. ibi inſinuatione, de conſti. in conſ.451. nobilis Marchio, cir.fin.verſi. tamen ego dico, lib.pri. Imo. in cap. cùm contingat,char.pen. col.3.verſi. alia eſt opinio,de iureiu. Ang. Aret. in §.aliæ,col.2.verſi. ex hoc etiam apparet,vbi communem hanc dicit opinionem, inſti. de dona. iterum Alex. conſ.157. viſo inſtrumento, cir.prin. lib.2. conſ.20. ponderatis, col.2.verſi. & hoc poſito, lib. 3. Franc. Aret. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram, in pri. nota. D. de acqui. hære.

2 ¶ Sed diuerſum voluit Guili. Cun. in d.l. illud, Bal. ſibiipſi contrarius in l. cùm hi, in prin. in pri. lectu. ante med. verſi. ex quo no. D. de tranſac. (quamuis à Iaſo. vbi ſupra, contrariam in ſententiam aduocetur) in cap. cùm in veſtri, col.pri.verſi. pone ſtatutum requirit, de electio. Guid. Pap. deciſi. 325. poteſt fieri,Cana. in trac. de inſinua. quæſtio.xiiij. vbi ita intelligendos inquit Bar. & Bal. in d.l. omnium,per nonnulla quæ ſcienter allegat, quem videtur ſequi Tiraq. in trac. de legi. connu. glo.7. num.32. cum 2.ſeq. dum ſe ad eum remittit.

3 ¶ Ex quibus dubia hæc redditur quæſtio: tu tamen Lector candide animaduerte, quicquid ſit in caſu prædicto, in noſtro tamen ſtatuto rem claram

ram videri, quoniam qui tenent donationis inſinuationem fieri poſſe coram iudice non loquente, mouentur quia in ea non videtur requiri decretum, per tex. in l.fin.C. de prædi.curi.lib.11. ſed veriùs eſt de prædi.decuri. lib.10. At ſecus eſt ex mente præfatorum quoque Docto. quando requiritur, vti eſt in caſu noſtro, in quo authoritas iusdicentis deſideratur, per verba quæ commentamur: quo fit vt quum authoritas neceſſaria eſt, loquela & confirmatione expreſſa opus ſit, vt colligitur ex Bal. in d.cap. cùm in veſtri, de elec. & ex Iaſ. in d.l. omnium. C. de teſta. vbi allegat glo. in l. vbi non voce.D. de reg.iur. quæ hoc probare non videtur: ſed id apertè probat tex. in l.pri.§.fi.D. de tute. vbi mutum dicitur tutorem dari non poſſe, quia authoritatem præſtare nequit, quaſi dicat tex. quia loqui non poteſt, & in præſtanda authoritate opus eſt loquela, & ibi not.Bar.& nos quoque diximus ſupra in glo.8. in ver. mariti, quæſtio. xv. Et hinc conſueuerunt notarij dicere in fine inſtrumenti, & prædicta omnia acta fuerunt coram tali D. Iudice ſuam authoritatem & decretum interponente, facientes ipſum iudicem reſpondere & his omnibus annuere. Si tamen ſcire velis quid nos quoque ſentiamus in caſu inſinuationis donationis, & ſic quando præſentia alicuius requiritur, an expreſſo opus ſit conſenſu, videbis quæ diximus ſupra in glo.7. in ver. conſenſus, quæſtio. pri. ij. & meliùs 3. ita tamen vt memineris ſi tempore inſinuationis faciendæ coniuncti compareant contradicantque faciendam non eſſe, quia donans dolo, metu, aut iracundiæ calore ad donandum ſit inductus, tunc ſine dubio decreto & interlocutione iudicis opus eſſe, ſecundùm Bal. diuerſas ſic opiniones concilian tem in l. nequicquam.§. vbi decretum, col.2.ver. quod autem.D. de offi. procon. & Iaſ. in d.l.omnium, col.pri.in fi.verſi. limita tamē ſingulariter.C. de teſta. in conſ.51. in hac dubitatione, col.pen.verſ.& pro iſta diſtinctione, lib.pri.

4 ℭ SECVNDO quæro, an debeat etiam iudex, in interponenda eius authoritate, cauſæ cognitionem adhibere: quod non videtur: ſicuti etiam non debet quando apud eum donatio inſinuatur, ſecundùm Oldra. conſ. 253. factum tale eſt, cir.med.verſi. tertiò videndum eſt, Bar. in l. Modeſtinus, poſt prin.verſi. item quæro an iudex debeat, & ibi Rom. col.2. verſi. tertiò adde inquantùm Bar. & Alex. in apo. ipſius Bar. in ver. reſpondeo. D. de dona. eundem Bar. in l. in hac, per illum tex. & ibi Saly. cir. prin. verſi. item collige.C. de dona.Imo. in l. Aquilius, in fin.ver.D.eo.tit.Alex. conſ. 157. viſo inſtrumento, col.pri. in fi.verſi. ſed non eſt dubium, lib.2. quam tamen inſinuationem conſtat requiri ad effectum ne fraudes in donationibus fiant.l.lata, vt hodie legitur, aliàs data.C. de dona. qua de cauſa hoc noſtrum quoque ſtatutum factum conſtar, ne mulier ſcilicet ob eius imbecillitatem deciperetur, vt diximus ſupra in præſa. in pri. dub.

5 ℭ Verùm & hic contrariam ſententiam tenuiſſe reperio eundem etiam Bar. ſibiipſi inconſtantem, in l. ſi conſul, poſt med.verſi. nam cauſæ cognitionem, & ibi Bal. col.fi.verſi. tertia quæſtio.D. de adop. itaque hac in controuerſia noſtrum neceſſe eſt iudicium interponere.

6 ℭ Igitur pro poſteriori opinione, quæ cauſæ cognitionem deſiderat, facit tex. in l. ſed ſi hac lege.§. liberos, verſi. Prætor ait.D. de in ius voc. in l. cùm hi.§. vult igitur. D. de tranſact. vbi Bar. Iaſ. & alij not. quando aliquo in actu iudicis authoritas requiritur, id cauſa cognita intelligendum.

7 ¶ Concludendo tamen priorem in ſententiam magis inclinamus, cùm hoc moderamine niſi propinqui compareant aſſerentes vtilem non eſſe mulieri contractum, & nolle ſe ei conſenſum præſtare, quia tunc opus erit diſcutere, an vtile ſit mulierem contrahere, necne, ſecundùm ea quæ diximus ſupra in glo. præce. quæſtio. pri. Non inficior tamen ſi iudex videat mulierem decipi, ſuam non debere authoritatem accommodare, cum hoc ipſum ſtatutum introductum ſit ad prouidendum ne mulieres decipiantur, vt ſępe diximus: quod & in donationis inſinuatione conſtitutum eſt, quam iudex admittere non debet ſi fraudem cernit adhiberi, per d. l. lata. C. de dona. de conſuetudine tamen ſolent notarij in inſtrumento aſſerere adhibitam fuiſſe cauſæ cognitionem, ideoque non erit ab ea recedendum, per l. minimè. D. de legi. quam etiam opinionem expreſſim in caſu noſtro, ſcilicet in ſtatuto requirente iudicis authoritatem in obligatione minoris vel mulieris, reperio tenuiſſe Caſtr. in d. l. cùm hi. §. ſi Prætor aditus, in prin. D. de tranſac. vbi ſufficere inquit, ſi in inſtrumento dicatur interpoſitam fuiſſe authoritatem cum cauſæ cognitione, licèt expreſſa nō ſint particularia, ſubdens etiam Caſtr. addendum eſſe, & repertum fuiſſe contractum cedere in vtilitatem minoris aut mulieris, quæ poſteriora verba nòn ſolent notarij apponere quum aſſerunt cauſæ cognitionem interueniſſe, ſed ea interponunt iuriiurando quod vir & agnatus ex forma huius ſtatuti facit quum mulieri conſentit.

8 ¶ Non obſtant quæ nos ſupra pro contraria opinione adduximus, quoniam non procedunt in his quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis, ita enim limitarunt ipſe Bar. in d. l. ſed ſi hac lege, in d. verſi. Prætor ait, quem pro. §. legit. D. de in ius voc. vti arbitramur voluntariæ eſſe iuriſdictionis hunc actum quem facit iudex quando interponit authoritatem contractui per mulierem celebrato: ſicuti dicimus & in actu inſinuationis donationis, vt eſt glo. in. §. iuſiurandum, in ver. nulla, & in ver. quicquid, in aût. de defen. ciui. Oldr. in conſ. 253. factum tale eſt, cir. med. verſi. tertiò videndum eſt, Io. And. in addi. Specu. tit. de inſtru. edi. §. porro, col. 4. verſi. quidam autem, in ver. ſubſcribat, poſt med. verſi. viſo de iudice, Bal. in l. illud, col. 3. verſi. illud eſt notandum quod inſinuatio. C. de ſac. ſan. eccle. vbi tamen corruptus eſt, quia dum inſinuationem ad ordinariam, inquit, iuriſdictionem pertinere, vult dicere voluntariam, in l. in hac, ante med. verſi. ibi ſiue abſentis, & iterum poſt med. verſi. quæro an iſta. C. de dona. in l. generaliter. §. fi. cir. med. C. de reb. cre. Imo. in cap. cùm contingat, char. pen. col. 3. verſi. & eſt iſte actus, de iureiu. Alex. conſ. 157. viſo inſtrumento, col. pri. verſi. nec ob. ſi diceretur, lib. 2. Roma. in l. Modeſtinus, col. 2. verſi. item & alia ratione quia inſinuatio. D. de dona. Cana. in trac. inſinu. quæſtio. vj.

9 ¶ TERTIO quæro, ſi iudex non dicat ſe authoritatem in contractu interponere, ſed contractum confirmare, an id ſufficiat: quod verius arbitramur ex mente Bar. ſi ſolerter inſpiciatur in l. fin. in fi. C. de prædi. Deci. lib. 10. nam licèt velle videatur vtrunque eſſe neceſſarium, ſcilicet iudicem debere dicere ſe prædicta agitata confirmare, & authoritatem interponere: tamen ex quo ſtatim ſubiungit confirmare, idem eſſe quod decretum interponere, ſatis dici poteſt eius mentis fuiſſe alterum ſufficere, & ad hoc vide omnino quæ diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xxxiiij.

ex quibus colliges communiorem eſſe opinionem, authoritatem per verba quoque æquipollentia præſtari poſſe.

10 ℭ QVARTO quæro, an hæc authoritas ſit in ſcriptis præſtanda: quod magis putem: ſicuti obſeruatur & cùm donatio apud iudicem inſinuatur, vt tradit Bal. in l. illud, col. 2. verſi. illud eſt notandum. C. de ſac. ſan. eccle. Imo. in cap. cùm contingat, char. pen. col. 3. verſi. ſed iuxta. D. de iureiu. Alex. conſ. 157. viſo, poſt prin. vbi concor. citat, lib. 2. Cana. in trac. de inſinua. quæſtio. xvij. Iaſ. conſ. 51. in hac, poſt prin. lib. pri. & propiùs ad terminos noſtros in decreto in contractu minoris ob illius imbecillitatem requiſito, vt in caſu noſtro, tradit Albe. in l. ſi alterius, col. fi. verſi. item in decreto, iunctis præceden. C. ſi min. ſe maio. dix. & ita hanc authoritatem ſcriptura interueniente accõmodari conſuetudo obſeruat. Ex quo intelligis Lector non poſſe eam teſtibus probari, niſi tamen teſtes deponerent eam fuiſſe in ſcriptis interpoſitam, ſecundùm nota. per Bal. in l. geſta, col. fin. verſi. item appellatio, iuncto verſi. ſed an productio. C. de re iudi. Cana. in trac. inſinua. quæſtio. xxxij.

11 ℭ QVINTO quæro, an iſta authoritas ſit ante contractum, an in principio inſtrumenti, aut in medio, aut verò in fine interponenda: & glo. in cap. pri. in ver. tractatus, cir. fin. de reb. eccle. non alie. in 6. decretum, inquit, ante contractum eſſe interponendum, quam glo. 161. alij quoque Docto. ſequuntur, & voluit etiam Bal. in l. magis puto. §. non paſſim, cir. med. verſi. in tex. ibi tunc permittet, per illum tex. D. de reb. cor. in l. fi. §. ſinautem æs alienum, cir. med. verſi. & eſt ratio. C. de bon. quæ lib. & in tit. de feu. ſi. culp. non amit. cap. ſi quis miles, cir. med. verſi. de decreto, Alex. conſ. 80. viſis, col. 3. verſi. præterea potuit, vol. 5.

12 ℭ Verùm idem Bal. in l. fi. in prin. C. de magi. conue. putat non referre vtrum in principio, an verò in fine inſtrumenti decretum interponatur, & ſic ſentit ſufficere in ipſo inſtrumento accommodari: quem ſequitur Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, col. pen. verſi. vltra Bar. num. 46. vſque ad nu. 49. D. de acqui. hære.

13 ℭ At nos ſequimur eam opinionem quam conſuetudo approbauit, vt in fine ſcilicet inſtrumenti adhibeatur, facta ad omnia præcedentia relatione, hoc modo, ſuper quibus omnibus & ſingulis D. talis Iudex ſuam & communis Mediolani interpoſuit authoritatem & decretum, vti de hac conſuetudine atteſtatur & Bal. in l. pri. col. antep. in fi. verſi. ſed dubitatur vtrum, num. 48. C. qui admit. qui loquitur in terminis ſtatuti prohibentis mulierem ſe obligare ſine decreto iudicis, vbi tamen ſubdit ipſe, poſſe in alia quoque parte inſtrumenti interponi, modò ad omnia referatur, ſequitur Philip. Peruſi. in d. cap. pri. col. 4. verſi. in ea. glo. ibi interponitur, de reb. eccle. non alie. in 6. & idem, decretum ſequi debere actum, tenuit idem Bal. in l. nec ei. §. ſatiſdatio, cir. fin. verſi. extra nota, de adopti. & tenuiſſe videtur etiam Specu. de inſtru. edi. §. porro, col. 4. verſi. quidam autem: & eſt de mente Bart. quoque in l. legitimos, col. 2. verſi. vltimò ſcias. D. de legi. tuto. dum tutorem inquit debere priùs inuentarium facere, antequam ſuum iudex decretum interponat: quicquid dicat Iaſ. in d. §. iuſſum.

14 ℂ Fateor tamen ſi compareat agnatus, qui neget ſe velle conſenſum præſtare eò quòd contractus per mulierem celebrandus ei inutilis ſit futurus, tunc neceſſarium eſſe iudicem interloquendo decretum interponere, cùm eo caſu cauſæ cognitio requiratur, iuxta ea quæ diximus in glo. præceden. quæſtio. pri. & ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. ij. & ita conciliari poſſunt opiniones: nam in contrarium allegata, ſcilicet tex. in d.§. non paſſim, loquitur quando requiritur cauſæ cognitio, vt probat tex. in l. ob æs alienum.C. de prædi. mino. quem tex. ſcias Lector malè in id allegari, taxatiuam dictionem ſimiles caſus non excludere, quia illud verbum tantùm referri debet ad illa verba, cauſa cognita, vt ſit ſenſus, propter æs alienum alienationem prædij ruſtici minoris cauſa tantùm cognita permitti, non autem ob æs tantùm alienum: & ita non ineleganter tradit Alcia. lib. diſpun. 4. cap. 5. & ſequitur D. Camil. Plau. in l. pri. in ver. non aliter, num. 43. D. de offi. eius cui man. eſt iur. vbi latiùs etiam ſe ſcripſiſſe refert lib. varia. lectio.

15 ℂ SEXTO quæro, an poſſit hæc authoritas celebrato iam contractu ex interuallo accommodari: & non poſſe in inſinuatione donationis ſentire videtur Specu. tit. de inſtr. editi. §. porro, col. 4. verſi. quidam autem, & ibi Io. And. in ver. ſubſcribat, qui limitat ſi incontinenti ſequatur, & clariùs & latiùs Cana. in trac. inſinu. quæſtio. ij. Et idem in ſtatuto diſponente nullum ordinamentum per Antianos ciuitatis fieri poſſe ſine authoritate Prætoris, vt ſcilicet hæc authoritas non poſſit interuenire poſt niſi incontinenti vnoque contextu annotauit Ang. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, poſt prin. verſi. & per hoc deciditur quæſtio. D. de acqu. hære.

16 ℂ Sed contrarium in inſinuatione donationis tenuit Bar. volens poſſe ſequi etiam poſt in l. Modeſtinus, cir. med. verſi. an poſſit fieri, vbi ſequitur Alex. in apo. eius. D. de dona. Imo. in cap. cùm nos, licèt ipſe corruptè legat cum uos, col. 5. verſi. item quia videmus, de his quæ fi. à præla. ſi. con. capi. Corn. conſ. 36. ſi rectè, col. 2. verſi. præterea dato, lib. 3. Alba. conſ. 4. caſus iſte, num. 49. Et in caſu Ang. in d. §. iuſſum, contrarium ante eum tenuerunt ibi Dyn. & Cyn. & poſt eos Bal. cir. med. verſi. item inducitur, quorum opinionem tolerabilem dicit etiam Imo. ibi col. fi. verſi. quid autem in ſtatuto, licèt ſubdat tutiùs eſſe ad euitandas opiniones in ipſo actu vel ſtatim poſt interponi, qui reſpondent ad id quo mouetur Ang. dum dicit hic tractari de authoritate, ideoque eam in ipſo actu eſſe interponendam per illum tex. cum ſimili. reſpondent inquam hic authoritatem ſumi pro confirmatione, & idem Imo. in d. cap. cum nos, col. 6. verſi. & iſtud facit, & col. ſeq. ſuper qua Ang. quæſtione videbis etiam Rom. in d. §. iuſſum, & ibi Alex. col. pen. verſi. & ex iſtis. In qua etiam ſententia fuit Bal. in l. cùm ipſe, col. fin. verſi. extra quæritur. C. de contra. empti. vbi generaliter dicit decretum poſſe interponi ſeorſum.

17 ℂ Verùm cum iſta iudicis authoritas ſuccedat loco conſenſus agnati, qui per modum authoritatis requiritur, ideoque non poteſt poſt actum interponi, vt aſſeruimus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xij. conſequens eſt, vt dicamus hanc quoque iuſdicentis authoritatem nō poſſe poſt contractum adhiberi, cùm præſertim in præfa. in pri. dub. aſſeruimus huius ſtatuti ſolennitatem ad integrandam mulieris perſonam, & ſic per modum veræ authoritatis non confirmationis fuiſſe introductam: & ad hoc etiam

con-

conſert quod in præce. quæſtio. diximus: verum eſt tamen quod ex nonnullorum ſententia retulimus, iudicis authoritatem poſſe poſt actum ſequi incontinenti per dicta ſupra in d.glo.7. quæſtio.xiiij.

18 ℭ SEPTIMO quæro, an valeat authoritas hoc modo interpoſita, ſi & inquantum de iure debeo vel poſſum: quam queſtionem tetigit Bar. in l. & ſi conditionalis.D. de aut.tut. vbi arguit pro & contra, non audens tamen decidere, ſed idem Bar. in l. cùm propter.D. de lega.præſt. per illum, inquit, tex. iudicis decretum hoc modo interpoſitum valere, & contractum confirmare: & in terminis noſtri ſtatuti requirentis iudicis decretum in obbligatione mulierum, voluit. Bal. in l.pri. col.antep. verſi. vlteriùs quæro, ſub num.47.C. qui admit. vbi hoc verum intelligit ſi æquitas contractus ſuadeat interponi ipſum decretum, ſecus ſi diſuadeat idem Bal.in l. potuit, col. 3. verſi. octauò quæritur.C. de iu.deli. Ang. in l. iudex, col. pri. verſi. quid autem in decreto, & ibi Imo. in fin.ver. & Alex. ante fin.verſi. ſimiliter.D. de re iudi. idem Imo. in cap. cùm nos, ſiue, vt ipſe legit, cùm vos, col. 5.verſi. quid autem ſi iudex, de his quæ ſi. à præla. ſi. conſ. cap. Rom.conſ. 501. vt declarationem, col.2.verſi. his itaque, & Soci. conſ.47. col.2.verſi. ſed quicquid, lib.4.

19 ℭ Et facit quod voluit glo. in cap. cùm contingat, in ver. nihilominus, in ſi. de offi. dele. vbi iudicem, inquit, dubitantem an probationes aliquæ ſint admittendæ necne, poſſe eas admittere cum hac conditione, vbi de iure valeant, & ibi ſequuntur But. col.2.verſi. quæro, cum ſequenti glo. Abb. col.3.verſi. ſecundum dictum, & Imo. col. 2. verſi. in eadem glo. in ſi. qui id extendunt ad omnes alios iudiciales actus, excepto But. qui intereſſe putat inter exceptiones proceſſum impedientes & dilatorias, & Fely. col. 3. verſi. in eadem glo. ibi, niſi iudex, qui Abb. & Imo. opinioni ſubſcribit, & expreſſim etiam in decreto Bal. ſententiam ſequitur, de offi. dele. Et quod in vaſallo, vt feudum hac conditione alienare poſſit, voluit Bal. in cap.pri.§. hoc quoque, col.pen.verſi. ſed pone quod vendidit, de ſuc. feu. vbi tamen declarat id non procedere vbi captio contra dominum reſultaret per corporalem rei traditionem, vt ſi fortè tradatur caſtrum quod vix recuperari poſſit. Et quod in iudice donationem his verbis inſinuante, nulla tamen de prædictis mentione facta, voluit Cana. in trac.inſinua.quæſtio. xiiij. poſt med.verſi. & puto ſufficere.

20 ℭ At idem Bar. in l. ſi quando, in fine prin. D. de leg.pri. nota inquit arg. ad ea quæ tota die fiunt, iudex dicit confirmo hoc ſi valet de iure, vel admitto inquantum de iure debeo, quod nihil releuat, dicens ſe aliqualiter dixiſſe in l. iudex. D. de re iudi. vbi in ſi. ſi iudex, inquit, aliquem hunc in modum condemnet, quia conſtat te delictum tale commiſiſſe, ideo ſi ex hoc delicto tanta tibi pœna venit imponenda ſecundùm ſtatuti formam, in tantam te condemno, aliàs in plus & minus ſecundum eiuſdem ſtatuti formam, valere quidem ſententiam quatenus declarat delictum illud per eum commiſſum eſſe, ſed non quò ad pœnam: poſſe tamen in executione ſententiæ pœnam declarari: quod & repetijt idem Bar. in l. moris.§. iſte ferè. D. de pœn. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum vbi ſupra, & in l. pri. in prin. col.pen.verſi. quid ſi iudex apponit.D. ad S. C. Tertil. dum idem facit, & ſequuntur Abb. poſt Iac. Belui. quem citat, in trac. ſtatu. parte 2.

quæſtio.

quæſtio. clxxx. incip. talem etiam quæſtionem, Bal. in l. & ſi ſeuerior, col. 5. verſi. tertiò quæritur. C. qui. ex cau. infa. irro. in l. ſi quis filio exhæredato.§.fin. in fin.ver.D. de rit.nup. in l. non dubium, col.6.verſi. ſed iuxta hoc.C. de legi. in aut. decernimus,cir.fin.verſi. ſed pone.C.de epi. & cleri. in l. quid ergo.§. pœna grauior,in 2.lectu.col.5.verſi. iuxta hoc quæro,vbi ita inquit iudiciorum vſus ſeruare.D. de his qui not. infa. in l. item Labeo, in pri. lectu. in pri. ver. & ibi Floria. in §. familiæ.D. fam. herci. idem Bal. in l. certi conditio.§.quoniam,col.pen.verſ. octauus ſi iudex.D. ſi cer.peta. Saly. in l. ea quidem.§. quia propter,col.5.verſ. ſi autem purè.C.de accuſa. Ang. in l. non quemadmodum , ante fin.verſi. practicant etiam.D. de iudi. Anc. conſ.208. iudex de iure , col.2.verſi. quartò verba hæc ; & in cap. ea quæ fiunt,col.9.verſ. tertia quæſtio,& col.ſeq. de reg.iur.in 6.Abb.in conſ. 73. videtur , col.pri.verſi. non obſtat ſi dicatur ; iunctis fin. ver. vol. pri. in cap. in literis, col.2.verſi. etiam in tantum,de offi. dele. Aret. conſ.28. diligenter,col.2.verſi. venio ad ſecundum,& in l.ſi ita ſcriptum,col.3.verſi.extra glo.D. de leg.pri. Alex.conſ.90. ferè omnis vis,per totum,maximè col. 2.verſi. & idem eſt,qui etiam id declarat vol.pri. Fely. in cap. quò ad conſultationem,col.4.verſi. & de ſententia , de re iudi. de quo etiam per Ang. in d.l. iudex, col.pri.verſi. adde quòd ſi iudex, & ibi Imo. col.5.verſi. extra glo. & Alex. col.pen. de re iud. & Deci. in d.cap. in literis ; col.2.verſi. ſecundò ampliatur , de offi. dele.

21 ℂ Nos tamen ſic arbitramur diſtinguendo concludendum, vt valeat quidem decretum hoc modo interpoſitum, donec ex aduerſo probetur de iure non fuiſſe interponendum, ſecuti eiuſdem Bar. opinionem in l. ambitioſa,col.pen.verſi. quæro quid ſi in confirmatione.D. de decre. ab ordi.faci. vbi decretum,inquit,à decurionibus factum cum hac clauſula,ſi & inquantum de iure poſſunt , hoc importare ſi de iure effectualiter fieri poſſit, & ideo vbi reſcindendũ eſt propter iſta verba nullum ipſo iure eſſe , ita quòd de hac nullitate perpetuò excipi poterit,licèt aliàs non poſſet per multa iura quæ allegat & ſequuntur Imo. in l. iudex,col.fin.verſi. quid autem ſi iudex,& ibi Alex. col. etiam ſi.verſi. quærit hic Ang. vbi concor. citat.D. de re iudi. Rom.conſ.501. vt declarationem,col.2.num.3. in ſi. Maran. in ſua practi.ordi.iud. parte 6.principa. in 3. eademq; vlti. parte,num.200.deciſi. Bologni.pri.incip. quæſitum fuit an ſi iudex,Vita. de Gamba. in trac. clau. in ver. clauſula,ſi & inquantum de iure debet,& in ver.clauſula,ſi & inquantum de iure poteſt.

22 ℂ Ad idem moueor , quia ita quoque in appellatione conſtitutum eſt: quam ſi iudex,ſi & inquantum admittit pro admiſſa habetur, donec aduerſarius probet non fuiſſe de iure admittendam, ſecundùm Bal. in l. edita, in rep. Pata. col.17.verſi. item dubitatur ſi iudex.C. de eden. Ang. conſ.217. in cauſa,col.3.verſi. nec ob. ſi dicatur, Rom.d.conſ.501. in pri.dub. Cardi. in cap. ſæpe, & ibi Philip. Peruſ. in ſec. nota. de appella. Fely. in cap. cùm contingat,col.4.verſi. vlteriùs,de offi.dele. Maran. quo loco eum in præce. verſi. citauimus , Goza. conſ. 61. in lite, num.27. Soci. iun. conſ. 18. viſis varijs , col.pen. verſi. vel ſecundò & clariùs,lib. pri. Plot. in rep. l. ſi quando,nu.159.C.vn.vi.deci.Bolo.pri.ſupra alle. quæ ẽt declarat quid ſi appellatũ ſit ab interlocutoria : & quid item ſi iudex verbis fuerit negatiuis vſus, videlicet ſe appellationem non admittere niſi & inquantũ de iure tenetur.

23 ℭ OCTAVO quæro, an hæc ſolennitas quocunque in loco præſtari poſſit, videlicet in plateis, campis, & Eccleſia: quod videtur per tex. in l. emancipari. D. de adop. vbi dicitur emancipationem quocunque in loco fieri poſſe.

24 ℭ Verùm Bal. in cap. cùm in veſtri, col. pri. & 2. de electio. iudicis præſentiam in aliquo actu requiſitam negat in huiuſmodi locis, in plateis, ſcilicet & campis poſſe accommodari, allegans glo. in §. & quoniam, in aut. de teſti. quam nos reperire non potuimus.

25 ℭ Vnde pro concordia diſtinguendum eſt, quòd aut cauſæ cognitio requiritur, & non poteſt authoritas his in locis interponi, ſed debet iudex pro tribunali ſedere: aliàs ſecus, ita diſtinguit tex. in l. à præcedente, & ibi not. Bar. & alij. C. de dila. canoni. in cap. induciæ. §. à iudice. 3. q. 3. & no. Rom. in l. Modeſtinus, col. 2. verſi. reſultat tertiò. D. de dona. vbi allegat Bar. in l. generaliter, in fi. C. de reb. credi. vbi tamen id non dicit, niſi voluerit allegare Bal. ibi, qui tantùm id dicit quod in ſeq. verſi. referemus, Crau. conſ. 325. plura, cir. fin. verſi. nec mirum, lib. pri. quo fit vt noſtro in caſu dicendum ſit in his poſſe locis accommodari, quoniam in ea præſtanda iam cognitio non deſideratur, vt diximus ſupra hac etiam glo. quæſtio. ij. intelligendo tamen vt ibi declarauimus.

26 ℭ Et hinc eſt quòd & donationis inſinuatio, quià cauſæ cognitionem nõ requirit, in his quoque locis fieri poteſt, Bal. conſ. 163. ſuper eo, cir. med. verſi. item quæritur an donatio, lib. 3. Cana. in trac. inſinua. quæſtio. vj. Sed tamen conſuetudine obſeruatur iudicis authoritatem, de qua hoc ſtatutum loquitur, aut in domo ipſius iuſdicentis aut contrahentium præſtari: nam & inſinuatio donationis in domo etiam donatoris fieri non prohibetur, ſecundùm Old. conſ. 253. factum tale eſt, cir. med. verſi. tertiò videndum, Bal. in l. generaliter. §. fi. C. de reb. cre. quod & de conſuetudine obſeruari inquit Imo. in cap. cum contingat, char. pen. verſi. & ideo poterit, & col. ſeq. licèt ſubijciat bonum eſſe pro tribunali ſedere, de iureiu. & in thalamo fieri poſſe tenet & Alba. conſ. 4. caſus iſte, num. 53. vbi in id citat Imo. vbi ſupra. Et ideo glo. & Bar. in d. l. emancipari. D. de adop. illum tex. intelligunt in quolibet loco idoneo tamen.

27 ℭ NONO quæro, an authoritas iſta interponi queat etiam à iudice cui non ſubſunt contrahentes nec bona ſuper quibus contrahitur: & Bar. in l. Modeſtinus, col. pri. verſi. ex hoc apparet. D. de dona. loquens in donationis inſinuatione, inquit poſſe, & ſequitur ibi Rom. col. fi. verſi. vltimò inquantum Bar. dicit, quod & voluit Io. And. in addi. ſpecu. tit. de inſtru. §. porro, col. 4. in fi. in ver. nec ſubſcribat, cir. med. verſi. ſed quia dictum eſt, Old. conſ. 253. factum tale eſt, cir. med. verſi. ſecundò eſt videndum, Bal. conſ. 163. ſuper eo quod quæritur conſilium, cir. med. verſi. item quæritur an donatio, lib. 3. Saly. in l. in hac, in pri. nota. C. de dona. Imo. in cap. cùm contingat, char. pen. col. 3. verſi. quis autem ſit iudex, de iureiu. Alex. conſ. 157. viſo inſtrumento, col. 2. verſi. nec etiam ob. lib. 2.

28 ℭ Contrarium tamen tenere videtur idem Imo. in d. l. Modeſtinus, in fi. vbi tamen nutat, & ibi Alex. in apo. Bar. in ver. quemcunq; iudicem, Guid.

Pap.

Pap. deciſio.325. poteſt fieri inſinuatio, col. pri. & 2. & conſ.57. in prin. Ang. Aret. in §. aliæ, col.2.verſi. ex quo ſequitur, inſti. de dona. Tu verò priorem ſequere opinionẽ,per ea quę ſtatim dicemus in ſeq.quæſtio.& per ea quæ diximus ſupra in glo.2. in ver. mulierum,quæſtio.x. Et ad allegata per Imo. vbi ſupra proximè,reſponde vt per Rom. quo loco eum ſupra in præce. verſi. citauimus.

29 ℂ DECIMO quæro,an ſi iudex Mediolanenſis extra territorium Mediolani fuerit, mulieri poſſit Mediolanenſi ibi contrahenti authoritatem præſtare:quod videtur: ſicuti & donationis inſinuatio fieri poteſt apud iudicem extra territorium exiſtentem,ſecundùm Saly. in l. in hac, in pri.not. & ibi clariùs eius apo. in ver. in alieno. C. de dona. Cana. in trac. inſinua. quæſtio. vj. ante fi.verſi. quinetiam poteſt.

30 ℂ Ad idem facit quoniam huius authoritatis interpoſitio voluntariæ videtur iuriſdictionis actus,iuxta ea quæ diximus ſupra hac eadem glo.quæſtio. ij. quo caſu poteſt extra iuriſdictionem exerceri, gloſ. 2. in l. fi. & ibi Ang. col.pri. poſt prin. in pri.fallen. Caſtr. ante fi. verſi. ſimiliter etiam ea, Iaſ.col.pri.verſi. limita regulam.D. de iuris.om.iud.Docto. in cap. per venerabilem,vbi Abb.col.4.verſi. in contrarium facit,qui fili. ſint legi. Crau. conſ.325. plura, cir.fin.verſi. nec mirum, lib.pri. & probatur in l. emancipari, & ibi not.glo.fin. in pri.ſolu. & Bar. & Bal.D. de adop.

31 ℂ Hinc eſt quòd poteſt quis extra territorium legitimari ſecundùm Bar. conſ.75. viſo inſtrumento,in fin.ver. parte pri. Saly. in pri. conſti.Cod. ſuper rub.col.pen.verſi. ex prædictis etiam,Cana. in trac.inſinua. quæſtio.vj. in fi. Paris.conſ.2. legitimatio de qua, col.pri.verſi. ſicuti etiam ad petitionem, lib. 2.

32 ℂ Eſt verum quòd Cur.iun. in d.l.fi. col.pri.verſi. circa primam,ſupradictam concluſionẽ, quatenus dictum eſt ea quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis poſſe extra territorium exerceri, intelligit procedere inter ſubditos & circa res in territorio ſitas: quod & voluit glo. in l. emancipari, in glo.fin. in vlt. ſolu.D. de adop. Bal. in l.2. cir. med. verſi. tertiò quæro. D. de offi. procon. & lega. in l.pri.col.fi.verſi. tu dic.C. de iur. aure. annu.

33 ℂ Quod & in comite Palatino legitimante,vt ſcilicet non poſſit extra territorium non ſubditos legitimare,voluerunt Bal. in d.l. emancipari, in ſec. lectu. & in d.l.pri. col.pen. verſi. item quæro nunquid Imperator.C. de iu. aur.annu.Cor. in conſ.pri. in præſenti,col.3.verſi. tertiò ex alio,iuncta col. 6.verſi. nec ob. quod vltimò,lib.3.conſ.9. memini,col.pen. in fi.verſi. & licèt ſit non parua,lib.4. qui vtrobique alios citat concor. Iaſ.conſ.70. ſuper vtraque, in pri. dub.lib.3. Deci.conſ.150. dubitatur, per totum, conſ.557. accuratè,in 2.dub. vbi & ipſe concor. allegat, & communem hanc eſſe opinionem affirmat,Goza.conſ.48. cùm cauſa,col.2.verſi. quintò cùm ciuitas, Rolan. à Val.conſ.88. in cauſa Magnifici, per totum, col.pen.verſi. ſecundò non obſtat, lib. pri. Cur.iun. d.l. fin. col. pri. num. 4. & ibi Cagno. num. 24. D. de iur. om. iud. & ideo etiam Corn. d. conſ. 2. in fin. ver. lib. 2. ſeipſum declarat, intelligens id procedere inter ſubditos non etiam inter non ſubditos.

34 ¶ Quam & nos opinionem ſequimur, quanquam ſimpliciter Comitem Palatinum ab Imperatore poteſtatem habentem extra territorium legitimare non poſſe voluerunt Ancha. conſ.320. primum dubium, in pri.dub. Alex.conſ.67. conſideratis,col.pen.verſi. inſuper aliter, lib.pri. quos ſequi videtur Deci. in cap.2. col. nobis 21.verſi, & eodem modo, de iudi. & ad prædicta videbis etiam omnino Paris.conſ.3. iſta legitimatio,col.pen.verſ. nec obſtat quòd Princeps,lib.2. vbi illam inquit ſententiam Comitem Palatinum poſſe extra territorium legitimare,vbi vera ſit, tunc demum procedere vbi facta appareat prorogatio per expreſſum partium conſenſum: neque tacitum ſufficere, poſt Ang.conſ.88. viſis inſpectis, col.4. ſed eſt conſ. 93.col.5.verſi.corroboratur,& ſequitur etiam Crot. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm, col.fi.verſi. ſciendum eſt tamen.D. de lib. & poſt.

35 ¶ Veruntamen quantùm ad quæſtionem,de qua principaliter tractamus, concludimus authoritatem hanc extra territoriũ exerceri poſſe,per ea quæ priori loco adduximus, quoniam quæſtionem formauimus quando iudex Mediolanenſis authoritatem interponit in contractu per mulierem Mediolanenſem extra territorium Mediolani celebrato: ex quo ſatis liquere poteſt non obſtare quæ poſteriori loco allegauimus, ea quæ voluntariæ ſunt iurisdictionis,inter ſubditos tantùm extra territorium exerceri poſſe, cùm & nos in his terminis loquamur. Quæ ſententia eò potiſſimùm procedit, quòd in hac authoritate,cauſæ cognitio non requiritur, vt diximus ſupra quæſtio.ij. huius etiam gloſ. ſecundùm diſtinctionem Deci.in d.l.fi.col.pri. num.5. & 6. qui pro hac concordia adducit Abba. in cap. nouit, de offi. dele. quem tamen reperire non potuimus, quoniam eo in tit. nullum eſt huius initij cap. Nec exiſtimes Lector quæſtionem hanc nullius eſſe vtilitatis,eò quòd mulier extra territorium exiſtens non teneatur ſtatuti huius ſolennitatem obſeruare,vt aſſeruimus ſupra in glo.2.in ver. mulierũ,quæſtio. xiiij. quia reſpondemus poſſe forte eam contrahere in ciuitate Comi vel alia, vbi ſimile adſit ſtatutum, cùm ſit in omnibus ferè ciuitatibus Italiæ & Galliæ,quo caſu non eſt dubium hanc eſſe ſolennitatem obſeruandam,per ea quæ diximus d.glo.2. quæſtio.x.

36 ¶ VNDECIMO quæro, ſi contrahens cum muliere fuerit Iudex,an poſſit ipſemet eo in contractu authoritatẽ accommodare: quod videtur, quia & emancipatio & adoptio voluntariæ ſunt iurisdictionis, vt no. glo. in §. iuſiurandum,verſi. nulla,in ver. & quicquid, in aut. de defen.ciui. per tex. in l.2.D. de offi.procon. ſicuti & eſt interpoſitionis huius authoritatis, vt ſupra diximus,& tamen conſtat poſſe quem emancipari, aut in adoptionem dari apud ſemetipſum conſulem fortè aut præſidem.l. ſi conſul.D. de adop.l.2.D. de offi. Præto. vti etiam poteſt quis apud ſemetipſum manumittere.l. an manumittere.D. de manu. vindic. l. ſi rogatus. §. fi. D. eo. tit. quam etiam manumiſſionem voluntariæ eſſe iurisdictionis conſtat ſecundùm glo. præalle.

37 ¶ Et magis noſtrum ad propoſitum, donationem apud ſemetipſum quẽ inſinuare poſſe not.Bar. in l. ſi conſul, cir.med.verſi. item eſt arg. vbi ſequi videtur Fulg.col.pri.verſi. item præſtat argumen.D. de adop. Bal. in l. ſancimus,col.2.verſi. ibi exceptis.C. de dona. vbi ita Bar. (inquit) & Fran. de Piſis contra Odofre. conſuluiſſe,idque generale eſſe in his quæ voluntariæ

ſunt

ſunt iuriſdictionis, Imo. in l. Aquilius Regulus, in fin.ver.D. eo.tit. Rom. in l. Modeſtinus, col.pri. verſi. reſultat autem & quartum.D.eo. etiam tit. qui etiam generaliter loquitur vt Bal. facit Alex. conſ.157 viſo inſtrumento, col.2.verſi. pro hoc facit, lib.2.

38 ¶ Et facit præterea quòd dicimus Comitem Palatinum legitimandi poteſtatem habentem poſſe ſuum ipſius filium legitimare,ſecundùm in d.l. ſi conſul,col.fi.verſi. quarta quæſtio. & ibi Fulg.cir.med.verſi. item putat.D. de adop. But. in cap. per venerabilem,col.antep.verſi.no.quartò quòd pater, qui fil. ſint legi. Iaſ. in l. eſt receptum, col.2. verſi. ex iſta magis communi.D. de iur.om.iud.

39 ¶ Sed contrarium in inſinuatione donationis tenuit Guili. Cun. in d. l. ſi conſul,quem ibi ſequitur Bal. in pri.lectu.col.fi.verſi. tertia quæſtio,ea & non contemnenda quidem ratione, quòd inſinuatio requiritur vt fraudibus occurratur.l. lata, aliàs data.C. de dona. ſed donator ſicuti decipi poteſt in donatione,ita in illius inſinuatione,arg.l. ſi mulier.C. ad S. C. Velle. & voluit allegare 2. ſunt enim duæ illius exordij eo in tit. leges,in illis verbis,quòd adhuc ex conſequentia ſuæ fragilitatis in ſecundam iacturam inciderit: citat etiam l. antiquæ.C.eo.tit. quæ nobis nihil facere videtur: ſed alium addimus tex. in l.doli,verſi. diuerſum pri.D. de noua. quæ ratio ſpecialiter ad caſum noſtrum pertinet, cùm & hoc ipſum ſtatutum introductum ſit ad effectum ne mulieres ob earum imbecillitatem circumueniantur, vt affirmauimus ſupra in præfa. in pri.dub.

40 ¶ Sic & contra illud quòd diximus, filium Comitis Palatini poſſe à patre eodemque Comite legitimari, tenuerunt Archi. in cap. in venditionibus, cir.fin.17. quæſtio. iiij. Fely. in cap. ex literis, col.4.verſi. & per iſtam concluſionem,& ibi Deci.num.14. qui communem hanc dicit opinionem, de proba.vbi refert ſe ita tenuiſſe in cap. per venerabilem, qui fili. ſint legi. quod tamen cap. non legit,ſed ibi hoc voluerunt recen. poſt glo.ibi in ver. regi gratiam, Anc. in conſ.320. primum dubium, col.pen.verſi. ſed reſtat diſcuſſio, Io. Ana. conſ.29. viſa Imperiali, in 3.dub. Lud. de Sard. in trac. legi.4. parte principa. quæſtio. v. Anto. Roſel. in ſimili.trac. cap. incip. modo viſo de cauſa, col. 3. cir. med. verſi. ſed hic dubitatur, qui id declarant, Iaſ. in l. qui iuriſdictioni, col. 2. verſi. pro iſta limitatione.D. de iur. om. iud.

41 ¶ Verùm ex mente Iaſ. in d.l. qui iuriſdictioni,quo loco eum ſupra citauimus,& Cana. in d.trac.in ſinua. diſtingui poteſt, quòd aut requiritur cauſæ cognitio,& non poteſt actus quanuis voluntariæ iuriſdictionis apud ipſumet & iudicem & partem exerceri: aliàs ſecus: an autem in caſu noſtro requiratur,videbis quæ diximus ſupra quæſtio.ij. huius gloſ. ex quibus intelliges non deſiderari,niſi quando agnatus contradicit, concedendam nō eſſe mulieri contrahendi facultatem: & quoniam ibi quoque aſſeruimus iudicem ſuam non debere authoritatem impartiri vbi dolus interuenit, ideo ſatis dici poteſt nullam eſſe authoritatem ſi ex parte iudicis dolus inſit: veruntamen nunquam vidimus nec audiuimus aliquem iuſdicentem in contractu aut actu per ſeipſum celebrato ſuiipſius ſed alterius authoritatem interponere: quod & honeſtius videtur: & vide omnino quæ

diximus ſupra in gloſ. 11. in ver. agnati, quæſtio. xiij. & xiiij. ex quibus maturiùs deliberare poteris quid tibi hac in re ſtatuendum ſit.

42 ℭ Quantùm autem ad patrem, an poſſit pro filio filiaue authoritatem præſtare, aut econtra filius pro patre: ſi eam teneamus opinionem, quæ permittit etiam pro ſeipſo accommodari, minùs erit dubitandum: nam & filius poteſt apud ipſum patrem emancipari aut in adoptionem dari. l. Magiſtratum. D. de adop. & apud eundem manumittere. l. apud filiumfamilias, in fi. D. de manu. vindic. quæ vera eſt illius tex. lectura ſecundùm Anto. Augu. lib. emanda. 4. cap. 17. & poteſt èeontra pater apud filium manumiſſionẽ exercere, ſecundùm glo. ibi in d. l. apud filiumfamilias, in ver. filiusfamilias: ſi quo autem caſu contrariã fueris opinionem ſecutus, tunc videnda tibi erunt quę diximus ſupra in glo. 10. in ver. cum ipſo marito, quæſtio. viij.

43 ℭ DVODECIMO quæro, ſi quis fuerit & iudex & notarius, an poſſit & inſtrumentum rogare & ſuam in contractu authoritatem præſtare: quod nòn videtur: ſicuti dicimus non poſſe notarium & commiſſionem teſtium puta examinandorum ſibi à iudice factam rogare, eoſdemque teſtes examinare, ſecundùm Hoſti. in cap. quoniam contra falſam, in §. ſtatuimus, col. 2. in prin. verſi. ſecundùm hoc igitur ſanum eſt conſilium, vbi ſoquuntur Io. And. col. 2. verſi. ſecundùm quem, Bal. col. 6. verſi. quæro an tabellio, ſub num. 52. But. col. 3. verſi. dicit tamen quòd depoſitiones, Abb. col. 17. verſi. ad vnum tamen, & col. 18. verſi. tertiò nota, Imo. col. 8. verſi. item aduerte quia licèt iudex, Fely, col. 24. verſi. ſecundò quæro iuxta prædicta, Paris. num. 149. cum mul. ſeq. & Aug. Bero. col. 14. verſi. & notandum eſt, ſub num. 47. qui ex hoc dicit iudicem huiuſmodi commiſſionem notario facientem duos aut tres debere teſtes adhibere, qui de ea teſtificari poſſint, extra de proba. iterum Io. And. in cap. cùm quid vna via, col. 2. in mercu. & ibi Philip. Fran. col. etiam 2. verſi. quintò dixit hic, de reg. iur. in 6. iterum etiam Bal. in l. ſi conſul, in pri. lectu. cir. med. verſi. ſed nemo poteſt. D. de adop. in l. iudices, cir. med. verſi. ſed hic quæro, qui intelligit id maximè procedere in arduis, ipſique notario lucratiuis. C. de fi. inſtru. in l. iurisiurandi, col. fin. verſi. quæro vni teſti, & ibi Saly. col. 2. verſi. venio ad tertiam, ſub nu. 7. C. de teſti. in l. ad egregias, vt ab alijs allegatur, ſed veriùs incipit ad perſonas egregias, in verſi. ſed an commiſſarius. D. de iureiu. Ang. in aut. vt ſponſ. largi. col. fi. verſi. ſed pone in l. 2. §. ſi dubitetur, cir. med. verſi. ſi autem notarius, & ibi Imo. poſt prin. verſi. quid autem ſi notarius. D. quem. teſta. aper. iterum etiam Abb. in cap. fraternitati, cir. fin. de cleri. non reſi. Io. Ana. conſ. 49. dubium de quo quæritur, in fin. ver. vbi Docto. ita communiter tenere affirmat, iterum Imo. in l. ex conſenſu. §. fin. col. 6. verſi. nec ob. quod habetur. D. de appel. Alex. conſ. 212. ſiue veriùs hodie 213. viſo & oportunè, col. 2. verſi. quinimmò de aliqua commiſſione, vbi hanc magis communem eſſe opinionem atteſtatur, lib. 2. conſ. 104. circa primum, ante fin. vbi idem repetit, lib. 5. conſ. 101. eiuſdem initij, col. 3. verſi. item iſte teſtis, lib. 6. in l. ſciendum, col. 2. verſi. & ideo Ang. hic, dum hanc inquit opinionem eſſe ſuſtentabilem, & à Cano. communiter approbari. D. de ver. obli. Aret. conſ. 33. conſultatio præmiſſa, col. 3. verſi. tertiò eſt præmittendum, Iaſ. conſ. 155. in cauſa & lite, col. pen. verſi. item notarius non poteſt, lib. 4. Guid. Pap. deciſio. 126. an in hac curia, Afflic. in conſti. Sici. incipi. in pecuniarijs, col. 3. verſi. quartò quæro, num. 4. &

deciſi.317. in cauſa cuiuſdam,per totam, Marſ. in l.pri.§. præterea, col.22. verſi. & faciunt dicta per Bal.D. de quæſtio. qui etiam ſequi videtur in l. de minore.§.plurium,col.4.verſi.an autem caſu quo, qui communem hanc dicit opinionem.D. eod.tit. Mil. in ſuo reper. in ver. notarius,verſi. notarius non poteſt, Rui. conſ. 15. requiſitus per dominos, col. pen. num.8. lib.4. Bologni. in rep. aut habita, col. antep. verſi. ſed quid ſi talis locans.C. ne fili. pro pat. iterum Pariſi. conſ. 125. viſo proceſſu, col. pen. verſi. primò quia non conſtat,num.28. lib.pri.conſ.61. Vincentiæ actrici,col.2. in prin. verſi. prout etiam ſolemus, lib.4. Alcia. in trac.præſump. reg.3. præſump. 14.col.5. in paruis,verſi. ſed nunquid creditur, ſub num.7. vbi loquitur in nuntio citante, & communem hanc eſſe opinionem aſſerit Cagno. in l. ſi librarius, num.46. qui etiam de communi ſententia fidem facit.D. de reg. iur. D. Io. Ceph.conſ.113. notarius, col.2.num.4. & 5. lib.pri. Ad quod etiam propiùs ad caſum noſtrum confert quod not. Bar. in l. ſeruus communis,quæ eſt pri. illius initij,& 2. in ordine tituli,col.pri.verſi. quæro pone.D. de ſtipu. ſeruo. vbi iudicem, inquit, ſi notarius fuerit,non poſſe acta apud ſe geſta ſcribere,quem ſequitur practi.Papi. in for.ſenten.diffi. in ver. viſo etiam libello, cir.med. vbi limitat, niſi conſuetudo ſit in contrarium.

44 ℭ Sed his non obſtantibus contrariam nos ſententiam veriorem arbitramur per tex. in l. iubemus, 2.§. his quoque iudicibus, cum glo. in ver. ius geſtorum,& ibi Bar. qui illum.§. legit cum.§. ſanè.pri.col.ſi.verſi. venio ad tertiam partem,Bal. qui eodem modo legit,col.2.verſi ſextò quæritur, & Caſtr. in fin.ver.C. de ſac.ſan.eccle. vbi probatur poſſe quem in eodem actu & notarij & iudicis officio fungi: quam etiam glo. ſic citant & ſequuntur Abb. in cap. ex literis, col.6.verſi. pone aliud exemplum, de proba. Cana. in trac. inſinua. quæſtio.viij.

45 ℭ Vnde emanauit,quod noſtrum ad caſum maximè pertinet, iudicem in aliquo actu,puta in donationis inſinuatione,authoritatem interponentem, de ea etiam interpoſitione, ſi notarius fuerit,rogari poſſe,ita affirmantibus Bar. in d.§. ſanè.2.cir.fin. vbi ita de conſuetudine obſeruari affirmat (quod notandum eſt ad ea quæ diximus ſupra in glo.11. in ver. agnati, num.9. & mult.ſeq.) & ibi Bal.col.3.verſi. quæro ergo vtrum,& Caſtr. in fin.ver.

46 ℭ Non obſtant in contrarium allegata, quia non omnino in rem tranſit iudicatam,notarium commiſſionem ſibi ad examinandos teſtes factam ſcribere nôn poſſe, quia contrarium tenuit ſummæ authoritatis apud Cano. Inno. in d.cap. quoniam contra, cir.prin. qui conſuetudinem ita ſe habere atteſtatur,de proba.& Bar. Legiſtarũ coryphæus in l. ex ſententia,cir.med. verſi. induco iſtam legem.D. de teſta. tute. vbi contrariam inquit opinionem procedere quando quis ſcriberet commiſſionem alicuius officij ſibi delati: ſecus quando ſcribit commiſſionem vnius tantùm articuli dicti officij, vt eſt teſtium receptio in aliqua cauſa, vel quid ſimile, quem Bar. ſequuntur Ang. in l. ſciendum, in rep. poſita in fine tit.cir.prin.verſi. limitat hoc Bar. & ibi Clau.Aquen.col.2.verſi. nota.D. de ver.obli. Ang. Aret. in §. item propter inimicitias,in fin.ver.inſti. de excu.tuto. vbi hanc Bar. opinionem communiter dicit approbari, quotidieque in palatijs obſeruari: quæ verba notanda eſſe inquit Aquen. vbi ſupra: & Bar. ſequi videtur etiã Alex. ſibi contrarius,conſ.78. quoniam, col.pen.verſi. præterea etiam, lib.

5. dum

5. dum ipſum Bar. citat, Deci. conſ.42. & pro facultate mea, col.2. verſi. ſecundò hoc comprobatur, vbi in verſi. ſextò & vltimò, inquit, hoc maximè procedere ſi notarius ille ſit mortuus, vel ſi commiſſio de partium conſenſu facta ſit, & maximè in facto antiquo: ſubijciens tamen, licèt ſingula iſta non ſufficiant, collecta tamen iuuare: quam etiam opinionem, quicquid Cagno. & alij vbi ſupra dixerint, tenere videtur idem Deci. in d.cap. quoniam contra.col.28.verſi. tertiò per Abb. ſub num.45.& in l.2.col.pri.verſ. & de commiſſione.C.de eden. dum vtrobique dicit, quæ priùs aſſeruit limitanda eſſe ſecundùm ea quæ dixit in d. conſ. 42. vbi expreſſim refert & ſequitur Bart. diſtinctionem: & hanc etiam ſententiam in notario actorum cauſæ procedere, licèt ſecus dicat ſi commiſſio alteri fiat notario quàm ipſorum actorum ſpeciali, tenuit Saly. in l. apud eloquentiſſimum, col. pri. verſi. ſed iuxta prædicta.C. de fi. inſtru.

47 ¶ Et quicquid ſit hoc in articulo; quando de commiſſione ipſi notario facta agitur, in quo tamen in practica ſequenda eſſet prior opinio vti communior, ſecundùm quam iudicauit Neapolitanum concilium in caſu cuiuſdam notarij Mediolanenſis, qui teſtes quoſdam examinauerat, aſſerens ſe id feciſſe de commiſſione eius iudicis Mediolanenſis, cui per dictum concilium literis ſubſidialibus commiſſum fuerat dictorum teſtium examen, vt refert Afflic. d.deciſi.217. quicquid dicant Inno. in d. cap. quoniam contra, & Ang. Aret. in d. §. item propter inimicitias. Quam Hoſti. contra Inno. opinionem ſcias non procedere, vbi aliùs non ſit notarius, qui ipſam ſcribat commiſſionem, ſecundùm Bal. in d.l. ad perſonas egregias. D. de iureiu. quem ſequuntur Fely. in d.cap. quoniam contra, col.24. verſi. & retenta hac opinio. & Marſ. in d.l.pri.§. præterea, col.22. verſi. & faciunt dicta per Bal. D. de quæſtio. arg. l.pri.§.fin.D. de ver.obliga. quam & tu opinionem confirma, quoniã ſi alter quoque adſit notarius, & vterque ſe commiſſioni ſubſcribat, tunc ſine dubio Inno. & Bar. opinioni locus eſt ex mente Bal. in l. iudices, col.fin.verſi. tutiùs tamen eſt.C. de fi.inſtru. ſed ſic eſt quòd quando duæ requiruntur perſonæ ad actus ſolennitatem, ſi vna tantùm haberi poſſit, ſufficit illam adhiberi, vt latè diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. lxviij. num. 198. incip. declara tertiò, & ſeq. & faciunt etiam quæ dicemus infra in fine quæſtio. vlti. Et ſcias etiã eandem Hoſti. opinionem non procedere ſi tractetur de executione officij ſibi commiſſi, quia ex quo iam antea conſtat de commiſſione, poteſt eam ipſemet notarius exequi, ita ſcribente ipſo quoque Bal. in d.l. iudices, cir.fin.C. de fi.inſtru. quem ſequitur Deci. in d.conſ.42. col.2. verſi. his tamen. An autem caſu quo Inno. & Bar. opinio procedere poſſit, debeat tamen de ipſa commiſſione conſtare, an verò ſufficiat de ea per ipſum notarium verbis tantùm enunciatiuis mentionem fieri, videbis Alex. in d.conſ.104. col.fin. verſi. quartò quia poſito, lib.5. Afflic. in d.conſti.incip. in pecuniarijs, col.3. verſi. ſed quid ſi iudex, & in d.deciſi.317. & Deci. d.conſ.42. col.2. verſi. nec ob. quòd per verba enunciatiua, & col.4. verſi. quartum dubium.

48 ¶ Quicquid inquam ſit de dicto articulo, quantùm ad caſum noſtrum aliter reſpondeo contraria procedere in his quæ contentioſæ ſunt iuriſdictionis, in quibus verum eſt quem non poſſe vti iudicis & notarij officio niſi in his quæ modici ſunt præiudicij: at ſecus in his quæ ſunt voluntariæ, vt in caſu noſtro, ita not. Bar. in d.l. iubemus. §. his quoque iudicibus, quem.

§. legit

§. legit cum.§. ſanè,pri.col.fi.verſi. non obſt.quia hic,& ibi Bal. qui eodem modo legit,col.3.verſi. quæro vtrum, & Saly. qui ſeparatim illum.§. legit, cir.fin. & Caſtr.qui legit eo modo quo Bar. & Bal. in fin.ver.C. de ſac.ſan. eccle. Imo. in cap. ex literis, in fin. ver. de tranſac. dum ſequitur Bar. vbi ſupra,Abb. in cap. ex literis,col.antep.verſi.glo. iſta,& col.ſeq. & ibi Aret. col.3. cir.fin. verſi. illud etiam ſcias, qui etiam declarat quid de actu miſturam voluntariæ & contentioſæ iurisdictionis habente,Fely.col.4.verſi.prima concluſio, (dum ſequitur Bar. in d.§. ſanè) & Deci.col.antep.verſi. tertiò & iure,de proba.Guid.Pap.deciſi.564.vtrū iudex,iterūDeci.d.conſ.42. col.2.verſ.quintò bene facit,Cana. in trac.inſinna.quęſtio.viij.nam hic ſatis conſtat de his quæ voluntariæ ſunt iurisdictionis tractari, vt diximus ſupra hac eadem glo.quæſtio. ij. in fi. Immò & illud quod de contentioſa iurisdictione dictum eſt,Bal. in l. ſi conſul,in pri.lectu.col.fi.verſi. ſeptima quæſtio.D.de adop. verum intelligit quando ordinariè proceditur: ſecus ſi de plano: & eum ſequitur Deci.d.conſ.42. col.2.verſi. quartò accedat: quod & voluit Guid. Pap. deciſi.564. vbi idem dicit in his quæ non fiunt in forma iudicij,vt eſt teſtimoniales aliquas literas ſcribere: & vide etiā ad hæc, quæ diximus ſupra in glo. 11. in ver. agnati, quæſtio. xiij. & xiiij. & ſupra hac eadem glo. quæſtio. xi.

49 ℭ Ex quibus omnibus dicendum videretur,iudicem authoritatem interponentem poſſe etiam eſſe teſtem, cuius tamen contrarium conſuluit Anc. in conſ. 423. viſo dicto puncto, in fi. vbi iudicem inquit authoritatem in aliquo actu interponentem, vel ſententiam proferentem, non poſſe in teſtem adhiberi: quod quidem quantùm ad ſententiam verum arbitramur, per ea quæ ſupra de contentioſa iurisdictione diximus: ſed quantùm ad authoritatem, veremur ne contraria verior ſit ſententia, quoniam Anch. ibi in hac fuit opinione,quia priùs poſt prin.conſ. reprobauerat illam Bar. & ſequacium diſtinctionem, an agatur de contentioſa iurisdictione an voluntaria,volens vtroque caſu inſpiciendum ſolum an officia ſint compatibilia necne: quam tamen Bar. diſtinctionem nos vti communiorem ſecuti ſumus: ideo cogitabis Lector vtra tibi opinio ſequenda ſit, ita vt omnino videas quæ diximus in glo.11. in ver. agnati,quæſtio.xiij. & ſcias etiam illud Anc.conſ. ſupra alle. nos opinari nō eſſe Ancha. ex quo præcedit aliud eiuſdem Anc. & ab ipſo Anch. ſubſcriptum ſuper eodem facto.

50 ℭ Sed quoniam ſupra locuti ſumus de commiſſione, an notarius poſſit commiſſionem ſibi à iudice factam rogare: ſi ſcire cupias quid de mandato in ſeipſum notarium à parte, vel à ſeipſo notario in alium facto, videbis Bar. in d.l.2. col.pri. verſi. quæro quidam notarius.D. de ſtipu. ſeruo. Bal. in d.l. iudices, in fin.ver.C. de fi.inſtr. & in d.l. ſi conſul, in pri.lectu. num.5. & in 2.cir.med. & iterum in 3. in fi. & ibi Fulg. cir.med. verſi. Bal. tamen.D. de adop. & in d.cap. quoniam contra,col.4.verſi. notarius ſcribens,ſub num.24. & col.6.verſi. quæro an tabellio, ſub nu.52. & ibi Abb. col.18.verſi. tertiò nota bene, & Fely. col.24. num.41. cir.med. de proba. Ang. in rep.l. ſciendum,col.pri.verſi. dixit Bar.D. de verbo.obliga. Guid. Pap. quæſtio. cccxviij. an notarius, Saly. in l. apud eloquentiſsimum, cir. med.verſi. ex prædictis.C.de fi.inſtru. apud quos communiter teneri comperies ipſum non poſſe notarium mandatum rogare, ſi ipſe ab alio procurator conſtituatur: ſi autem ipſe alium conſtituat,tunc quidem poſſe,quan-

tùm ad hoc vt ipſum inſtrumentum probet pro mandatario dictum mandatum ad ſuæ perſonę legitimationem producente, præterquã quò ad hoc, ne ab onere ſatisdationis releuetur: & ſimiliter poſſe quantùm ad hoc vt probet in fauorem tertij illud contra mandantem producentis, non etiam in fauorem mandantis: licèt Guid. Pap. vbi ſupra, atteſtetur in patria eius Gratianopolitana ſimpliciter ſeruari vt poſsit: ſed in hoc dominio communis opinio, quam ſupra retulimus, conſuetudine etiam approbatur.

51 ℭ Et quid in alio inſtrumento per notarium confecto, qui poſtea conſtitutus eſt procurator ab eo in cuius fauorem confectum eſt, an poſsit illud ipſe notarius procurator factus pro cliente ſuo in iudicio producere, ſi id ſcire cupias, quia frequenter contingit, videbis Io. And. diſtinguentem an inſtrumentum confectum ſit ante cœptam litem & procurationem, & poſſit: aut poſt, & non poſſit niſi illud notarius ſcripſerit ex neceſſitate ſui officij, quia fortè ſit notarius Epiſcopi, vel alterius curiæ, vel niſi dominus nõ nominatim ſed vt, tanquam vnus ex vniuerſitate, pro qua confectum eſt Inſtrumentum, vtilitatem ſit conſecuturus, niſi tamen aliquo caſu ſuſpectus ſibi notarius videatur, quia tunc veritatem inquirere debet vocatis ad ſe inſtrumentarijs teſtibus, allataque ſibi inſtrumenti breuiatura, Ioan. And. inquam in cap. cùm quid vna via, col. pen. vbi ſequitur Philip. Peruſ. col. pri. verſi. extra gloſ. de reg. iur. in 6. in mercu. But. in cap. ex literis, col. pen. verſi. & facit ad quæſtionem, & ibi Imo. col. pen. verſi. ad prædicta ſecundùm eum, de tranſac. Abb. in cap. quoniam contra, col. 18. verſi. an autem notarius, de proba. Fely. in cap. ex literis, col. antep. verſi. prima concluſio, eo. tit. Dec. in d. conſ. 42. col. 3. verſi. tertiò & præcipuè. Ex quibus aliquando iudicauimus procuratorem appellantem nõ poſſe de ipſa appellationis interpoſitione vti notarium rogari.

52 ℭ Item quoniam ſupra tactum eſt an iudex notarij officio fungi poſſit, ſi ſcire cupias quid in Doctore, an & is inſtrumenta rogare queat, ſi notarius fuerit, adibis gloſ. vni. in l. vniuerſos. C. de decurio. lib. 10. inquientem aduocatos non debere tabellionis officium exercere, & ex hoc arguentem contra Mediolanenſes aliter obſeruantes, & Dec. in d. cap. ex literis, col. pen. verſi. & quandoque, de proba. qui expreſſiùs dicit non poſſe.

53 ℭ Sed aduerte Lector ne erres, quòd Bar. in d. l. vniuerſos, hoc ita intelligit, vt licèt non debeat aduocatus inſtrumentum rogare tanquam vile ſit officium, ſi tamen roget, illud valere, arguens ita eſſe in clerico: ſuper quo tu quoque videbis Docto. in l. Prætor ait. §. etiam is, aliàs is etiam. D. de eden. Iaſo in l. pri. §. huius ſtudij, col. pen. verſi. nonò limita. D. de iuſti. & iur. ita vt non omittas Bal. in l. falſa demonſtratio. §. pri. & ibi Imo. cir. med. verſi. item etiam. D. de condi. & demon. expreſsè volentes tabellionem factum Doctorem non deſinere eſſe tabellionem: quod & admittit Alex. in d. §. etiam is, cir. med. verſi. ſimiliter tabellio, dum inquit, eum non perdere quidem officium, ſed illud non exercere.

54 ℭ DECIMOTERTIO quæro, ſi notarius aliquis ſit deputatus ad ſcribendum acta illius iudicis qui authoritatem interponit, quia fortè is notarius illius tribunal, quod vulgo banchum dicimus, emerit, vel ad id à Principe electus fuerit, an debeat is quoque notarius de huius authoritatis inter-

interpoſitione rogari: quod licèt prima dicendum facie videtur, contrarium tamen in donationis inſinuatione decidit Anto. Cana. in trac. inſinua. quæſtio. xxxi. per quemlibet inquiens notarium licèt non conſtitutum ad ſcribenda illius iudicis acta, qui authoritatem interponit, rogari poſſe: id tamen intelligens niſi quis ad has inſinuationes rogandas ſpecialiter ſit conſtitutus: quod & conſuetudine obſeruatur, quia in authoritatibus per quemlibet iuſdicentem interponendis ſolet quiuis notarius rogari, licèt alius ad ſcribendum illius iudicis acta fuerit deſtinatus.

55 ¶ DECIMOQVARTO quæro, quid ſi iudicis copiam mulier habere non poſſit: an tunc dicemus eam poſſe ſolam contrahere: quod videtur modò idipſum proteſtetur: ita enim generaliter eum qui aliquid coram iudice facere tenetur, ſi illius copiam habere nequeat, non excuſari niſi preuia proteſtatione, voluerunt glo. fin. in cap. plerunque, & ibi Bal. col. pri. num. pri. & 2. de reſcri. idem Bal. in cap. vt autem, col. pri. verſi. ibi copiam not. quòd non ſemper, eo. tit. & in aut. item ſi appellatione, in fi. C. de temp. appella. Abb. in cap. ſciſcitatus, col. pri. verſi. & faciunt, de reſcri. Imo. in cap. cupientes. §. quòd ſi per viginti, & ibi Gemi. col. 3. verſi. & per hoc dicit, de electio. in 6. Alex. conſ. 164. viſo proceſſu, col. 2. verſi. vnde dicit Ang. lib. 2. in l. properandum. §. ſinautem vtraque, col. 2. verſi. vt autem appareat. C. de iud. vbi alios citat concor. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori, col. 3. verſi. & per hoc dicit. D. de no. oper. nun. Rip. in trac. peſtis, tit. de priui. cau. peſtis, num. 25. & 26.

56 ¶ Sed contrarium, videlicet impeditum iudicis impedimento excuſari nulla præmiſſa proteſtatione, modò idipſum impedimentum probet, ſenſit Abb. in d. cap. plerunque, cir. med. de reſcri. in cap. ex tranſmiſſa, in fi. & ibi clariùs Fely. num. 6. & 7. de præſcri. Imo. in cap. fin. col. etiam fi. verſi. item aduerte quòd quando pars, de appella. Caſtr. conſ. 135. in cauſa deſertionis, col. 4. verſi. nec videtur obſtare, lib. 2. Alex. in l. ſi quis in aliena, num. 6. in fi. D. de acqui. hære. Dec. conſ. 356. in cauſa dominæ Mariæ, col. 2. verſi. tertiò reſpondetur, iunctis præceden. & in d. cap. fin. col. 2. verſi. in glo. pri. & col. ſeq. de appel.

57 ¶ Ideo pro concordia videbis Craue. in conſ. 153. reſponſiones, col. 5. verſi. ſic etiam in impedito, lib. pri. ita tamen vt memineris quantùm ad caſum noſtrum ſic videri diſtinguendum: quòd aut iudex breui eſt rediturus, & expectandus eſt: ſi autem diutiùs abſfuturus, tunc ſecus, per ea quæ diximus ſupra in gloſ. nona, in ver. ſi non fuerit in ciuitate, quæſtio. pri. & faciunt quæ dicemus infra in fine, quæſtio. vlti. & quod not. Alex. in leg. pri. §. nuntiatio, col. pri. & 2. D. de no. oper. nun. vbi quum iudicis, inquit, authoritas in actu aliquo deſideratur, ſi is abſens ſit, poſſe ſine eo actum explicari, etiam ſi mora non ſit periculum allatura, ſi modò diutiùs ſit abſfuturus: ſecus ſi breui rediturus: ſi tamen periculum in mora eſſet, puto iudicem etiam breui rediturum, non eſſe expectandum, vt videtur de mente Alex. vbi ſupra proximè: & probatur per reg. l. de pupillo. §. ſi quis riuos, cum ibi latè nota. per Docto. præſertim Iaſo. D. eo. tit.

GLOSSA DECIMAQVINTA IN VER.

IVRANTE MARITO VEL AGNATO.

1 PRIMO quæro, an hæc verba quæ ſequuntur ſint formaliter exprimenda: an verò ſufficiat iurantem dicere ſe iurare in omnibus & per omnia prout iurari requiritur ex forma ſtatutorum huius ciuitatis Mediolani: quæ quæſtio dubitabilis reddi videtur ex traditis latè per Tiraq. in trac. de legi.connu.glo.7.num.182. vſque ad num.202.vbi latè tractat an dicatur propriè expreſſum quod per relationem ad aliud exprimitur: ſed pro negatiua opinione, ſcilicet id non ſufficere, facit quod not. Bal. in conſ.110. decreto domini, col.pri.verſi. ſecunda ratio, iuncta col.2.verſi. nec obſtant illa verba, lib.pri. vbi loquens de decreto Mediolani, quod hodie poſitũ eſt in nou.conſtitu. huius ſtatus, tit.de offi.quæſto. extraordina. reddi. cap. quicunque, diſponente contradicentẽ proclamationibus ſuper bonis nomine fiſci apprehenſis, factis, debere per ſe aut ſpecialem procuratorem in hanc formam iurare, ſe dictam contradictionem malitioſè vel animo calumniandi non facere, nec in aliquam fraudem fiſci alteriusue perſonæ, ſed credere iuſtam fouere cauſam, iuraque & inſtrumenta ſeu cauſas quarum vigore contenta in petitione ſeu contradictione conſequi intendit, eſſe bona, integra, vera, & non ficta nec ſimulata: ſeque eſſe verum creditorem in toto vel in parte, vbi ſe creditorem dicat, non dici inquit ſatis decreto factum, ſi quis iuret aliqua decreti verba, deinde ſubijciat ſe iurare in omnibus & per omnia vti iurari requiritur ex forma decreti.

2 ℭ Et quod not. Mari. Soci.ſen. in conſ.24. viſis & diligenter, col.7.verſ. verùm prædictis, & col.ſeq. vbi ſi ſtatutum, inquit, diſponat appellantem iudicis copiam non habentem, appellare coram notarijs curiæ honeſtisque perſonis debere, & corporaliter iurare non animo calumniæ, vel executionem protelandi ſe appellationem interponere, iuſtamque ſibi videri appellationem, & niſi ſic iurauerit non valere quod agitur, non ſufficere ſi appellans iuret aliqua verba ex prædictis, adiecta illa generali clauſula, & alia omnia quæ iurari requiritur ex forma ſtatutorum ipſius loci: vbi in id plura allegat: quod eſt notandum ad nouas conſtitu. ſtatus Mediolani tit. de appel.cap. teneatur appellans, vti illud annotauit D. Io. Bapti. Plot. in ſuis interpreta. editis ſuper d.tit. de appella. poſitis ante rep.l. ſi quando.C.vnde vi.col.pri.verſi. decretum volens, & iterum in d.rep. num.372. vbi id trahit etiam ad decretum poſitum in nou.conſtitu.tit. de tute.& Cur. in fine prin. §. tutores, diſponens tutores & curatores in inuentarij confectione debere in hanc formam iurare, ſe omnia de quibus notitiam habent in eo deſcribi feciſſe, nec eorum ſcire aut credere aliud eſſe in bonis & iuribus minoris vltra in ipſo inuentario deſcripta, & iterum idem Plot. in d.rep. num.865. vbi id porrigit ad nou.conſt.tit. de donati. in fine prin. diſponentes donationes & ceſſiones titulo lucratiuo factas nõ valere, niſi ambæ partes iurent eas eſſe veras non autẽ fictas nec ſimulatas, nec in fraudẽ alicuius, ſed ſyncero mentis affectu & bona fide ad huiuſmodi donationes & ceſſiones deuenire, & abſq; ulla pactione palã vel ſecretò facta, & quòd nullo vnquã tempore retrodatio vel retroceſſio fiet de bonis iam donatis & ceſſis vt ſupra.

3 ℭ Aduerte tamen Lector in caſu noua. conſtitu.tit. de iudi.cap. & quia ſæpiſ-

ſæpiſſime, volentium iudicem & partem inſtantiam cauſæ prorogari petentem iurare debere id per calumniam non poſtulari, nec vt res protrahatur, ſed ex neceſsitate, & quòd neceſſaria eſt prorogatio pro cognitione & deciſione cauſæ, ſolere iudices & partes ſic ſimpliciter iurare, iuro iuxta ordines: quæ ſacramenta ſic præſtita Senatus admittit: ſed reſpondetur exprimi tamen ſupradicta conſtitutionis verba in ipſis precibus, in quibus prorogatio petitur: ideoque perinde eſſe ac ſi iudex & pars ſubſcribentes eadem verba præcedentia proferrent, quia ſubſcribens fateri cenſetur omnia in ipſa ſcriptura contenta, l. emptor. §. Lucius, & ibi not. Bar. Ang, Saly. Fulg. Caſtr. Iaſ. & Cur. iun. D. de pac. cum ſimili. ad quod etiam vide quod in ſeq. quæſtio. dicemus num. ab hinc 2. & ſcias etiam Lector aliquos ſolere dictis ſe prorogationibus ſic ſubſcribere, iuro vt ſupra, quod & fortiùs ſufficere videtur, quando verba ipſius conſtitutionis ſupra ſunt expreſſa per ſupradicta, & per ea quæ aſſeruimus ſupra in glo. 8. in ver. mariti, quæſtio. xxiij. num. 81. incip. ſi autem loquimur, cum 8. ſeq. & per ea quæ in ſeq. quæſtio. dicemus.

4. ¶ SECVNDO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, quid ſi iſta verba, quæ iuranda ſunt, poſita ante fuerint per notariũ in prin. fortè aut in medio inſtrumenti: an tunc ſufficiat maritum aut agnatum in fine inſtrumenti iurare, prædicta omnia & ſingula vera eſſe, abſque alia ſpecificatione: quod verius videtur per not. per Rui. in conſ. 137. viſo inſtrumento, poſt prin. iuncta col. 2. verſi. & non obſtat quod ſtatutum, lib. pri. vbi ſi ſtatutum, inquit, in alienatione rei minoris requirat quatuor teſtes, ex quibus vnus ſaltem ſit agnatus aut cognatus minoris, qui ſit bonæ famæ & opinionis, & iuret in contractu ſe eſſe agnatum vel cognatum, & credere ipſi minori vtilem eſſe contractum, ſatis eſſe ſi notarius in principio inſtrumenti dicat aliquem agnatum ſe obligare, & actum pro vtilitate & honore minoris gerere, & deinde in fine inſtrumenti ſcribat, qui iurauit prædicta omnia & ſingula vera eſſe, licèt non exprimat eum agnatum eſſe, quia ſatis expreſsiſſe dicitur habita ad præcedentia relatione, quia illa clauſula omnia & ſingula refertur ad omnia etiam enuntiatiuè & incidenter dicta, allegat glo. in cap. vt circa, & eſt in ver. omnia & ſingula, de electio. in 6. & Imo. in cap. cùm contingat, in 7. memb. & eſt in char. 26. col. 4. verſi. ſi verò partes, & col. ſeq. de iureiu. & in cap. ad noſtram, in fi. ſiue veriùs, cir. fin. verſi. quod videtur intelligendum, de emp. & vendi. cuius glo. plures alios concor. addere poteris quos citat Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 7. num. 117. incip. limita duodecimò: & faciunt optimè quæ diximus ſupra in glo. 8. in ver. mariti, quæſtio. xxiij. num. 81. incip. ſi autem loquimur, & mult. ſeq. vbi etiam num. 87. incip. quibus etiam accedit, cumulatos reperies plurimos alios Imo. concor. & quæ diximus ſupra in præce. quæſtio.

5 ¶ Et facit etiam quòd ſtatutum diſponens ſcripturam manu debitoris factam executionem mereri, locum habet etiam in ſcriptura per tertium facta, & per ipſum debitorem ſubſcripta aſſerentem prædicta omnia & ſingula vera eſſe, vt voluit Ang. in l. ſi ita ſtipulatus, 6. §. Chriſogonus, col. pri. verſi. attende etiam quia ſubſcribens, & ibi Caſtr. col. 2. in prin. verſi. item adde quòd ille, Imo. col. 3. verſi. & per hoc infert Ang. Alex. col. pri. verſi. ſubdit etiam Ang. hic, & col. ſeq. qui id intelligit procedere modò ſubſcribens habuerit notitiam contentorum in ſcriptura, quod in dubio inquit

contra Imo. ibi præſum!, Aret. col.2.verſi. & per iſtum tex. & col. ſeq. qui etiam Alex. declarationem ſequitur, ſaluans tamen Imo. opinionem, vbi perſonæ ſubſcribentis qualitas aliud ſuadeat, Iaſ.col.3.verſi. iſtud notabile, qui etiam Alex. declarationi ſe ſubſcribit, & Clau. Aquen. poſt prin. qui vtramque & Alex. & Aret. declarationem approbat. D. de verb. obliga. idem Ang. in l. ſi pluribus, cir. finem prin.verſi. & hoc no. ad illud, dum ſe remittit ad dicta per eum vbi ſupra, eod.tit. iterum etiam Alex. conſ. 147. ponderatis his, col.2.verſi. ad hoc oſtendendum, lib.2. dum allegat Ang. vbi ſupra, vbi cõmunem hanc dicit opinionem, generalem huiuſmodi ſubſcriptionem ſufficere, qui & col.3.verſi. per prædicta, repetit illam declarationem quam poſuit in d.§. Chriſogonus, idem Alex. in l. quæ dotis, col. ſi.verſi. & ſubdit. D. de ſolu. mat. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in d.§. Chriſogonus, iterum quoque Aret. in l. ſi per epiſtolam, cir. prin.D. de acqui. hære. Fely. in conſ.2. Excellens Doctor, col.2. in ſi. num. 19. in cap. tranſlato, col. 3. verſi. ad idem quod no. Ang. in l. ita ſtipulatus, de conſtitu.in cap.quoniam contra, col.pri.verſi. vnde dicit Ang. ſub num.43. in ſi. & ibi Deci. char.pen.verſi. ſecundò ex dicto, de proba. Rui. in l. Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.35. verſi. ex prædictis etiam.D. de lib. & poſt. Cur. iun. in d.l. emptor.§. Lucius, num.4. & 5.D. de pac. dum ſe refert ad recen.in d.§.Chriſogonus: quam & nos opinionem vti communem ſequimur: quanquam Ang. & Iaſ. ſibi contrarij in l. cùm antiquitas. C. de teſta. & idem Iaſ. in d.§. Lucius, col.pri.verſi. quintò adde, & col.ſeq. contradicant cum limita. de qua ibi per eos; quorum argumentis reſponde vt per Deci. in d.cap. quoniam contra, quo loco eum proximè citauimus: & generalem ſufficere ſubſcriptionem tenet, & de communi ſententia fidem facit & Deci. in conſ.447. in donatione, in ſi. vbi concor. citat.

6 ℂ TERTIO quæro, ſi maritus aut agnatus falſum iurauerint, an poſſint tanquam periuri coerceri: quod voluit Caſtr.conſ.432. cùm ſtatutum, col.pri.verſi. nec etiã confirmatur, lib.pri. per tex. in l.quanuis.D.de re.co.

7 ℂ Quod tamen intelligimus quando dolus interuenit, vt ille tex. loquitur: qui in dubio non præſumitur.l. dolum.C. de dol. niſi probetur iurantem ſciuiſſe veritatem ſe aliter habere, ſecundùm not. per Abb. in conſ.71. quinque dubia, col.3.verſi. ex his concluditur, lib.pri. quòd & uirum ſcilicet aut agnatum aliter non puniri alia etiam ratione probatur, quia Caſtr. loquitur quando agnatus iurat vtilem eſſe contractum: at nos quando iurat ſe credere vtilem eſſe: quo caſu quando quis iurat de credulitate non dicitur periurus, licèt probetur veritatem eſſe in contrarium, cap. quanto, vbi Docto. de iureiu. xxij.quæſtio. 2.cap. beatus Petrus, & not.Bal. in l. de tutela, col.2.verſi.opp. iſte minor.C. de in integ.reſti.min. vbi etiam declarat quid ſi diuerſis temporibus diuerſimodè quis iuraret per verbum credo, Alcia. in l.pri.§.ſin. col.4.verſi. & ex iſtis.D. de ver.obliga. Crau. conſ. 203. deferens, col.ſin. verſi. ex quo tex. lib. pri. licèt aliqualiter obſtare videatur quod ſtatutum hoc iubet iurari ita in veritate iurantem credere: ſed id non puto obſtare per not. per Alex. in rub.D. de iureiu. & ibi Iaſo. col. 2.verſi. immò plus, vbi concor. citant, & Gram. deci. 56. in cauſa, col.7. verſi. & minimè refragaretur.

8 ℂ An autem valeat contractus marito vel agnato falſum iurante factus: &

& D. Anto. Rub. in quibuſdam interpretationibus,quas fecit ad hæc ſtatuta Mediolanenſia,& quæ poſuit in initio ipſorum ſtatutorũ,loquens quando vir aut agnatus conſentit mulieri donanti,quam donationem iurat eſſe vtilem,inquit non valere per multa quæ allegat,quibus probatur donationem eſſe dilapidationem,l. contra iuris.§. ſi filius, vbi glo. & Docto.D. de pac. cui & nos addimus nec poſſe regulariter iudicis decretum interponi ad donandum,l.fin.C. ſi mai.fac.alie.rat.habu. ſubdens Rub. ita Caſtr. conſuluiſſe in duobus conſ. de quibus ibi per eum, qui tamen non loquitur in terminis huius noſtri ſtatuti: ſed tantùm inquit tutoris authoritatem iudiciſque decretum donationem à minore factam non confirmare per iura ſupra allegata: quod & præterea voluit Iaſ. conſ.69. vt præſens,col.pen.verſ. ad hoc adduco,lib.2.Marc.Ant.Nat.conſ.173. accedo,col.pri.& 2.lib.pri. qui loquitur in ſtatuto prohibente minorem contrahere ſine authoritate curatoris,aut ſine conſenſu conſanguineorum,& decreto iudicis,volens ſcilicet Nat. huius ſtatutariæ ſolennitatis interuentum non confirmare donationem à minore factam,citans Anch. in conſ.69. contra donationem, qui tamen contrarium tenet,licèt hanc opinionem priori loco arguendo referat,vbi Ancha. col.3.verſi. non ob. quòd ſpecies,reſpondet ad id quod ſupra arguendo dixerat, donare idem eſſe quod perdere & dilapidare, quod & nos ſupra affirmauimus: reſpondet inquam id non ſemper verum eſſe, inter coniunctas potiſſimùm perſonas, in quibus ſub nomine liberalitatis debitum naturale perſoluitur, allegat tex. in l.pri. quæ eſt vni.C. de impo. lucra.deſcri. & eſt lib.10. item quia multi ſunt caſus in quibus etiam pupillo donare permittitur. l. cùm plures. D. de aut.tut. & l. pen. ſed veriùs eſt antep.D. vbi pup.edu.deb. & licèt cauſa, ſubdit Ancha. in donatione, de qua ipſe loquitur,non ſit expreſſa,tamen vt actus potiùs valeat quàm pereat,non debemus interpretari factam in cauſam prohibitam ſed permiſſam. l. quoties,& voluit allegare 2.illius initij.D.de reb.dub. maximè vbi interuenit præſentia conſanguineorum & iudicis, quo caſu præſumuntur omnia ſolenniter acta. l. de fideicommiſſo, C. de pac. ſed veriùs eſt in tit. C. de tranſac. quæ vix id probat, ſed meliùs id probat.l. tranſactionem. C. eod. tit. de tranſac.

9 ℭ Ex quibus fateor me diu ancipitem fuiſſe, neque Cornelium Cottam Doctorem Mediolanenſem doctiſſimumque virum & olim noſtrę Comenſis ciuitatis Prætorem,nos quid hoc in articulo ſentiremus ſciſcitantem,ad Doctores in locis prææallegatis remiſiſſe: nihilominus nunc conſidero rem noſtro in caſu nullam penè dubitationem habere,quoniam Doctores in locis ſupra commemoratis excepto dicto D. Ant. Rub. loquuntur in minore,qui de iure communi etiam cum decreto donare prohibetur iuribus ſupra allegatis: at ſecus eſt in muliere, de qua hoc ſtatutum loquitur,cui donare permittitur.l. ſed ſi ego.D. ad S. C. Velle. ideoque ſi interuenit conſenſus viri aut agnati iurantis iuxta formam ſtatuti valere debet mulieris donatio, vt in ſtatuto prææalle. dicit Anc. in d.conſ.69. col.2. verſi. ſed ego ſaluo: & facit etiam quia non ſemper verum eſt donationem eſſe dilapidationem, quia immò munera ſæpe proficiunt iuxta illud Ouidianum lib. de arte aman. 3. munera (crede mihi) placant homineſque Deoſque. Quo autem ad minorem,quia & hoc ſcire iuuat etiã quo ad hoc ſtatutum, quoniam poſſet eſſe minor mulier,quo caſu teneretur ſolennitates à iure communi requiſitas obſeruare, vt diximus ſupra in gloſ.2. in ver. mulierum,

quæſtio.pen. diſtinguendum puto, quòd aut facta eſt donatio à minore in caſibus à iure permiſſis, de quibus in dictis iuribus: & eſt alius etiam caſus in donatione ſcilicet propter nuptias in, l.fin.C. ſi mai.fac. rat. alie. habue. & ſine dubio dicendum eſt eam valere: & in hoc conuenire videtur etiam Anc. vbi ſupra. Aut verò dubium eſt an ſit facta in caſu permiſſo necne, & puto veriorem eſſe opinionem contra Ancha. non valere ſcilicet donationem, quoniam vera eſt in iure noſtro concluſio, habentem regulam pro ſe fundatam habere intentionem, niſi excipiens ſuam probet exceptionem, vt diximns ſupra in glo.pri. num.244.incip. nec obſtat huic: quo ſit vt cùm donatio rei minoris regulariter ſit prohibita, vt iam affirmauimus, is qui eā non valere allegat, fundatam habeat intentionem, niſi excipiens & ſic valere aſſerens exceptionem probet, videlicet eam fuiſſe in caſu permiſſo factam, & ex hoc arbitror non obſtare quod Anc. adducit faciendam in dubio interpretationem vt actus valeat, cùm præſertim iſta regula locum non habeat in donatione facta ab eo qui regulariter donare prohibetur, vt per Tiraq. in rep.l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, nu.87. & 4.ſeq.C. de reuo.dona. dum ſi fiat, inquit, donatio inter prohibitos, non ſolùm nō præſumi factā eſſe ob merita, & ſic in caſu ſpeciali quo valet, ſed etiam non ſtari aſſertioni partium aſſerentium factā eſſe ob merita, niſi aliter probentur, affirmans Tiraq. hanc cōmuniorem eſſe opinionem: quanquā etiā dici poteſt vix nos poſſe eſſe in dubio an donatio ſit facta in caſu permiſſo necne, quia ferè impoſſibile erit aut ex qualitate donantis aut donatarij aut rei donatæ nō diſcerni an donatio ſit facta in caſibus, de quibus in d. legibus. Et ſciendum eſt in caſibus quibus diximus donationem non valere, nihil impedimento eſſe iuſiurandum viri aut agnati iurantis ſe in veritate credere donationem in mulieris vtilitatē cedere, per ea quæ dicemus infra in fine nu. 68. & 69. & ita in ſpecie voluit Abb. in conſ.107. quatuor ſunt, col.4.verſ. præterea & fortiùs, lib.2. vbi ſubdit, ſi & ipſe minor iuret remittendum eſſe iuſiurandum propter dolum præſumptum: ſuper quo vide etiam quod dicemus infra in fine, in xxv. quæſtio.

10 ¶ Animaduertendum tamen eſt, quia puto donationem minoris ipſo iure nō infringi, ſed ope reſtitutionis in integrum, propter læſionem, per reg. l. ſi quidem.C.de prædi.mino. vbi generaliter probatur alienationē per minorem cum authoritate tutoris aut curatoris & decreto iudicis factā valere, ſed data læſione ope in integrum reſtitutionis reſcindi: & ita voluerunt Anc.d.cōſ.69.col.2.verſ. ſed de iure cōmuni, & Abb.d.cōſ.107 col.4.verſi. ſublato autem iuramento, lib.2. & licèt, vt & hoc non omittamus, ne erres candide Lector, Anc. vbi ſupra, hanc in integrum reſtitutionem aſſerat intra quadriennium petendam, veriùs tamen eſt intra decennium peti poſſe aduerſus donationem de qua loquimur, vt eſt caſus in l.fin. in fi.C. ſi mai. fac. rat. alie. hubue.

GLOSSA DECIMASEXTA IN VER. NON VALEAT.

1 PRIMO quæro, an non valeat ipſo iure, an ope exceptionis: & And. Tiraq. in trac. de legi.connu. in glo.4. num.3.incip. & ſanè, & mult. ſeq. poſt alios quos citat, ipſo, inquit, iure, quod & vltra per eum

eum allegata voluerunt Ang. in conſ.160. pro deciſione, col.2.verſi. contrarium dico, & col.fin.verſi. ſed quia ex prædictis, Rom. conſ.437. in caſu propoſito, in pri.dub. D. Io. Bapti. Plot. in rep.l. ſi quando, num.267.C. vn. vi. Quæ opinio potiſſimùm procedit ob verba quæ commentamur: quibus præſuppoſitis non loquuntur quæ iam allegauimus: nam licèt aliàs diſtingui ſoleat an lex vel ſtatutum verbis futuri temporis vtatur,& tunc actus ipſo non ſit iure nullus, ſecus ſi verbis præteriti temporis vel præſentis, vt per glo. & Docto. in l. in criminali. C. de iuris. om. iud. cum mult. concor. per Tiraq. adductis in rep. l. ſi vnquam,in ver. reuertatur,num.21. incip. ego verò,cum mult.ſeq.C.de reuo.dona. tamen fallit quando aliqua requiritur ſolennitas in ipſo actu adhibenda,quia tunc cuiuſcunque tempo ris ſint verba ipſo iure important, ſecundùm Tiraq. vbi ſupra proximè nu. 69.incip. intellige 2. poſt alios multos quos citat, & præterea Cur. iun. in aut. ſacramenta, col.3. num.26. & 27.C. ſi adu.vendi. quod autem hæc ſolennitas in ipſo actu interponenda ſit,aſſeruimus ſupra in glo.7. in ver. con ſenſus, quæſtio.xii. quod & potiſſimùm noſtro in Comenſi ſtatuto procedit, quod verbis vtitur geminatis, non valeat nec effectum conſequatur: quo caſu ipſo etiam iure nullitas inducitur, etiam ſi verba futuri ſint temporis,ſecundùm Bal.in tit.de pac.Conſtan.cap. priuilegia,in ver. in irritum deducantur, cum infini. etiam ſimili. per Tiraq. vbi ſupra num.46. incip. quartò fallit, cumulatis. Quid autem interſit inter nullitatem ipſo iure & ope exceptionis reſultantem,videbis latiſſimè per Tiraq. in d.ver. reuertatur,à num.288. vſque in fin. vbi centum & quatuor diſcrimina enumerat.

2 ℂ SECVNDO quæro, an contractum ſine ſtatuti huius ſolennitate celebratum in foro quem conſcientiæ appellant, mulier obſeruare cogatur: & Iaſ. in l. nemo poteſt,in pri.lectu. col.14.verſi. facit quod ſingulariter,de leg.pri. partem tenet affirmatiuam,quod & repetijt in aut. præterea, col.10.verſ. item aduerte quòd licèt.C.vn.vir & vx. in l. & ſi inutiliter,col. pri.verſi. item adde facere.C. de fideicom.vbi id intelligit niſi dolus ex par te contrahentis cum muliere interueniat,in l. ſi non ſortem,in prin.col.pri. cir. fin. verſi. adde quòd contractus.D. de condi. inde. in l. ſi poſt diuiſionem,col.fin.verſi. ad idem facit quòd in ſpecie.C. de iur. & fac.igno. vtrobique etiam id intelligens modo quo ſupra, & in .§. ſed iſte, col.21.verſi. vide etiam,inſti. de actio.vbi latè pertractat materiam conſcientiæ:eandem opinionem tenent Fely. in cap. pri. col. 10. verſi. fallit ſextò, de conſtitu. Alcia. in trac. de quinque ped. præſcri. char.3. col. pri. qui & ipſe id intelligit niſi dolus interueniat, & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4. de droictz & appar. à gens mari.§.pri. in glo. in ver. ne peult faire,cir.fin. & iterum in glo. in ver. contraulz entre lex vifz, in 11. limita. vbi omnes in id citant Abb. in cap. relatum, pri. col. pri. de teſta. vbi tamen meo in libro id non tangit.

3 ℂ Contrariam tamen opinionem, immò mulierem contractum propter omiſſam ſtatuti huius ſolennitatem reſcindentem, in foro etiam conſcientiæ tutam eſſe,tenuerunt idem Iaſ. ſibi parum conſtans,in d.l.nemo poteſt, in 2.lectu. col.17.verſi. tertiò facit quod egregiè, iuncta col.ſeq.verſi.non obſtant ergo,& in conſ.67. de iſto ſecundò, col.4.verſi. reſtat circa prædicta, iuncta col.fin.verſi. non obſtant in oppoſitum, lib.3. vbi id dicit generaliter verum eſſe, leges ciuiles peccatum no continentes,in foro quoque

conſcientiæ obſeruandas, aſſerens hanc communem eſſe opinionem, reſpondensque contraria procedere quantùm ad retinendum. vt videlicet ſi is qui cum muliere ſine ſtatuti ſolennitate contraxit, poſſideat rem, ſuper qua contractum eſt, eam in foro conſcientiæ licitè retinere poſſit, ſi tamen ei per mulierem eiusue hæredem controuerſia non inferatur: ſecus ſi mulier ipſa poſſideat, vel contra poſſidentem controuerſiam moueat, vbi in id alios quoque concor. adducit, & ſequitur Tiraq. qui hanc quoque quæſtionem latè pertractat in tract. de legib. connub. gloſ. 4. à num. 15. vſque ad num. 26.

4 ℭ Quam & nos opinionem ſequimur, pro qua & illud facit, quod ſtatutum hoc nullitatem actus, ſi ſtatuti huius forma non ſeruetur, ipſo iure inducit, vt in præce. quæſtio. diximus, quo caſu in foro quoque conſcientiæ obſeruandum eſt, ſecundùm Abb. in cap. pri. col. 2. verſi. hoc limitarem niſi, & ibi Fely. col. 14. verſi. recipit tamen glo. de conſtitu. cum concor. hic etiam per Tiraq. adductis in d. l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 291. incip. ſecundùm diſcrimen, & ſeq. vbi hanc communem eſſe ſententiam aſſerit. C. de reuo. dona.

5 ℭ TERTIO quæro, an mulier ſola contrahens naturaliter ſaltem obligetur: & Bar. in l. cùm lex, col. pen. verſi. ſed iuxta prædicta. D. de fideiuſ. tenet non obligari, cuius concor. commemorat Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 4. num. 12. & 26. quod & præterea voluit Iaſ. in l. Gallus, in prin. in pri. lectu. col. 4. verſi. tertiò adde illud, & in 2. lectu. col. etiam 4. verſi. adde tertiò quod per iſtam. D. de lib. & poſt. quam & nos ſententiam ſequimur: quanquam dubitet Ferro. in conſue. Burdi. tit. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. 7. verſi. adeò valida.

6 ℭ Sed aduerte Lector quòd Bar. vbi ſupra hoc tantùm admittit quando ſtatutum vtitur verbis futuri temporis, non poſſit: ſecus ſi præſentis, non poteſt: vnde hoc videretur in noſtro duntaxat Comenſi ſtatuto procedere, quod ſic loquitur, non poſſit mulier &c. ſecus hoc in ſtatuto, quia his non vtitur verbis non poſſit, immò nec verbis præſentis temporis non poteſt: quem Bar. ſequuntur Soci. & Iaſ. in locis per Tiraq. allegatis in d. trac. de legi. connu. glo. 4. num. 8. incip. ſed nec, vbi dum citat Iaſ. in l. frater à fratre, col. 18. verſi. tertia difficultas, voluit allegare col. 14. D. de condi. inde. & ſequitur præterea Butri. in cap. cùm contingat, col. pen. verſi. ſed dubitat Io. And. de iureiu.

7 ℭ Veruntamen idem dici poteſt in hoc quoq; ſtatuto, ex quo hanc ſolennitatem in ipſo actu deſiderat, vt diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xii. ſubditque contractum aliter factum non valere: nam & tunc perinde eſt acſi verbis futuri temporis non poſſit, vteretur, cùm & hoc caſu naturalis obligatio impediatur ſecundùm Bar. in d. l. cum lex, col. pen. verſ. ſed pone quòd lex, & ita latiùs declarauimus ſupra in glo. pri. num. 125.

8 ℭ Non omitto tamen illud Bar. dictum in d. l. cùm lex, quatenus negat naturalem impediri obligationem, quando lex verbis vtitur præſentis temporis non, poteſt, verum non videri, & illud reprobaſſe Tiraq. in d. gloſ. 4. num. 9. incip. ſed hæc, poſt Bal. Iaſo. & Lancel. Gallia. quos citat, &

præterea Crot. in l. pri. §. ſi vir vxori, col. pen. verſi. vltima concluſio. D. de acqui. poſſeſ.

9 ℭ QVARTO quæro, ſi pro muliere ſine hac ſolennitate conteahente interceſſerit fideiuſſor, an ipſe obligetur: quod etiam retigit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 4. num. 14. incip. hinc dici poteſt, vbi ex eo inquit, quod ſupra dixit, mulierem omiſſa ſtatuti huius ſolennitate contrahentem nec naturaliter obligari, vt & nos ſupra in præce. quæſtio. affirmauimus, dici poſſe fideiuſſorem non obligari, quia non obligato ſaltem naturaliter non accedit fideiuſſor, l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. D. de fideius. ſubdens Tiraq. contrarium tamen tenere Albe. & Alex. in locis per eum allegatis, ſicque Tiraq. hic ſubſiſtit, ſubijciens tamen dubium non eſſe fideiuſſorem obligari, quando in ſe periculum ſuſcepit: de quo & nos in ſequen. quæſtio. dicemus: quam Albe. & Alex. opinionem volentium fideiuſſorem ſimpliciter intercedentem teneri, addo ſecutos fuiſſe Caſtr. in conſ. 433. viſis omnibus ſcripturis, col. fin. verſi. quartò videtur, lib. pri. & Ferro. loquentem in fideiuſſore de iudicato ſoluendo intercedente pro filiofamilias aut muliere à ſtatuto ſine venia patris aut mariti agere prohibitis in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. 5. verſi. plane fideiuſſor.

10 ℭ Nos tamen in ea ſumus ſententia, fideiuſſorem non obligari: in qua etiã fuit Iaſ. in l. ſi non ſortem, in prin. col. pri. verſi. quartò no. D. de condi. inde. vbi loquitur in ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate contrahere, & D. Plot. loquens in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, in rep. l. ſi quando, num. 265. C. vn. vi. quã etiam opinionem in muliere fundum dotalem alienantem cum fideiuſſore de euictione, vt ſcilicet fideiuſſor non oligetur, tenuit Io. And. in cap. cum contingat, cir. med. verſi. & quia de fideiuſſore, vbi generalem quoque doctrinam tradit, quando fideiuſſor teneatur, & ibi ſequuntur Io. Ligna. & poſt eum Butri. col. pen. verſi. ſi prohibita eſt fauore perſonæ, & Imo. col. 13. verſi. ſed vlteriùs vltra prædicta, de iureiu.

11 ℭ Et hæc opinio in caſu noſtro probatur ex his quæ in præce. quæſtio. diximus, mulierem ſcilicet ſine huius ſtatuti ſolennitate contrahentem nec naturaliter obligari: & non obligato ſaltem naturaliter fideiuſſorem non accedere, præter allegata per Tiraq. quo loco eum in prin. huius quæſtio. adduximus, idem etiam probat tex. in l. pri. & ibi glo. vni. Bar. & alij. D. de fideiuſ. in l. naturaliter, in prin. & ibi Docto. de condi. inde. quibus etiam accedit, quòd & donatio inter virum & vxorem prohibita eſt l. pri. D. de dona. inter vir. & vxo. qui tex. his vtitur verbis, non valere, vt hoc quoque ſtatutum facit, & tamen ſi fideiuſſor accedit, nec ipſe obligatur. l. ſi ſponſus ſponſæ. §. ſi vir vxori. D. eod. tit. ex quo etiam tex. colligitur donatorem non fuiſſe naturaliter obligatum, vt & illum ponderauit Rom. in l. is cui, col. pri. cir. fin. verſi. & eadem ratione. D. de verb. obliga. & in conſ. infra num. ab hinc 2. alle.

12 ℭ Nec obſtat tex. ſuper quo ſe fundant qui contrarium tenent, ſcilicet tex. in l. Marcellus. D. de fideiuſ. (nam alia iura per Ferro. vbi ſupra allegata, videlicet tex. in in l. ſi ſeruus, cum l. ſeq. D. iudi. ſol. & in l. ſi quis pro eo. D. de fideiuſ. vix ad rem faciunt, quia non loquuntur de eo qui nec na-

turaliter tenebatur) quia loquitur in minore, prodigo, bonis interdicto, & furioſo: nam quantùm ad minorem dicimus rationem eſſe, quia regulariter obligatur naturaliter, tex. eſt in l. pri. in fi. & ibi glo. mag. in ver. promiſerat, & Bar. col. 2. verſ. venio ad verſ. illud, qui id declarat, & Ang. & Raph. Cuma. col. fin. D. de noua. in l. ſi pupillus, in prin. & ibi Docto. D. ad l. Falci. in l. cum illud. §. hæres meus, & ibi glo. in ver. nihil, & Bar. D. quan. dies lega. ced. in l. in numerationibus, in prin. & ibi gloſ. in ver. debitum ſuum. D. de ſoluti. in l. 2. & ibi glo. in ver. pupillum, & Bar. D. de fideiuſ. in l. fin. cir. prin. & ibi glo. in ver. tuebitur, & Bar. cir. prin. & alij Docto. D. de iureiu. in §. præterea, cum glo. in ver. à pupillo, & ibi Docto. inſti. qui. mod. tol. obli. & no. ēt glo. magi. in l. pupillus, in glo. vni. & ibi Bar. & Dec. in fi. D. de reg. iur. idem Bar. & alij in l. quod pupillus. D. de condi. inde. Raph. Cum. in l. is cui bonis, col. 2. verſi. ſi ergo, ſub nu. 17. D. de ver. obli. Ang. Aret. in §. pupillus, col. 2. in prin. verſi. in gloſ. proxi. inſti. de inuti. ſtipu. Iaſ. in l. eius qui in prouincia, verſi. quas verò, col. 2. in fi. num. 4. D. ſi cer. pet. quibus etiam in locis comperies Lector per glo. & Docto. reſponderi ad d. l. quod pupillus. D. de condi. inde. vt loquatur quando minor contrahit cum tutore, quia ſcilicet tunc nec naturaliter obligatur, vt eſt tex. in l. pupillus obligari, in prin. & ibi etiam glo. & Bar. qui diuerſitatis rationem adducit. D. de aut. tuto. qui etiam tex. aliter intelligi poteſt, videlicet in infante aut infantiæ proximo, ſecundùm glo. & Docto. in locis præalle. eodem ēt modo reſpondentes ad l. pupillus. D. de actio. & obliga.

13 ℭ Igitur, ut ad rem redeamus, non eſt mirum ſi in d. l. Marcellus. D. de fideiuſ. fideiuſſor obligatur, cùm regulariter obligetur quando pro naturaliter obligato intercedit, vt præter tex. ſupra alle. probat etiam tex. in l. ſtipulatus ſum à reo, in fi. cum l. ſeq. & ibi Caſtr. D. de fideiuſ. in l. pri. §. ſi quis ita, & ibi Iaſ. col. 2. verſi. ſeptimò no. & Lancel. Gallia. col. 5. verſi. quintò nota. D. de ver. obli. glo. in l. 3. in prin. in ver. commiſſe, poſt prin. D. de recep. arbi. Bal. in l. is cui, in 3. nota. & ibi Ang. col. pri. verſi. ſequitur in litera, neque fideiuſſor, Caſtr. num. 4. Rom. col. pri. verſi. in tex. ibi neque fideiuſſeor, & Iaſ. col. 2. verſi. quintò no. D. de ver. obliga. Quatenus autem eadem l. Marcellus, loquitur etiam in prodigo & furioſo, reſpondetur plures ibi per glo. mag. & Bar. col. 2. verſi. venio ad ſecundam partem, ſolutiones dari: ſed illam per glo. Ray. de For. & Bar. licèt aliqualiter diuinet, approbari, vt loquatur in caſu quo tales perſonæ erant naturaliter obligatæ, aliàs de directo pugnaret tex. in l. is cui bonis. D. de ver. obliga. & ita hanc noſtram quoque ſententiam ſenſiſſe viſus eſt Rom. in conſ. 437. in caſu propoſito, in pri. dub.

14 ℭ QVINTO quæro, quid ſi fideiuſſor in ſe periculum ſuſceperit, affirmans non fieri contra ſtatutum, an tunc teneatur: quod eſt dicendum per nota. per Bal. in l. ſi verò. §. hoc amplius. D. manda. vbi fideiuſſorem inquit in caſu à ſtatuto prohibito pro filiofamilias intercedentem obligari, ſi in ſe periculum ſuſcipiat, affirmetque contra ſtatutum non fieri: quod eſt notandum ad ſtatutum Mediolani infra eod. vol. cap. 416. & Comi cap. 67. in ciuili. diſponens filiumfamilias regulariter ſine conſenſu patris, aut aui, in cuius eſt poteſtate, non obligari, nec fideiuſſorem pro eo intercedentem: & per hoc ita in ſtatuto prohibente mulierem ſine conſenſu viri contrahere, voluit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 4. nu. 14. quibus adde facere quæ

di-

diximus in glo.10. in ver.cū ipſo marito,quęſti.vlt.nu.47.incip.& ſimiliter.

15 ℭ SEXTO de alia quæſtione præcedenti proxima quæro,quid ſi fideiuſſor principalem ſe debitorem conſtituat, vt hodie communiter fieri ſolet,quia dicunt notarij,& pro tali domina talis extitit fideiuſſor,qui ſe conſtituit fideiuſſorem & principalem debitorē &c. an tunc teneatur tanquam principaliter obligatus videatur: quod ex ea quæſtione pendet, an tunc dicatur principalis,& proinde ſine vlla excuſſione conueniri poſsit, an verò fideiuſſoris naturam retineat: qua in quæſtione ſolet communiter diſtingui,quòd aut interuenit in eodem inſtrumento, in quo & alius principalis ſe obligauit,& tunc dicantur duo rei debendi: aut verò in alio inſtrumento poſtea confecto interuenit, & ſubdiſtinguitur, quòd aut interuenit animo nouandi, & retineat adhuc naturam principalis: aut non expreſſit animo nouandi ſe intercedere: & tunc dicatur fideiuſſor,& proinde ante principalem non conueniatur,& hoc nouiſſimo iure inſpecto,quo per interuentum nouæ perſonæ non inducitur nouatio niſi id exprimatur,iuxta l. fin.C. de noua. ita colligitur ex gloſ. in aut. de fideiuſ. in prin. in ver. fideiuſſorem, in fi. cum ibi adductis per Fran. Accur. in fine ipſius gloſ. vti in nonnullis libris habetur,& ibi refert & ſequitur Bar. col.2.verſi. & in fi. Accur. & voluerunt etiam Pet. Cyn. & Ray. in aut. præſente.C. eo.tit. & Alex. in conſ.32. aliàs 31. in cauſa excuſſionis, col. pen. verſi. tertiò principaliter, iuncto verſi. quinimmò & fortiùs,lib.4. in conſ.29. clariſſime Doctor, col. fin.verſi. poteſt etiam, lib.7. & voluiſſe videntur etiam Abb. in cap.2. col. 2.verſi. ſecundum beneficium,& ibi Imo.col.3.verſi.in glo. ibi & conſtitutioni, de fideiuſ. dum illam gloſ. allegant & ſequuntur: quicquid ſimpliciter tenuerit Azo in ſum. aut. de fideiuſ. col. 2. verſi. ſecundò quæritur, & Specu. tit. de renun. & conclu.§.pri. col.8.verſi. ſed ſi fideiuſſor, num. 18. Rom.conſ.114. viſis conſultis,in pri.dub. & apo. Capel.Tholo.deciſio.23. incip. item fuit quæſitum ſi ego: ſed nos priorem ſequimur opinionem, quam communem dicit Alex. in d. conſ. 31.

16 ℭ Quæ omnia Lector diligenter annotabis, quia in practica frequenter occurrunt, vti & nobis aliquando acciderunt: contigit enim pro Sempronio vectigalium licitatore Titium fideiuſsiſſe, ſeque pro eo principalem debitorem in forma conſtituiſſe:quibus licitatoribus eorumque ſocijs conceſſum erat à Principe conueniendi omnes debitores ſuos ex qualibet cauſa coram quocunque iudice,eoſque in carceribus includendi in forma Cameræ: quare is Titius agebat contra Caium eius debitorem, perſonalem more Cameræ executionem petens: quam nos negauimus concedi oportere,quoniam capitula inter Prinicipem & vectigalium licitatores inita loquebantur de licitatoribus & eorum ſocijs, vnde exceptio ſeu priuilegium fori, quando conceditur perſonæ, non tranſit in fideiuſſorem.l. exceptiones.D. de excepti.l. ſi reus.D. iud.ſol. & not. Specu. in tit. de compe. iud. adi.§. generaliter, col.11.verſi. ſed pone clericus, Bal. in l. pri. in fi.ver.C. de iu. dot. in aut. habita, col. 5. verſi. quæro quid de fideiuſſore.C. ne fili. pro pat.Rom.ſingu.633.nunquid fideiuſſor,Io.de Arno. proble,79.Marſ. in rub.D. de fideiuſ.char.18.verſi. ſed modò operæpretium eſt, ſub num. 263.& 264. Afflic. deciſi.206. penès & apud acta,in pri.dub. Cagno. in l. venditor,col.3.num.10.D.de iudi. quibus in locis ex hoc deciditur,laicum clerici fideiuſſorem coram ſeculari iudice conueniendum: quod & nos in

no-

noſtra Comenſi ciuitate ſeruari vidimus: in caſu autem ſupradicto priuilegium ſatis videbatur perſonæ conceſsum, ex quo capitula in hæc erant verba concepta, quòd publicani & eorum ſocij poſſent &c. nam & Alex. noſtro in propoſito in conſ.86. in cauſa datiorum, per totum, lib.pri. in dubio, inquit, priuilegium perſonæ conceſſum, intelligi eſſe perſonale, ideoque perſonam non egredi.

17 ¶ Quæ cum per nos motiuata fuiſſent, reſponſum fuit, dictam perſonalem executionem per alium conſulem, cuius nomen ſciens ſubticeo, necnon & per Mag. Ordinariorum redditauum Magiſtratum in alia ſimili cauſa inter eaſdem partes vertente conceſſam fuiſſe, ad eamque ſententiam cauſa in Senatum introducta, noluiſſe Senatum manum apponere: ſed nos replicauimus exemplis iudicandum non eſſe.l. nemo iudex. C. de ſenten. & inter. om. iud. itemque in ea cauſa non fuiſſe fundamentum iſtud à parte deductum, ideoque nec de hoc cognitum & deciſum dici poſſe.l. cum quæritur. D. de excep. rei iud. quamuis re vera nec in cauſa coram nobis vertente hoc ipſum fuiſſet à parte ſpecialiter allegatum.

18 ¶ SEPTIMO quæro, quid ſi fideiuſſor pro muliere intercedens ſteterit quidē in terminis fideiuſſoris, ſed tamen iuſiurandum de nō contrauenniendo adiecerit, an tunc obligetur: quod verius eſt per nota. per Bar. in l. ſi quis pro eo, col.pen.verſi. vltimò prohibetur. D. de fideiuſ. vbi quando inquit fideiuſſor non obligatur eò quia principalis non tenetur, ſi tamē iurauerit fideiuſſor, obligari, non tanquam fideiuſſorem ſed tanquam principalem, quia iurando velle videtur obligari omni meliori modo quo poteſt, per tex. in l. cùm pater. §. filius matrem. D. de leg. 2. quod & voluit idem Bar. in l. is cui bonis, in fi. D. de ver.obli. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum vbi ſupra, Ang. in l. hi qui, in fin.ver. D. de fideiuſ. Alex.conſ.102. viſo proceſſu, poſt prin.verſi. præterea, lib.5. & Humber. de Bouen. in rep. aut. Sacramenta, col.21. verſi. tertiò infero. C. ſi aduer. vendi. vbi id procedere intelligit quando ſciens principalem non teneri intercedit: ſecus ſi quoquomodo ignoret, vbi in dubio inquit præſumi, quia tunc ceſſat ratio quòd donare videatur, & velle actum valere omni meliori modo quo poteſt, cùm error conſenſum impediat, l. ſicut. §. non videtur, in fi. D. qui. mod.pig. vel hypo. ſol.

19 ¶ Quid autem ſi mulier ipſa iuraret, an tunc obligetur fideiuſſor, tangit Bal. in l. ſi prædium, col. 2. in fi. verſi. ſed pone mulier. C. de iu. dot. ſed quicquid ipſe dicat, veriùs eſt in caſu noſtro nedum fideiuſſorem ſed ipſam quoque mulierem obligari, vt dicemus infra in fine, quæſtio.ij. & idem etiā in caſu de quo Bal. loquitur, quando ſcilicet dotalem mulier fundum alienat cum iuramento, vt eſt caſus in cap. cùm contingat, de iureiu. quæ diſpoſitio in foro quoque ciuili obſeruanda eſt, cùm peccatum concernat, ſecundùm ea quæ late diximus ſupra in glo.3. in ver. ex contractu vel quaſi, in fi.

20 ¶ OCTAVO quæro, an eo caſu quo fideiuſſor pro muliere intercedens obligatur tanquā principalis, conueniri poſſit inſolidum, an verò pro dimidia tantùm: quod poſterius videtur, q̄a quādo duo ſunt rei debendi, ſi ſe inſolidū nō obligauerint, q̄libet ꝓ dimidia duntaxat cōueniendus eſt, vulgatus eſt tex. in l. reos. §. cū in tabulis, & ibi glo. Bar. & alij. D. de duo.re.

21

21 ¶ Verùm immò inſolidum eum teneri ſenſit Corn.conſ.121. videtur prima facie.col.3.verſi. reſtat vt deueniamus,lib.4. dum loquens de hoc ſtatuto prohibente mulierem ſine certa ſolennitate contrahere,ſi ea,inquit,non obſeruata mulier contrahat,& Titius & Seius contractum per eam celebratum de ſuo obſeruare promittant, vtrunque pro dimidia parte conueniendum: nam ſecundùm priorem opinionem, ſi in numero reorum mulier computaretur,quilibet,Titius ſcilicet & Seius pro tertia & ſic pro iurili tantùm conueniretur,d.§. cum in tabulis: ſed quoniam ille tex. loquitur quando quilibet reus debendi poteſt obligari, quod in muliere prohibetur: ideo & nos hanc poſteriorem Corn. opinionem ſequimur: & pro intellectu d.§. ne erres Lector, vti ab alijs erratum aliquando vidimus, adeundus tibi erit Bar. in l.2.D.eo.tit. de duo.re.

22 ¶ NONO quæro, an eo caſu quo fideiuſſor obligatur, contra mulierem regreſſum habeat: & non habere tradidit Albe. poſt Iac. de Aret. in trac. ſtatu. parte pri. quæſtio. clxxxij. incip. demum quæro,vbi loquitur in ſtatuto prohibente filiumfamilias in contractu vel diſtractu ſe obligare, quem ſequi videtur Tiraq. in d. trac. de legi. connub. gloſ.4. num. 14. ſed & præter eos idem in ſimili quoque ſtatuto voluit Caſtr. in loco in ſequenti quæſtio. allegato.

23 ¶ DECIMO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, an quod proximè diximus fideiuſſorem mulieris contra eam regreſſum non habere,procedat non ſolùm ſi ſponte fideiuſſerit, ſed etiam ſi mandato mulieris: & Caſtr. in conſ.433. viſis omnibus,col.fin.verſi.quartò videtur obſtare, lib.pri. loquens de ſtatuto prohibente minorem ſe obligare ſine certa ſolennitate, vtroque, inquit, caſu fideiuſſorem pro maiore intercedentē contra eum regreſſum non habiturum: quod & eſt de mente Albe. quo loco eum in præce. quæſtio. commemorauimus.

24 ¶ VNDECIMO quæro, eodem themate retento, quid ſi mulier fideiuſſori non ſolùm mandauerit vt pro ea intercederet, ſed & ei indemnitatem promiſerit, an tunc mulier ab eo conueniri poſſit: & Alex. in conſ. 29. clariſſime Doctor, col.6. verſi. alia ratione, lib.7. loquens de ſtatuto prohibente prodigum,furioſum,mentecaptum,filiumfamilias,& maiorem 75. annis ſine certa ſolennitate ſe obligare, intereſſe putat, an ſtatutum loquatur eo modo quo ſupra retulimus,ſcilicet per verbum obligare,& tunc non valeat etiam indemnitatis promiſſio: an verò vtatur verbo alienare,& valeat. Ex quo & tu colligere potes nullam eſſe in caſu noſtro indemnitatis promiſſionem, cùm ſtatutum iſtud non ſolùm prohibeat alienationem ſed & obligationem ex contractu &c. deſcendentem.

GLOSSA DECIMASEPTIMA IN VER. DE EADEM PARENTELA.

1 PRIMO quæro, quid ſignificet hoc verbum parentela: & certè dubitandum non eſt familiam et agnationem ſignificare,quo verbo vſi ſunt ſtatuentes vt faciliùs intelligerentur,vti etiam Proculus improprijs quandoque ſe verbis vti inquit,vt faciliùs intelligatur, in l. inſula,

ſula, in fi.D. de acqui. rer. dom. & ita verbum hoc parentela hac in ſignificatione reperiri apud Summos Pontifices, Imperatores, aliosque probos authores tradit Tiraq. in tract. retrac. tit. pri. §. pri. gloſ. 8. num. pri. in fi. cum duo. ſeq.

2 ℂ Hic autem annotandum eſt quod ex facto in hac Mediolani iuriſdictio ne contigit coram doctiſſimo viro D. Antonio Sanſono, qui iudicauit ſiue veriùs iudicare paratus fuit, niſi partes tranſegiſſent, ſi agnatus ſit de parentela de ſexto, & mulier de ſeſſo, non dici eos de eadem parentela eſſe.

3 ℂ SECVNDO quæro, quid de coniuncto coniunctione ſpirituali, an & is ad conſentiendum admittatur: & certè hoc in ſtatuto non dubitamus eum non eſſe admittendum ob verba quæ commentamur, cùm per talem quis cognationem parentelam non mutet: itaque hæc dubitatió magis pertinet ad noſtrum Comenſe ſtatutum de affine ſimpliciter loquens: in quo tamen idem concludendum arbitramur, vt ſcilicet non admittatur, per not. latè per Tiraq. in rep.l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num. 26.incip. nec item ſpirituales, vſque an num.41.C. de reuo. dona. vbi huiuſmodi, inquit, cognatos non gaudere beneficio cognationis, vbi ſubeſt diuerſitatis ratio, multa ad hoc cumulans, & inter alia inquiens cognatum huiuſmodi non poſſe pro coniuncto agere ſine mandato: ex quibus omnibus infert illam l. ſi vnquam, in his ſpiritualibus filijs locum non habere. Et facit præterea quod not. idem Tiraq. in trac. retrac. tit.pri.§.pri.gloſ. 8. num.18.incip. ſed vt ad inſtitutum, vbi poſt alios quos citat, decidit ſtatutum permittens conſanguineo retrahere rem ab alio conſanguineo venditam, non procedere in huiuſmodi coniuncto.

4 ℂ TERTIO quæro, quid de exhæredato: & hunc quidem admittendum arbitramur, quia non deſinit eſſe de parentela, l.2.§. poſt ſuos autem. D. de ſuis & legi. vbi dicitur eum non deſinere eſſe conſanguineum, cum alijs concor. per And. Tiraq. adductis in trac.retra.tit.pri.§.pri.glo.8.nu.46. incip.porro exhæredatus, cum mult.ſeq. vbi ex hoc concludit eum admitti ad retractum rei à conſanguineo venditæ iuxta formam ſtatuti hanc conſanguineo facultatem tribuentis: ex quo etiam num.50.incip. illud autem, intelliges hoc & multò magis procedere ſi ſua ſponte paterna hæreditate abſtineret.

5 ℂ QVARTO quæro, quid de eo qui nunquam in patris fuit poteſtate, & ſic poſthumo, poſt mortem aut captiuitatem patris nato: quem etiam admittendum opinamur, quia & is dicitur conſanguineus ſiue de parentela, l.pri. cir.fin.verſi. & qui nunquam. D. de ſuis & legi. §. ſunt autem, verſi. hi etiam, inſti. de legi.agna.ſucceſ.

6 ℂ QVINTO quæro, quid in adoptato & arrogato: & videtur eos admittendos, quoniam hi propriam perdunt familiam, & in familiã patris adoptantis vel arrogantis tranſeunt, l.pri. in fi. D. de ſuis & legi. l. liberos, in prin. D. de cap. dimi. §. eos autem, verſi. liberi, inſti. de ſucceſ. cogna.

7 ℂ Sed hæc vera ſunt iure antiquo inſpecto: at nouiſſimo adoptatus ab extraneo non tranſit in illius poteſtatem nec familiam: ſi autem ab aſcendente

dente paterno vel materno adoptetur, tunc quidem in illius poteſtatem tranſit,ſi quo caſu nõ ſit,ſed quantùm ad aſcendentem paternũ non eſt tractandũ de mutatione agnationis & familię, ex quo eadẽ eſt sẽper agnatio, ita probatur in l.cùm in adoptiuis.C.de adop.& in §.ſed hodie,inſti.eo.tit.

8 ℭ Scias tamen Lector,eo caſu quo adoptatus tranſit in familiam adoptantis,ſi poſtea ſequatur emancipatio, iura agnationis & familiæ patris adoptantis reſolui,vt probat tex. in d.l. cùm in adoptiuis, & in l. in omni ferè. D.eo.tit. Bene facit tex. in cap. per adoptionem.30. quæſtio. iij. vbi adoptio eatenus impedit matrimonium contrahi inter fratres adoptiuos & naturales, quatenus durat, non etiam ſecuta emancipatione: per quem tex. vltimo loco relatum habes d.§. ſed hodie, cum ſimili. non procedere quò ad impediendum matrimonium,quia ſcilicet impedietur, licèt adoptio fiat ab extraneo, ita enim neceſſario tex. ille intelligendus eſt, quia ſi intelligeretur quando quis adoptatur ab aſcendente, ſecuta etiam emancipatione non permitteretur matrimonium, cùm adhuc impedimento prior eſſet agnatio.

9 ℭ Quid autem, vt & hoc obiter dicamus, inter adoptantem & adoptatam, an poſt ſecutam emancipationem impediatur adhuc matrimonium: & impediri de iure ciuili tex. eſt clarus in l. quinetiam .D. de ri. nup. & in §. ergo non omnes,verſi. & ideo,inſti. de nup. quod iure quoque canonico inſpecto procedere arbitramur, cùm non reperiatur expreſsè correctũ, arg.l. præcipimus,in fi.C.de appella. nam d.cap. per adoptionem,loquitur inter fratres naturales & adoptiuos: & hoc potiſſimum procedere arbitramur,quia ratio quare hoc caſu inter adoptantem & adoptatam ſecuta quoque emancipatione prohibeatur, eſt propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, ſecundùm Io. de Plat. in d.§. non ergo: quod publicæ honeſtatis impedimentum iure quoque canonico receptum eſt,cap. porro.35. quæſtio.iij.

10 ℭ SEXTO quæro, quid in emancipato: quod ex eo pendet an per emancipationem familia amittatur: & glo. in §. minima, in glo. vlti. in fi. inſti. de cap. diminu. expreſsè inquit mutari, per tex. in l. liberos, in prin. D.eod.tit. vbi etiam glo. in §.fin. d.l. in ver. deductus,id annotauit.

11 ℭ Veruntamen contarium concludimus,quoniam illud glo. dictum, ſi familiam pro parentela intelligimus,verum non eſt, quia d.l. liberos, loquitur in arrogato,vt iam ſupra diximus: at ſecus in emancipato arbitramur: & differentiæ ratio viua eſt,quia adoptatus propriam quidem poteſt familiam amittere,cùm patris adoptantis vel arrogantis familiam acquirat, intelligendo tamen vt ſupra in præceden. quæſtio. dictum eſt: ſed emancipatum quam dicere poſſumus familiam acquirere? & ideo iura de emancipatione loquentia non dicunt emancipatum à familia & agnatione, ſed à patria poteſtate liberari,& ita conſuetudine obſeruatur, emancipatum parentelam retinere,& per conſequens vti agnatum mulieri poſſe contrahenti cõſenſum præſtare: quod & nos,qui emancipati ſumus,nouimus: & hoc de mente huius quoque ſtatuti videtur,dum nõ curat an quis ſit filiusfamilias necne: quod etiã eo iuuatur quòd nouiſſimo iure in ſucceſſionibus nulla eſt differentia emancipationis & patriæ poteſtatis, l.fin.C. de legi. hære. aut. defuncto.C. ad S. C. Tertil. aut. in ſucceſſione.C. de ſuis & legi.

12 ¶ Accedit etiam prædictis quòd ſtatutum hoc eſt fauorabile, vt diximus ſupra in præfa. in 2.dub. quo caſu agnatorum appellatio emancipatos quoque comprahendit, ſecundùm Bal. in l. qui ſe patris, col.fin. num.16.C.vn. lib. cuius concor. citauimus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, nu.22.incip. nec prædictæ, cir.med. & præterea Marſ.ſingu.467.viget ſtatutum, cir.med. verſi. item an habeat locum in emancipatis, dum ſe remittit ad Iaſ. in d. l. qui ſe patris, quam & nos opinionem vti cōmuniorem ſequimur: quanquā contradicat Fulg. in d.l. qui ſe patris, in cuius ſententiam inclinare videtur Deci. in conſ.13. & pro tenui, col.pri.verſi. & ſaltem, iuncta col.2.verſi.non ob. quòd largo modo: quanquam eum in d.glo.2. d.num.22. pro Bal. opinione citauerimus.

13 ¶ SEPTIMO quæro, quid in monacho, an & is ad conſentiendum admittatur: quod non videtur per verba quæ commentamur, cùm per monaſterij ingreſſū ius agnationis & familiæ amittatur, ſecundùm Bar. in aut. ingreſſi, in rep.col.pen.verſi. ad hoc faciunt.C. de ſac.ſan.eccle. & in aut. ſi qua mulier, col.2.verſi. an autem minuatur, vbi ſequitur Iaſ. poſt alios, col. 3. in addi.incip. & inquantū glo.hīc.C.eod.tit. & licèt de hoc dubitari poſſit, tum quia ſunt qui contrariū tenent, de quibus per Iaſ. vbi ſupra, tùm ēt quia in ſucceſſionibus monachus iura ſuorum retinet .l. Deo nobis.§. pri. C. de epi. & cleri. & quia videmus de conſuetudine monachos de eadem tamen parentela appellari: tamen quantùm ad caſum noſtrum ita contraria quoque conſuetudine obſeruatur, monachum ad conſentiendum contractibus per mulierem factis non admitti: ideo mutanda non ſunt quæ certam ſemper interpretationē habuerunt.l. minimè.D.de legi. & potiſſimùm quia Bar. opinio communiter recepta eſt, vt atteſtatur Iaſ. vbi ſupra, ergo ſequenda iux.nota. in l.fin.C.de pœn.iud. qui mal.iudi.

14 ¶ Pro qua etiam ſententia facit glo. per Bar. vbi ſupra allegata, in l. ſi ex cauſa.§. nunc videndū, ſed veriùs eſt in §. Pomponius ait, in ver.cùm ſtatutum, quā ibi ſequitur Bar.cir.fin. qui tamen corruptè legit illum.§.hoc exordio, Papinianus, & Bal. qui eodē modo legit.D. de mino. Guili. de Cun. l. patre furioſo, & ibi etiā Bar. cir.med.verſi. quærit hīc Guili.& Iaſ.col.pen. verſi.extra glo.quærunt, qui concor. allegat, & cōmunem hanc eſſe opinionem atteſtatur.D.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. idē Iaſ. in l.Gallus.§. & qd ſi tantùm, col.2.verſ. retento tamen, in pri.lectu. & iterū col.ēt 2.verſ.adde. quod iſtū tex. in 2.lectu.D. de lib.& poſt.Bal. & Ang. in l. ſub conditione, & ibi Caſtr.cir.med.verſ.& eſt arg. Alex.cir.prin.Aret.poſt med.verſ.& per iſtum tex. & Iaſ.cir.prin.verſ.iſta lex.D.de lib. & poſt. quibus in locis habetur per ingreſſum monaſterij patriam poteſtatē amitti: & licèt glo.præalle. loquatur in filio ingrediente vt ab ea liberetur, idem tamen eſt etiā ſi pater ingrediatur, quia & ipſe patriam perdit poteſtatem, ſecundùm Docto. in d.l. patre furioſo, vbi Iaſ. alios citat, & de communi ſententia fidem facit.

15 ¶ OCTAVO quæro, quid in clerico: qua in quæſtione diutiùs non immorabimur, quoniam obſeruari ſolet vt admittatur, quæ etiam opinio defenditur ex nota. per Tiraq. in trac.retrac.tit.pri.§.pri.glo.8.nu.45.incip. ſed conſequenter, & in trac. primogeni. quæſtio. xliiij. & faciunt quæ dicemus infra in fine, quæſtio. xxxix. vbi aſſeremus hoc ſtatutum locum habere muliere etiam cum clerico contrahente.

GLOS-

GLOSSA DECIMAOCTAVA IN VER.

SIVE FVERIT FILIVSFAMILIAS.

1 QVAERO quid ſi id non fuiſſet expreſsè declaratum,vti non fuit in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto: & certè ſecus dicendum videretur, filium ſcilicet familias mulieri contrahenti conſenſum præſtare non poſſe, niſi ſaltem & eius patris iuſſus accedat,in caſibus ſcilicet in quibus eſt neceſſarius,vt in hereditatis aditione & iudicijs, & hoc per ea quæ diximus ſupra in glo. 8. in ver. mariti, quæſtio. ix. vbi aſſeruimus minorem ſaltem ſine authoritate tutoris aut curatoris non admittendum ad præſtandum conſenſum ex forma huius ſtatuti requiſitum: & ſecundùm hanc opinionem,attento ſtatuto cap. 416. infra eod. vol. prohibente filiumfamilias ſine conſenſu patris ſe oligare, quod etiam cautum eſt ſtatuto Comenſi 67. in ciuili. generaliter non poſſet filiusfamilias alicui actui per mulierem celebrato inſcio patre conſentire.

2 ¶ Veruntamen contrarium verius arbitramur,quoniam diuerſa eſt ratio in minore atque in filiofamilias, quia filiusfamilias quum prohibetur ſine patris conſenſu obligari, prohiberi videtur ob patris præiudicium non ob ſuam ipſius imbecillitatem: quod ex eo patet, quia & ſi ſexagenarius eſſet non poſſet tamen ſolus obligari, ſecundùm Soci. in conſ. 23. circa prædictam, col.4.verſi. ſecundum quod videbatur, lib.4. & latiùs id aſſeruimus ſupra in glo.3. in ver. ex contractu vel quaſi, num.26.incip. nos autem,cir. fin. at minorem conſtat ob ſuam fragilitatem prohiberi ſe obligare ſine tutoris aut curatoris authoritate.

3 ¶ Sic itaque mirum non eſt ſi minor alteri conſenſum præſtare non poſſit, cùm ipſe integrum non habeat intellectum, & ſtatutum illud factum ſit ad ſupplendam mulieris imbecillitatem,vt diximus in præfa. in pri.dub. & ſic ſuccedit reg. l. fi. C. de leg. tut. cum concor. per nos adductis ſupra in glo.3.in ver. ex contractu vel quaſi,num.29.incip.verùm hic,quæ ratio ceſſat in filiofamilias maiore tamen,& ita in ſimili, videlicet filiumfamilias prohibitum eſſe in iudicio ſine conſenſu patris,alieno tamen nomine eſſe poſſe,eſt tex. in l. filiusfamilias.§.ipſe quoq; filius,& ibi Docto.D. de procura. cum concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi.connu. glo.5. num. 174. incip. at ſimilius,& vltra allegata per eum facit tex. in l. ſed & hæ, in prin. D. de procura. in l. exigendi .C. eod. tit. vbi filiofamilias pro patre agere permittitur: & hoc procedere ſtante etiam dicto ſtatuto prohibente filiumfaumilias ſine conſenſu patris obligari,vt videlicet alieno id nomine facere poſſit, & mulieri proinde contrahenti, citra ſuorum tamen bonorum obligationem conſentire, ſatis patet ex his quæ diximus ſupra in gloſ. pri. quæſtio. xcviij.

4 ¶ Et prædictis accedit quod propiùs ad caſum noſtrum tradit Chaſſa. in conſue. Burgun.rub.4. de droictz & appar. à genſz mariez.§.5. glo.pri.col. 3.verſ. pro ſexta extenſione,vbi loquens in ſtatuto permittente marito pro vxore ſine mandato in iudicio comparere, locum inquit habere etiam in filiofamilias, quem ſequitur Tiraq. dum ad eum ſe remittit in trac. retrac. tit.pri.§.10. glo.pri. & vni.num.10. incip. quæſtionis quoque eſt. Ex qui-

bus intelligere potes id etiam procedere in marito filiofamilias, quod hic expreſſum non eſt: quanquã in noſtra Comenſi ciuitate meminerim patris etiam ipſius mariti conſenſum pluries fuiſſe adhibitum : ſed id ad abundantiorem cautelam factum opinamur : quod & à nobis nonnunquam fuit obſeruatum.

GLOSSA DECIMANONA IN VER. SIVE ILLEGITIMVS.

1 PRIMO quæro, quid ſi id non fuiſſet additum: quod colliges ex tex. in l. ex parte, in l. ſi ſpurius. D. vn. cogna. & ex.§. vulgò quæſitos, inſti. de ſucceſ.cogna. quibus iuribus probatur ſpurios non dici conſanguineos aut agnatos, ſed tantùm eſſe ſibiipſis & matri cognatos & proximos, & ex Dyn. in conſ.16. diligenter conſiderata, in fin. ver. ex Bal. in l. id quod pauperibus, col.pen. verſi. illud conſtat.C. de epi. & cleri. ex Ang. in l. ſed & hæ, cir.med. principij.D. de procu. ex Imo. & Alex. latè in l. ex facto.§. ſi quis rogatus. D. ad S. C. Trebel. ex Cano. in cap. nonnulli.§. ſunt & alij, vbi latè Fely. col.19.verſi. limita quintò, cum dua.ſeq. de reſcri. & vera illa videtur diſtinctio, quòd aut ſtatutum ſeu alia diſpoſitio loquitur de agnatis, & non comprehenduntur hi quos vulgò baſtardos vocamus, & ſic non ſulùm ſpurij, ſed nec naturales : aut verò loquitur de his qui ſunt de domo & idem, niſi in contrarium ſe habeat communis loquendi vſus : ſi autem loquitur de his qui ſunt de nobili patrimonio, & tunc comprehenduntur, vel ſic, vt rem paucioribus perſtringamus : aut lex vel ſtatutum verbis naturæ, puta parentes vel filij, vtitur, & tales comprehenduntur : aut verbis iuris, vt agnati, vel qui ſunt de parentela, & non comprehenduntur, ita eſt Bar. doctrinà in l.fi. col.pri. vbi ſequuntur Bal. cir.fin. verſi. quærit hic Bar. & Iaſ.col.2.verſi.iuxta prædictum notabile.C. de ver. ſigni. quam etiam doctri. repetijt idem Bar. in l. tutelas, in prin.D. de capi. diminu. in l. pronuntiatio.§. familiæ.D. de verbo.ſigni. in l.2. col.pri.verſ. quæro quid de filia. D. de accu. vbi ex hoc filiam, inquit, ſpuriam admitti ad vindicandam necem defuncti, eò quòd leges de hac materia loqentes vtantur verbo communi, parentes & liberi: quod & nos quantùm ad filium maſculum admittimus, ſed quantùm ad fœminam videbis Imo. in d.§. ſi quis rogatus, col.8.verſi. & per prædicta etiam, & ibi Alex. num.39. & 40. qui declarant quomodo id intelligitur, & quæ nos diximus ſupra in glo. pri. quæſtio.lxxxix. & eam Bar. diſtinctionem ſequuntur etiam Bal. in cap. innotuit, col.fi.verſi. per hoc patet, de electio. in l. generaliter.§.cùm autẽ, cir.fin.verſi. & ſi ſtatutum.C. de inſti. & ſubſti. Ang. conſ.191. ſuper puncto, col.2.cir.fi.verſi. deſcendo igitur, Bene.de Plumbi. inter conſ. eiuſdem Ang. conſ.401. Petrus Paulus, in pri.dub. But. conſ.54. videtur primò dictum ſpurium, per totum, Guid.Pap. ſingu.580. an baſtardus, cir.prin.Imo. in d.§. ſi quis rogatus, col.5.verſi. item prædicta, & ibi Alex.col.7.verſi.extra glo, vſque in fi. qui id latiùs declarant, Rui. conſ.9. quæſtiò prima, ferè per totum, lib.4. quibus in locis præſertim apud Bar. in §. familiæ, habes ẽt quid ſi ſtatutũ vtatur verbo parentela. Quid autẽ ſi nominatim ipſam parentelã exprimat, puta ſi loquatur de his qui ſint de Petramala, vide ipſum quoq; Bar. & ibi Alex. in eius apo. in l.itẽ in poteſtate, poſt prin. verſ. & hoc allegabatur.D. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. & Doct. in d.§.ſi qs rogatus.

2 ¶ Verùm ex his Lector vix colligere potes quid tibi dicendum ſit in noſtro Comenſi ſtatuto,quod vtitur verbo affinis,niſi ad alia accõmodatiora & propinquiora accedamus. Igitur videtur & in d. ſtatuto illegitimus comprehendi, quoniam ita ſub lege verbo affinis vtente ſpurium contineri annotauit Bar. in d.l.2. col.pri. verſi. pro hoc ego.D. de accuſa. per glo. in l. non facile.§. affines,& eſt in ver. per nuptias.D. de gradi. quæ ſecundùm Canones inquit, per fornicationem quoque affinitatem contrahi: de quo eſt tex. in cap. in eo fornicator. xxxij. quæſtio. 4. vbi glo. in ver. erunt, id annotat: & probatur etiam in cap. de inceſtis. xxxv. quæſtio. 3. in cap. de illo,de eo qui cogno.conſan.vxo. ſuæ,in cap. ſuper eo, & ibi Abb. col.pri. verſi. vltimò nota, eod.tit. glo.2. in l. liberi, & ibi Bal. & Saly.C. de nup. idem Bal. in l. cùm acutiſſimi, col. 2. verſi. in quibusdam tamen. C. de fideicom. iterum etiam Abb. in cap. ſponſam, cir.med. de ſponſa. & matri. Iaſ.in l. quod Seruius,col.2.verſ.ſecundo adde (dum ſe remittit ad Docto. in d.l. liberi).D. de condi. cau. dat. non ſecu. Mica. de Millia. inter conſ. matrimo. conſ.18. in caſu, num. pri. & Io. Iac. Canis. in conſ.ſeq. col.pri. cum ſimili.

3 ¶ Animaduertendum eſt tamen prædicta procedere poſſe in affine non etiam in vicinis, qui ex forma d. Comenſis ſtatuti aſſumi ſolent deficientibus affinibus,eo quia ſtatutum requirit eos bonæ eſſe diſcretionis & famę, quæ qualitas non videtur verificari in ſpurio, quia dicitur infamis infamia facti,ſecundùm Azo. in ſum.C. ex qui.cau. infam. irro. col.pri.verſi. ſed & infamia,vbi generaliter loquitur de nõ nato ex legitimo matrimonio,cum infi. concor. per Tiraq. adductis in trac. de nobili. cap. 15. num. 14. incip. nam baſtardi, cum duo. ſeq. vbi dum allegat Raph. in l. fin. C. de verbo. ſigni. voluit intelligere de Raph. Fulg. & eſt in fin. ver. & præterea Firmia. in ſuo reper. in ver. infamis, verſi. 74. & iterum in ver. ſpurius, verſi. 43. Soci. in trac. fallen. regu. 204. incip. iuramentum in probationis ſupplementum,fallen.52.incip.fallit quando teſtis eſt fœnerator vel ſpurius,dum allegat Azo. vbi ſupra,Palleot. in trac. de filijs ſpurijs, cap.55. num.4. Iaſ. conſ.71. præſentem dubitationem, col.pri. verſi. item conſtat quòd filius, lib.pri. Anto. Roſel. in monar.char.109. col.2. Afflic.deciſio.204. quidam Archiepiſcopus,in pri.dub. Marſ.ſingu.273. notiſſimum eſt,in prin. & iterum cir.fin. Cur. iun. conſ.37. circa controuerſiam,col.pri.verſi. præmiſſis tamen, & conſ.136. quidam vaſallus, col.fin.verſi. præmiſſa tanto fortiùs, Cagno. in l.pri. col.4. verſi. quarta difficultas.D. de inoffi. teſta. in l. ſi qua illuſtris,col.2.verſi. quartò ſpurij.C. ad S.C. Orfi.Neui. in ſua Sylua nupti. parte 3. num. 15. quod tamen Cagno. in locis prallc. admittit tantùm in ſpurijs non etiam in naturalibus, cùm concubinatus iure ſit ciuili permiſſus,licèt Azo vt ſupra eum retulimus,& expreſſiùs Cur. iun. d.conſ.37. idē etiam ſenſerint in naturali: ſed tamen maior pars eorum quos ſupra citauimus,loquuntur in ſpurio, licèt in id allegent Azo. vbi ſupra,& inter alios hanc opinionem, videlicet hoc in ſpurio tantùm procedere, ſenſiſſe videtur Iaſ. d. conſ. 71. quo loco cum ſupra aduocauimus: quod & verius videtur iure ciuili inſpecto.

4 ¶ SECVNDO quæro, quid in legitimato: & certè hoc in ſtatuto non eſt dubitandum eum compræhendi, cùm & illegitimus admittatur: idem tamen arbitramur in noſtro quoque Comenſi ſtatuto etiã quatenus

 loqui-

loquitur de vicinis bonæ diſcretionis & famæ, quia illa infamia, de qua ſupra locuti ſumus, per legitimationem ſublata videtur, per tex. in §. ſit igitur licentia, in aut. qui. mod. natu. effi. legi. cum concor. per Tiraq. adductis in rep. l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num. 85. incip. horum autem. C. de reuo. dona. Et facit quod not. Bal. in l. manumiſſiones, col. pri. verſi. ſecundò opponitur. D. de iuſti. & iu. vbi legitimationem, inquit, ſpurietatis nubeculam auferre, quem ſequitur Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, col. 50. verſi. nonò ſpurius, ſub num. 241. D. de vſuca. Et quod dicimus legitimatum iura agnationis & familiæ conſequi, ſecundùm Ang. conſ. 17. Comes Brandiſius, col. pen. verſi. præterea conclndendo, cum alijs concor. per Tiraq. cumulatis in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 8. nu. 10. incip. verùm quæſtionis eſt, & in rep. l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, nu. 83. incip. & ex hoc. C. de reuo. dona. ita tamen vt illi addere poſsis eundem Ang. conſ. 87. ſpurius naturalis, col. pri. verſi. primum & ſecundum, Caſtr. conſ. 34. ſuper primo dubio, col. 3. verſi. nam legitimatus, lib. 2. Iaſ. d. l. ſi is qui pro emptore, col. 50. verſi. octauò legitimati, qui & ipſe alios citat concor. Soc. iun. conſ. 142. viſo puncto, col. pen. verſi. veruntamen prædictis, lib. pri.

5 ℂ Quod potiſſimum procedere arbitramur attento quòd hîc de alicuius præiudicio non agitur, quando autem aliàs legitimatus iure legitimi vtatur, videbis latè Iaſo. d. l. ſi quis pro emptore, col. 48. verſi. per iſtam doctrinam, ſub num. 224. cum ſep. col. ſeq. vſque ad num. 291. & latiùs Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in d. ver. ſuſceperit liberos, num. 64. incip. ſed in dubium, vſque ad num. 101. & in trac. primoge. quæſtio. xxxiiij. & aliquid in d. trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 8. num. 10. cum duo. ſeq.

6 ℂ Ex quibus inferri poteſt ad pulchram quæſtionem, ſuper qua his diebus proximè elapſis conſuluimus, an ſtatutum huius ciuitatis Mediolani de re paterna luenda, quod eſt ſub cap. 417. infra eod. vol. in legitimato quoque procedat, quod conſilium, quia ad hanc rem, de qua tractamus, potiſſimùm pertinet, hîc inſerere decreuimus: eſt igitur huiuſmodi. In præſenti quæſtione, qua quæritur an ſtatutum Mediolanenſe permittens agnato rem ab alio agnato venditam, aut aliter per vltimam etiam voluntatem in alium translatam, poſſe intra annum eodem pretio recuperare, in filio legitimato locum obtineat, breuiter ſciendum eſt varias in hoc fuiſſe Doctorum opiniones, vt per Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 8. num. 10. nam Deci. conſ. 275. 2. eſt enim num. ille duplicatus incip. in cauſa quæ Lucæ, col. 4. verſi. ſed aggredior, vſque in fin. tenet legitimatum tanquam non propriè agnatum ad recuperandam rem ab alio agnato venditam non admitti, quem ſequitur Chaſſa. in conſue. Burgun. tit. de retracict. §. pri. in glo. in ver. le plus procham, col. 2. verſi. ſed quæro an baſtardi, & D. Anto. Rub. in apo. d. ſtatuti Mediolani, dum illum refert, in quam etiam opinionem inclinare videtur Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, licèt neutram expreſsè approbet.

7 ℂ At contraria in ſententia fuit Affiic. in trac. proto. col. 16. verſi. prædicta limita, ſub nu. 47. & ſequitur Fetro. in conſue. Burdi. tit. de retrac. §. 10. col. pri. verſi legitimatus quoque.

8 ℂ Verùm Guili. Bene. in rep. cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adela-

Adelaſiam, num.181. iuncto num.187. de teſta. diſtinguendum putat, an loquamur de legitimato per ſequens matrimonium,& is admittatur ad recuperandam rem ab alio agnato alienatam: aut verò loquamur de legitimato per reſcriptum, & tunc retrahere poſſit à patre tantùm non à cæteris etiam agnatis alienata: quæ poſterior ſententia nobis magis applaudit,tùm quia alias fœdere diſtinctionis conciliat,ideoque ſequenda,vt diximus ſupra in glo.8. in ver. mariti,num.96.incip. cuius tamen.

9 ℭ Tum etiam quia quicquid dixerit Deci. in d. conſ.275. communior videtur opinio, legitimatum etiam per reſcriptum agnatum effici,& agnationis iura conſequi, ſecundùm Ang. conſ.17. Comes Brandiſius,col.pen. verſi. propterea concludendo,cum concor. per Tiraq. adductis in rep.l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num.83.incip. & ex hoc poſtremo.C. de revo. dona. & præterea eundem etiam Ang. Caſtr. Iaſo. & Soc. iun. in locis ſupra num. ab hinc 5. allegatis, Abb. conſ.86. in quæſtione quæ vertitur,col.pri.lib.pri. Crauet.conſ.138. deceſſit,col.2.verſi. iſtud etiam probatur,lib.pri. (vbi reprehendit Iaſ. qui ſibiipſi contrarius diuerſum cenſuit in l. fratres, col.pen.verſi. quartò limita.C. de inoffi. teſta.) D. Io. Cepha. conſ.88. originalis, num.25. lib.pri. & hanc communem dicit opinionem Soc. iun. in conſ. ſupra num. ab hinc 5. commemorato.

10 ℭ Nec dicatur prædicta loqui in caſu diuerſo, quando legitimatus vult retrahere rem ab alio agnato venditam, quia idem etiam eſt in caſu noſtro quo quæritur an agnatus retrahere poſſit rem ab alio agnato per vltimam voluntatem in legitimatum tranſlatam, tum quia quod actiuè diſponitur de filio legitimato,an vti poſſit iure agnationis contra alium agnatũ, idem etiam diſponitur paſſiuè quando aliquis agnatus vti vult aliquo iure contra legitimatum tanquam agnatum, vt per Ang. d. conſ.17. quo loco eum ſupra citauimus, Deci. conſ.307. viſo puncto, cir.fin. Soci. iun. conſ.142. eiuſdem initij, col.pen. num.34 lib.pri. tum etiam quia eadem militat ratio in caſu iſto, quoniam omnis,vt diximus,difficultas in eo verſatur,an legitimatus dicatur agnatus, nam d. ſtatutum Mediolanenſe cap. & ſi agnatus,expreſsè diſponit retractui locum non eſſe ſi alienatio in agnatum maſculum fiat, vnde cum hic in quem dicta bona ex vltima voluntate tranſlata ſunt,ſit maſculus,& cùm probauerimus legitimatum etiam per Principis reſcriptum dici agnatum, conſequens eſt vt negemus locum eſſe retractui.

11 ℭ Et hanc opinionem ſine dubio ſaltem procedere arbitramur in caſu noſtro, cùm hic dubitetur an legitimatus dicatur patri, qui bona alienauit & tranſtulit, agnatus, & proinde retractus ceſſet, nam quantùm ad patrem filium ſcilicet legitimatum ei agnatum dici omnes conſentiunt,vt per Saly. in aut. item ſine legitimis, licèt in meo codice corruptè legatur, item ſi quis,col.pri.verſi. quæro an legitimatus.C. de natu.libe. Soci. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm,col.7.verſi. quarta & vltima concluſio,& ibi Crot. col. antep.verſi. quartus caſus, ſub num.171.D. de lib. & poſt. Iaſ. in l. fratres. C. de inoffi.teſta. & Crau. d. conſ.138. lib.pri. quibus locis eos citauimus ſupra,nu. ab hinc 2. & ita in caſu noſtro retractus concordat etiam Deci. ſi rectè inſpiciatur d.conſ.275. col.fi. verſi. vltimò non obſtat.

12 ℭ Licèt maior eſſet dubitatio ſi quæreretur an legitimatus dicatur agna-

tus

tus quò ad alios agnatos propter authoritatem tenentium contrarium: in qua etiam ſententia fuit Dec. conſ.393. conſului, col.2. verſi. quartò confirmatur, iuncta col.4.verſi. quartò non obſtat, vbi negat agnationem per filios maſculos legitimatos conſeruari, ex hoc conſulens ſtatutum extantibus prohibens maſculis fœminas ſuccedere, in legitimatis locum non habere, quam communem dicit opinionem: de quo etiam articulo an legitimatus agnatis alijs agnaſcatur, proindeque ad eorum ſucceſſionem admittatur, videbis Abb. d.conſ.86. cir.med.verſi. & dato conſenſu, lib.pri. vbi hoc ſaltem verum inquit, eis ſcilicet agnaſci, & ſuccedere, quando in legitimatione, vt illis ſuccedat, exprimitur, vti exprimi ſolet, quod etiam voluit Caſtr. d.conſ.54. lib.2. quo loco eum ſupra citauimus, cum quibus etiam conuenit Soci.d.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.7.verſi. quarta & vltima, dum quò ad patrem legitimatum inquit indiſtinctè agnaſci, quò autem ad alios agnatos, tunc demum, ſi de eis in legitimatione facta ſit mentio; & ibi Crot. quo loco eum ſupra citauimus, Deci.conſ.307. viſo punctò, in fi.cõſ. 316, in caſu propoſito, col.pen.verſi. & iſta concluſio, Craue. d.conſ.138. col.2.verſi. illud etiam, lib.pri.

13 ℂ Non omitto tamen eorum opinionem qui diſtinxerunt an agnati legitimationi conſenſerint necne: inter quos fuit Saly. in d.aut. item ſine legitimis, col. pri. verſi. ſed dubitari poteſt.C. de natu. libe. quam tamen diſtinctionem reprobarunt Caſtr. d.conſ.54. col.3.verſi. nam legitimatus, lib. 2. Alex.conſ.139. eleganter, col.2.verſi. ſed ſi fuit legitimata, iuncto verſi. tamen hoc non obſ.lib.pri. vbi communem dicit opinionem, legitimatum alijs quoque qui legitimationi non conſenſerunt agnaſci atque ſuccedere; & Dec. d.conſ.307. cir.fin. & d.conſ.316. col.pen. verſi. ſed prædictis, qui etiam vtrobique de communi ſententia fidem facit, Cur. iun. conſ.37. circa controuerſiam, col.pri.verſi. præmiſſis tamen, Soc.iun. d. conſ. 142. col.fin. lib.pri. hodie fuiſſe per nou. conſtitu. ſtatus Mediolani tit. de legitimatio. approbatam, dum diſponunt legitimatum etiam cum conſenſu patris vel aui tranſuerſalibus ab inteſtato non ſuccedere, niſi illi vel eorum tranſuerſalium parentes legitimationi conſenſerint: nam ex quo negant poſſe eum ſuccedere legitimationi non conſentientibus, apparet nec illis eum agnaſci, vti eſt etiam de mente Cur. iun. d.conſ.37. num.4.

14 ℂ Quando autem alias agnatorum citatio ſit neceſſaria ad hoc vt eis legitimatio præiudicet, ſi id ſcire cupias, videbis Bar. in d.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.fin. verſi. quandoque pater facit, ſub num.14. & ibi Bal. cir.fin. Caſtr. col.pen.num.16. Alex.col.etiam pen.num.25. Soci.col.7.verſi.quarta & vltima, qui communem hanc dicit opinionem, Iaſ. in pri.lectu. num. 130. & 131. & in 2. num.43. Clau. Aquen. num.40. Rui. in rep.col.antep. verſi. circa quem articulum, & col.ſeq. & Crot.col.41. verſi. circa tertiam, ſub num.139. eundem Bal.in l. fi.C.qui res iud. non noc. in l. nam ita Diuus, in prin. D. de adop. in l.pri.col.fin.verſi. vlterius quæritur.C.de inoffi. teſta. in conſ.56. an pater qui fecit, lib.2. in conſ.306. caſus quæſtionis talis eſt, cir.fin.verſi. iuxta hoc dubitatur, eod.lib.2. eundem Bal. fine, vt ab alijs allegatur, Saly. inter conſ. ipſius Bal. conſ.17. ſuper legitimatione, col.fin. verſi. octauò quia, lib.4. eundem Bal. conſ.361. verba Bar. in prin. lib. 5. conſ.363. quæritur vtrum filius, num.2. eod.lib.5. Io. de Ligna. & Fran. de Rampo. inter conſ. ipſius etiam Bal. in conſ.18. in quæſtione propoſita, col.

col.2. in fi. num.3. lib.4. Io. And. in cap. ſine culpa, in ij. quæſtio. principa. de reg.iur. in 6. in mercu. Ang. in conſ.87. ſpurius, col.fin.verſi. nec obſt. ſi dicis, Anch.conſ.225. videtur prima facie, col.pri.verſi. præterea reſcriptũ, iuncta col.2. ante med.verſi. non ob. quòd reſcriptum, conſ.327. circa primum, col.pri.verſi. item non videtur, & verſi. contrarium credo, Butri. in cap. per venerabilem, & ibi Abb.col.6.verſi. ſecundò requiritur, & Præpo. Medio. & alios recen. qui fili. ſint legi. eundem Abb. conſ.86. in quæſtione quæ vertitur, cir.med. lib.pri. Caſtr. conſ.461. viſis & conſideratis, col. 3. & 4. lib.pri. Raph. Cum. conſ. 99. præſuppoſito tenore, col. pen. verſi. circa ſecundum, Imo.in cap.grandi, & ibi Domini.col.2.verſi. ſed nunquid Papa, de ſupplen.negli.prælа. in 6. Alex.conſ.2. viſis codicillis, col.6.verſi. ſed fortiùs, lib.pri. conſ.25. circa primum, col.pri.verſi. adducit etiam, & col.ſeq.verſi. ad prædictorum, eod.lib.pri.conſ.67. conſideratis, num.7. 8. & 9. eo.lib.pri. conſ.94. eiuſdem initij, col.pen. in fi.verſi. ſeptimò confirmo, eod. etiam lib.pri.conſ.187. videretur, col.2.verſi.quartò quia, & conſ. ſeq. col.3.verſi. nam voluit, lib.5. Barb. conſ.49. ſcribitur, in prin. vol. 2. Corn. conſ.34. in hac quidem, col.3. verſi. & meritò, lib.pri. conſ.pri. in præſenti, in pri.dub. lib.3. Areti. in d.l. Gallus.§. ſi eius, col.fin.D. de lib. & poſt.in conſ.pen. Mag. & Excelſi, cir.fin. Soc.conſ.226. quæſtio, col.pri. verſi. contra quam, & col.ſeq. lib.2.conſ.246. eleganter, col.4. verſi. & pro declaratione, eo.lib.2.conſ.251. quoniam, col.10.verſ. nec huic, cum quat. col.ſeq. lib. etiam 2. Iaſ. conſ.40. abſolui, col.2.verſi. ſecundò & notabiliter, & col.3.verſi. tertiò & notabiliter, lib.3.Dec. conſ.55. & pro tenui, col. pri.verſi. ſecundò quod ſupradictum eſt, & col.4.verſi. ſecundò principaliter, conſ.85. & pro tenui, col.fin.verſi. poſtremò, conſ.284. viſo puncto, col.5.verſi. tertiò communis opinio, conſ.393. conſului, col.3.verſi. tertiò reſpondetur, conſ.425. in caſu, col.3.verſi. & tali caſu, & col.4.verſi. quartò conſiderandum, Rui. conſ.3. videtur, col.3. num.4. lib.pri. Paris. conſ.9. olim Dominus Camillus, col.4.verſi. & quæ eò magis, nu.29.lib.2.Stepha. Auſre. in addi.deciſ. Tholo.456. in fi. Soc.iun. d.conſ.142.col.2.verſi. nec ſecundo loco, & col.ſeq. & iterum col.fin. verſi. nec etiam obſtat, lib.pri. Tiraq. in rep.l. ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num.75. 76. 86. & 87. C. de reuo.dona. D. Io. Cepha. conſ.23. feudum, ferè per totum, lib.pri. Hippo. Rim. inter conſ. matrimonio.conſ.80. quæſitum, num.21.

15 ℭ Apud quos comperies communiter receptum eſſe, neceſſariam non eſſe agnatorum citationem, quantùm ad hoc, vt in ſuum pater præiudiciũ, & quò ad bona in quibus agnatis præiudicare poteſt, filium legitimare non prohibeatur: aliàs ſecus: quibus etiam in locis tractatur, an inter bona, quibus pater præiudicare nequit, comprehendantur fideicommiſſo ſubiecta, vel feudalia, aut emphyteotica, vel quæ ex ſtatuto vel conſuetudine in primogenitum deferuntur, vel quæ familiæ relicta ſunt. Quid autem in iure patronatus, an legitimatus ſine conſenſu patroni in eo ſuccedat, vide tex. in l. Diuus Commodus. D. de iur.aut.annu. & in l.2.pen. & fin. D. de nata. reſti. ita tamen vt memineris illos tex. loqui de iure patronatus liberti, & contrarium in iure patronatus eccleſiæ nobis aduocantibus fuiſſe in ciuitate Comi iudicatum, ea potiſſimùm ratione, quòd ius patronatus eccleſiæ venit ſub nomine hæreditatis, vt per Curt. in trac. de iur. patro. in glo. in ver. videbimus, col. 3. ſed patri, quò ad ſuam ipſius hæreditatem, nomine citato, permiſſum eſt filium legitimare, ſecundùm com-

communem Doctorum ſententiam in locis prealle. & quia ratio quare aliud fuerit in iure patronatus liberti introductum, eſt quoniam patronus non ſolùm habet ſpem ſuccedendi liberto mortuo: ſed eo etiam viuo multa habet iura, vt patet ex tit. de iu.patro. ex tit. de obſe. à liber. præſtan. & ex tit. de oper. liber. in D. & C. quam rationem ad illa iura ſpecialiter aſſignat Corn. in conſ. 34. in hac quidem, col. pen. verſi. nec obſt.d.l. nam ita Diuus, lib.pri. ſed in iure patronatus eccleſiæ agnatus,ad quem mortuo legitimante ſine filijs legitimis deuolueretur ius patronatus, eo viuente non habet aliquod ius, ſed ſpem duntaxat ſuccedendi eo ſine filijs legitimis decedente,quæ ſpes non eſt conſiderabilis ad hoc vt de eius præiudicio tractari dicatur, proindeque citari debeat, vt tradunt Docto. omnes in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,in locis prealle. & alij etiam ſupra commemorati, & ſpecialiter Corn. in loco ſupra proximè citato.

16 ℭ An autem verum ſit quod aſſerit Dec. d. conſ.275. 2.col.pen: & fina: legitimatum verè & propriè non eſſe legitimum,ſed fictè & impropriè,proindeque ſub ſtatuto vocante filios maſculos excluſis fœminis non comprehendi,ſi & hoc ſcire deſideres,videbis de primo Tiraq. in d.rep.l. ſi vnquã, in ver. ſuſceperit liberos, num.77.incip. hæc poſterior, & num. 85. incip. horum, & num.91. & duo.ſeq. & num.96.incip. attende, cum concor. per eum alle. ita ut illi addendum putes D. Io. Cepha. conſ.88. originalis,nu. 26. & mult.ſeq. lib.pri. Et de ſecundo eundem etiam Tiraq. vbi ſupra,nu. 82.incip. hinc quoque,& num.98.incip. & quanuis: ita tamen vt memineris, ſi noſtrum hac in re iudicium licet interponere, etiam ſi id verum eſſet, legitimatum propriè non eſſe legitimum, ſed impropriè, tamen quantùm ad id,an comprehendatur in ſtatutis,diſtingnendum eſſet,an fauorabile,an verò odioſum ſit ſtatutum,quoniam in ſtatutis fauorabilibus verba impropriè quoque accipiuntur, vt iam diximus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, num.22.incip. nec prædictæ.

GLOSSA VIGESIMA IN VER.
CONSTITVERE PROCVRATOREM.

1 EX QVO ſtatutum hoc permittit mulieri ſine viri aut agnati conſenſu certis tantùm in caſibus procuratorem conſtituere, à contrario ſenſu, quòd noſtro in iure fortiſſimum eſt argumentum, l.pri.§. huius rei, & ibi not.Docto.D. de offi. eius cui man. eſt iuris. innuit ſecus eſſe in alijs caſibus: ſed quoniam noſtrum Comenſe & Cremonenſe ſtatutum nihil de hoc dicit,ideo opportunum eſt quærere,quid iuris in eis ſtatuendum ſit: qua in quæſtione tres placet caſus diſtinguere.

2 ℭ PRIMVS eſt, qui primæ etiam ſit quæſtionis loco,quando mulier procuratorem ſine ſtatuti huius ſolennitate conſtituit, & tunc ſine dubio cùm is procurator contrahere voluerit,tenebitur ſolennitatem hic expreſſam obſeruare, ſecundùm Soc. conſ.239. præſentis conſultationis, col.3. verſi. ſed difficultas, lib.2. rep.conſ.131. lib.4. & latiùs clariùsque Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.5. num.183.incip. decimoſextò, vſque ad num. 196. vbi concor. citat,ſed ita vt ei addere poſſis Io. Crot. in rep.l. ſi is qui pro emptore, col.45.verſi. & ex prædictis, ſub num.162. cum duo.ſeq.D.

de

de vſuca. qui id procedere intelligit ſiue ſtatutum vtatur verbo contrahere ſiue obligare, Io.Lup. in rep.rub.de dona. inter vir. & vxo.§.68.col.5.verſ. & intelligo prædicta, Albam conſ.45. quanuis, col.fin.verſi. ſecunda fuit, vbi fortius ſentit non valere contractum & ſi procurator quum contrahit ſtatuti ſolennitatem adhibeat, dum huiuſmodi inquit ſolennitatẽ ex mente & verbis ſtatuti attentis interuenire debere quando mulier mandat, vel ratum habet: non autem quando mandatarius aut negotiorum geſtor contrahit pro ipſa muliere, ea ratione quòd mulier obligetur ex facto ſuo, non autem ex facto alterius: & ideo quum obligatur ſolennitatem interuenire oporteat, & ibi reſpondet ad id quod dici ſolet obligationem naſci ſolere ex contractu principali, non autem ex mandato, ſecundùm Bar. doctri. in l. ſi vt proponitur. D. de fideiuſ. de quo & nos infra in iiij. quæſtio. dicemus.

3 ¶ SECVNDVS eſt caſus ſecundam etiam quæſtionem afferens, quando procurator per mulierem fuit conſtitutus cum ſtatuti ſolennitate ſpecialiter ad certum aliquem actum, & tunc cum procurator poſtea contrahit neceſſaria non eſt ampliùs iſta ſolennitas, ſecundùm Iaſ. in l. pri. §. item acquirimus, col.2. verſi. tu autem cõnſidera. D. de acqui. poſſeſ. cum alijs hic etiam concor. per Tiraq. adductis quo loco eum in præceden. quæſtio. citauimus, num.196. incip. ſecundum membrum, qui dum allegat Fed. de Sen. conſ.110. Abbas ſubiectus, veriùs eſt in conſ.100. incip. factũ tale eſt, Abbas ſubiectus, & eſt col.3. verſi. his prælibatis, vbi non loquitur de hoc ſtatuto, ſed de conſtitutione Abbatis, effectus quòd idem Abbas nihil facere aut experiri poſſet in iudicio aut extra ſine conſenſu capituli aut maioris partis: ſed & idem præterea in caſu huius ſtatuti voluerunt Io. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo.§.68. col.6. verſi. fateor tamen, & Chaſſa. in conſue. Burgun. rub.4.§.pri. in glo. in ver. contraulz entre les viſz, col.5. verſi. decimoſeptimò limita, quem ſic intelligo, dum hoc inquit ſtatutum locum non habere cùm mulier contrahit per procuratorem cum ſtatuti ſolennitate conſtitutum. Scias tamen Lector Raph. noſtrum Cuma. ſiue mauis Comen. in l. apud Iulianum.§.fin. cir.med. verſi. ſed ego addo. D. ex qui. cau. in poſ. eat. hanc videri concluſionem intelligere, quando ſtatutum loquitur per verbum contrahere: ſecus ſi per verbum obligari, dum poſteaquam retulit Ang. ibi volentem debere ſtatuti huius ſolennitatem obſeruari quando mulier procuratorem conſtituit, cùm mandatum contrahere dicatur, licèt non ſit obſeruanda, cùm procurator poſtea contrahit, inquit ſe prædicta intelligere quando ſtatutum prohibet contrahere: ſed ſi prohibet obligari, quoniam iſta vera eſt mulieris obligatio quando per tales perſonas contrahit, tunc neceſſariam eſſe ſtatuti ſolennitatem: & ſecundùm hoc huius ſtatuti ſolennitas requireretur in contractu per procuratorem cum ſolennitate ſtatuti conſtitutum celebrato, ſaltem quando fuiſſet conſtitutus ad contrahendum vel quaſi, aut ad diſtrahendum vel renuntiandum, cùm ſtatutum hoc, licèt loquatur de obligatione, ſe tamen reſtringat ad obligationem ex ſupradictis cauſis deſcendentem: ſed reſpondeo hanc Raph. Comen. diſtinctionem reprobaſſe Alex. conſ.189. viſo ſtatuto, col.4. verſi. eſt verùm quòd Rapha. Cum. & verſi. tertiò etiam, lib. 7, quem etiam retulimus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, num. 83. incip. verùm Raph.

4 ¶ TERTIVS & vltimus eſt caſus, & conſequenter tertia quæſtio, quan-

quando procurator fuit à muliere cũ ſolennitate ſtatuti generaliter conſtitutus,& hoc caſu dicendum eſt quũ procurator ipſe poſtea cõtrahit,huius eſſe ſtatuti ſolennitatem adhibendam, ſecundùm Iaſ. in d.l.pri.§. item acquirimus,col.2.verſi. ſecundus caſus,cum dua.ſeq.D. de acqui.poſſeſ. cum alijs etiam concor. per Tiraq. commemoratis d.trac. de legi.connu.glo.5. num.198.quod & præterea ſequi videtur Alba conſ.45.quanuis,in fin.ver. ſuper quo & nos non eſſe dubitandum arbitramur, eò quia conſenſus iſte generaliter præſtari non poteſt, vt diximus ſupra in glo. in ver. conſenſus, quæ eſt 7. quæſtio. xxi. quanuis contraria in ſententia fuerit Alcia. in loco per Tiraq. vbi ſupra num.197,commemorato,qui tamen corruptè eum citat,lib.2. de verbo.obliga. voluit enim allegare de verbo.ſigni. & eſt char. 7. col.2.verſi. lex ait, mulier abſque duorum agnatorum, vti etiam retulimus in d. glo. 7. d.quæſtio. xxi. apud quem etiam Tiraq. vbi ſupra, num. 199. incip. & hoc quidem, videbis poſt alios quos citat, an procurator conſtitutus ad certos actus renouandos, dicatur generaliter an ſpecialiter conſtitutus.

5 ℂ Cuius rei ſimile quidpiam tradidit Alex. conſ.189. viſo ſtatuto,col.2. verſi. quintò probatur, lib.7. procuratorem cum ſtatuti ſolennitate conſtitutum ad vendendum & concedendum ad vſum quædam bona, videri generaliter conſtitutum: cui & nos in hoc accedimus: ſed quantùm ad id quod ibidem aſſerit Alex.poſſe tamen hunc procuratorē ſolum eadē bona locare,licèt non fuerit expreſſum & ad locandum pro tali penſione,in hoc ei non aſſentimur, per ea quæ ſupra in præce.uerſ.diximus: & ad materiam videbis etiam quæ aſſeruimus ſupra in d.glo.7.quæſtio. xxij. Et ex his colliges Lector quid tibi dicendum ſit in hoc Mediolanenſi ſtatuto, quando ſcilicet procurator à muliere extra caſus hîc expreſſos cum ſtatuti ſolennitate conſtitutus, poſtea procuratorio mulieris nomine contrahit, an eandem iterum ſolennitatem obſeruare teneatur.

6 ℂ QVARTO quæro, quoniam ſupra in gloſ. 2. in ver. mulierum, quæſtio. xiiij. & mult.ſeq. aſſeruimus mulierem Mediolanenſem extra territorium contrahentem ad huius ſtatuti obſeruationem non obligari:ideo quæro inquam, quid ſi mulier procuratorem extra caſus hîc expreſſos ſine hac ſolennitate extra territorium conſtituerit,qui poſtea in hac iuriſdictione contrahat,an valeat contractus non ſeruata huius ſtatuti forma celebratus: quam quæſtionem in ſtatuto donationes ſine conſenſu iudicis factas irritante,tetigit Corn.conſ.185. tria principaliter,col.6.verſi. nec ob. ſi dicatur, lib.2. vbi inſpiciendum concludit initi contractus locum,non mandati, per doctri. Bar. in l. non ſolùm.§. ſi mandato. D. de iniu. vbi in delicto per mandatarium nomine mandantis commiſſo,locum & tempus commiſſi delicti non mandati putat attendendum: quod & addo repetijſſe eundem Bar. in l. ſi vt proponitur.D. de fideiuſ. atque ideo concludit Corn. donationem in territorio ſtatuentium ſine ſtatuti ſolennitate factam per procuratorem extra territorium conſtitutum non valere, quem refert (ſed corruptè videlicet in conſ. 186.) & ſequitur, trahitque ad ſtatutum noſtrum prohibens vxorem ſine conſenſu viri contrahere,Tiraq. in d.trac. de legi.connu. glo. 8. num. 231. & 232. quod etiam Corn. dictum de donatione annotare poteris ad nou.conſtitu. huius ſtatus, tit. de donati. certam in donationibus ſolennitatem requirentes.

7

7 ¶ Nouiſſimè tamen reperio contrarium ſenſiſſe Albam conſ. 45. quanuis, col.fi.verſi. ſecunda fuit difficultas, dum huius,inquit,ſtatuti ſolennitatem à muliere adhibendam cùm mandat,aut ratum habet: non autem cùm mandatarius aut negotiorum geſtor contrahit, quia mulier obligatur ex facto ſuo, non autem alterius, reſpondetque illi Bar. doctri. in d. l. ſi vt proponitur, quòd id fictè procedat, & conſiderato tantùm effectu, quia cùm mandatum & ratihabitio actus ſint acceſſorij, conſequens eſt obligationē id eſt effectum tribui actui principali: ſed quo ad veritatem non eſt,inquit, dubium quin mulier ex mandato & ratificatione obligetur, vt de ſe patere aſſerit,quia ſi non mandat,aut ratum non habet,non obligatur,hæc ille.

8 ¶ Veruntamen priorem nos opinionem ſequimur ob Bar. authoritatem:nec placet reſponſio Albæ id ſecundùm fictionem eſſe,non ſecundùm veritatem,ex quo Bar. vbi ſupra,vult præterquam quo ad obligationem inter mandatarium & mandantem non oriri obligationem ex ipſo mandato, ſed ex contractu per procuratorem poſtea geſto: ex hoc inquiens, ſi ego mando tibi vt mea geras negotia, inter te & me oriri obligationem ex negotio geſto propter mandatum: item ex hoc inferens,ſi Titius Mediolani exiſtens mandet Sempronio,vt hominem Florentiæ occidat,ipſum Titium eſſe Florentiæ puniendum,idem etiam ſubijciens Bar. in ratihabitione, ex ea ſcilicet non dari obligationem, ſed ex negotijs geſtis propter ratihabitionem,ſecundùm veram opinionem,vt dicit tex.in l. ſi pupilli.§.item quęritur.D. de neg. geſ. licèt glo. ibi (inquit Bar.) quæ eſt in ver. negotiorum geſtorum,cir.fin.ver. item vnde,aliter dicat. Et tenendo hanc partem Lector colligere potes quid dicendum ſit, ſi ècontra procurator hic conſtituatur, qui poſtea extra territorium contrahat.

GLOSSA VIGESIMAPRIMA IN VER.

OCCASIONE DOTIS SVAE.

1 QVONIAM ſtatutum hoc permittit mulieri poſſe procuratorem conſtituere ad ſe defendendum & ad agendum contra virum aliamue perſonam occaſione dotis ſuæ,ſatis dici poteſt mentis ſtatuentium fuiſſe aliud eſſe ſi mulier velit ſe obligare pro dote maximè alterius mulieris, arg.l. cùm Prætor, in prin.D. de iudi.& l. maritus.C.de procu. potiſſimùm quia in caſu hic expreſſo agitur de fauore & commodo mulieris, in alio autem caſu diceretur de odio ſiue damno eius tractari,ideo ſuccedit regula,inducta in fauorem non eſſe in odium retorquenda.l. quod fauore.C. de legi.l. nulla iuris.D.eod.tit. ſed pro declaratione noſtri præſertim Comenſis & Cremonenſis ſtatuti, quod his non vtitur verbis,videamus quid dicendum ſit quando ſtatutum nullam de dote mentionem facit.

2 ¶ Igitur partem negatiuam, ſtatutum prohibens mulierem, filiumfamilias,aut minorem contrahere aut obligari ſine certa ſolennitate,locum non habere in obligatione ex cauſa dotis, tenuerunt Bal. Nouel. in trac. dotis, parte 6. priuile.48.incip. & hoc erit,Neguſan. in trac. de pigno. parte 8. in pri.mem.num.26. Marc. Anto. Natta,conſ.53. vt oſtendatur,col.pen.verſ. non inficior,& col.fin.lib.pri.& ſpecialiter in noſtro Comenſi ſtatuto prohibente

hibente minorem ſe obligare ſine tutoris aut curatoris authoritate, ſenſit, ſi rectè inſpiciatur, Signo. conſ.49. in quæſtione quæ vertitur, col.2.verſi. item non obſtat ſi opponatur, & in ſtatuto prohibente mulierem virum habentem vendere, alienare, contrahere, vel aliqualiter ſe obligare ſine conſenſu duorum proximorum parentum, vel ſaltem ſi non interuenerit conſenſus & authoritas domini Conſulis Iuſtitiæ, aliàs contractus ipſo ſit iure nullus, voluit Calca.conſ.13.cauetur ſtatuto, per totum, & in ſtatuto cogente affines ad compromittendum, Blanc. in trac. compromis. quæſtio.iiij. in ver. cauſa dotis, fol. mihi 153. vbi tamen allegat Corn. conſ.137. col. pri. lib. 4. qui id non dicit: & in decreto prohibente bonorum immobilium alienationem in forenſem, D. AEgi. Boſſi. tit. de Princi. num.339. cir.fin. vbi ita inquit de conſuetudine obſeruari, quicquid ſit de iure: & ſecundùm hanc opinionem ſcimus conſuluiſſe celeberrimum virum D. Apollonium Lambertengum patruum noſtrum: pro qua etiam ſententia facit quod dicitur voluiſſe Saly. in l.fin. in prin. in 4. nota.C. de dot. promiſ. ſtatutum generaliter loquens cauſam dotis non comprehendere, cum mul. concor. per Tiraq. adductis in trac. retrac. tit. pri.§.pri. glo.14. num. 91. cum duo. ſeq. & præterea Pariſ. conſ.81. in præſenti, col.2. num.9. lib.3.

3 ℂ Verùm contrarium noſtro in Comeſi ſtatuto conſuluerunt duo doctiſſimi viri, & in forenſibus negotijs verſatiſſimi, Illuſtris D. Io. Thomas Odeſcalchus Regius & Ducalis Mediolani Senator meritiſſimus, & Magnificus D. Defendens Gallus noſtræ Comenſis ciuitatis Orator digniſſimus: cuius etiam opinionis fuerunt Ancha. conſ. 93. iſta domina Ioanna, poſt prin. Deci.conſ.301. in cauſa quæ Ferrariæ, per totum, in conſ.536. in cauſa quæ agitatur, col.2.verſi.tertiò principaliter, Soc.iun.conſ.12. in occurrenti, col. 3.verſi. non obſt. modò, lib.2. Tiraq. in d.trac. de retrac. d.glo.14. nu.91. cum 17.ſeq. & ſenſiſſe videtur etiam Alex. in conſ.154.col.2.verſi.non ob. titulus, lib.2. rep. conſ. 103. lib.3. ſi rectè inſpiciatur, nam ibi loquitur de obligatione ex cauſa dotis facta, & tamen minorem, inquit, obligari non potuiſſe ſine tutoris authoritate tam de iure communi quàm ex forma ſtatutorum, & ſic loqui videtur de ſtatuto prohibente minorem ſine tutoris authoritate ſe obligare. Et pro hac opinione per præfatos Magnificos dominos meos allegabatur l. ſi furioſi, & ibi Bal. C. de nupti.

4 ℂ Qua in controuerſia (ſi noſtrum licet iudicium interponere) totus in eo dubitationis ſcopus verſatur, an in hoc dos ſit ſpecialiter priuilegiata de iure communi: nam ſi ſit, verum erit ſtatutum generale cauſam dotis non comprehendere: ſin minus, contra, ſic enim intelligitur & declaratur illud Saly. dictum in d.l. fi.C. de dot. promiſ. ſecundùm Tiraq. vbi ſupra, num. 103. & 104. poſt alios quos citat, & præterea Deci. conſ.5. in cauſa dominæ Mariæ, col.pri. ſecundùm quod conſilium iudicatum fuit in ciuitate Florentiæ eodem Dec. referente, in conſ.301. in cauſa quæ Ferrariæ, in fi. in l. 2. in vlt.nota.C.vn.lib. in cap. ſedes, col.5. verſi. & ideo aliàs, de reſcrip. quibus in locis idem etiam tenet, & in l.pri. col.3.verſi. ex quo infert. D. de reg.iur. Rip. in l.fin. in li.quæſtio. cir.med.verſi. nec obſtat ſi replicetur.C. de reuo.dona.Soc.iun.d.conſ.12.col.3.verſi.non obſt. modò, lib.2.Cagno. in d.l.pri.col.13.verſi. nunquid autem.D. de reg.iur. & ſequi videtur Iaco. etiam Philip. Porti. Imolen. lib. commu. opini.3. reg.17. quanuis contrarium teneat Neguſ. in trac. de pigno. parte 8. in pri. memb. num. 23. cum tri.

tri.ſeq. vbi communem hanc dicit opinionem, referendo Bal. Nouel. quo loco eum citauimus ſupra, num. ab hinc 2. Iaſo. Bartho. Soci. & Fran. de Pep. inter huius conſ. in locis per ipſum Neguſ. commemoratis, qui ſimpliciter illam Saly. deciſionem citant & ſequuntur: ſed hanc Neguſ. ſententiam cõmunem non eſſe ſatis conſtat ex ſupra allegatis: quæ etiam ſententia contra Negus. verior videtur per allegata per Tiraq. d. glo. 14. d. nu. 104.

5 ℭ Igitur redeundo ad propoſitum, videtur in caſu noſtro dotem ſpecialiter eſſe priuilegiatam per tex. in l. promittendo, in prin. D. de iu. dot. & in l. fin. C. ad S. C. Velle. vbi mulier dotem pro alia etiam muliere promittens obligatur, non obſtante S. C. Velleiano prohibente eam pro alio intercedere. Nec placet reſponſio quam dat Deci. in d. conſ. 301. col. 3. verſ. ſed reſpondetur, dum inquit aſſumptum Bal. Nouel. dotis promiſſionem etiam ab inhabili factam valere, non probari in d. l. promittendo, propter d. l. fin. quæ ſe reſtringit ad promiſſionem factam per maiorem xxv. annis; quia nos loquimur de muliere, vt & Dec. facit, vnde ſatis eſt quòd & d. l. promittendo, & d. l. fin. permittant mulierem obligari pro dote alterius mulieris, cùm tamen mulier aliàs prohibita eſſet ſe obligare pro alio, tot. tit. D. & C. ad S. C. Velle. Nec etiam ſatisfacit reſponſio, quam ad d. l. fin. dediſſe videtur Tiraq. vbi ſupra, num. 100. incip. quæ omnia, dum illic, inquit, ideo mulierem obligari, quia ita nouiter ſtatuit Imperator, veluti ante illã l. etiam cauſa dotis includeretur in generali diſpoſitione illius S. C. maximè ne illa lex ſuperflua reddatur, quoniam immò ex d. l. promittendo, quę eſt interpretatiua, conſtat idem etiam antea ſtatutum fuiſſe: nec illud de ſuperfluitate obſtat, quoniam multæ leges poſitæ in D. reperiunturr repetitæ in C. & ad prædicta facit tex. in l. pri. §. ſed ſi libertus. D. ſi quid in frau. patro. vbi libertus in fraudem patroni alienare prohibitus, poteſt tamen filiam dotare. late Caball. cons. 69. Tul. decis. 160 lib. 1. late Bach. decis. [illegible] n° 13 et Cost. in memorab. in verb. statuta requirens [illegible]

6 ℭ Et tenendo hanc partem, quam tenendam arbitramur, non obſtabit etiam tex. in d. l. ſi furioſi, & ibi Bal. C. de nup. quia loquitur quando dos conſtituitur ſuper bonis patris, quo caſu verum eſt dotem in hoc non eſſe priuilegiatam, vt prohibitus alienare ob alterius præiudicium, poſſit tamen alienare ex cauſa dotis, vt colligitur ex glo. in d. §. ſed ſi libertus, in ver. reprehendenda, & nos quoque dicemus infra in fine, quæſtio. xxxi.

7 ℭ Et hæc opinio præſertim procederet quando mulier promitteret dotem pro ſeipſa, tum quia dotis conſtitutio eſſet acceſſoria ad matrimoniũ, & hoc ſtatutum non prohibet mulierem matrimonium contrahere, vt diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. vi. quanquam hoc idem tamen ſtatutum prohibeat obligationem quæ etiam in conſequentiam venit: & quia hæc obligatio ipſi eſſet mulieri vtilis, cùm aliàs mulieres indotatæ malè à uiris tractentur, vt experientia docet, & vt hanc rationem conſiderauit tex. in d. l. fin. C. ad S. C. Velle. ſed ex hoc ſtatuto non prohibetur mulier vtilem ſibi contractum facere, vt dicemus infra in fine, quæſtio. 50.

8 ℭ Et ita vltra ſupra allegata voluerunt Ancha. conſ. 380. ante determinationem, in pri. dub. nam ibi loquens de ſtatuto prohibente mulierem filios nõ habentem de rebus ſuis per alienationem diſponere, niſi pro quarta parte, concludit potuiſſe tamen eam ſecundo viro ex bonis ſuis vltra

quartam partem in dotem dare & expreſſiùs Soci. qui mouetur rationibus iam per nos adductis, in conſ.80. præſens, col.pen. verſi. capio nunc tertiam,lib.4.quem ſequitur Rip.in l.pri.§. fuit quæſitum,col.2.verſi. item conſidera.D. ad S. C. Trebel. & Negus. quo loco eum ſupra citauimus, verſi. ab hinc 4. num.26. vbi fortiùs dicunt id procedere ſtante etiam ſtatuto dotis lucrum vxore præmoriente viro deferente: quod ſtatutum Comi extat cap.318.& 319. in ciuili. & Mediolani cap.298. ſupra eod.volu. in quo tamen vltimo dicto de minore repugnare videtur Cuma.conſ.110. domina Ioanna, dum eo caſu iudicis decretum requirit: ſed tu ſuper hoc vide quod ſtatim dicemus.

9 ℭ Animaduertendum tamen eſt hanc concluſionem non procedere ſi minor xxv. annis ſit mulier dotem promittens,quia dos in hoc non eſt ſpecialiter priuilegiata, vt etiam à minori muliere promitti poſſit: immò id prohibet d.l.fin. in prin.C. ad S. C. Velle. & not.glo.2. in d.l. promittendo.D. de iu.dot. & hoc modo conciliari poterunt opiniones, vt ſi minor xxv. annis ſit mulier, non poſſit etiam ex cauſa dotis obligari: ſi maior contra.

10 ℭ Hic autem Lector aduerte quòd tex. in d. l. fin. dum prohibet minorem obligari pro dote,loquitur ſiue maſculus ſit,ſiue fœmina: ideo ex hoc colligere potes ſi eſſemus in ſtatuto prohibente minorem ſe obligare ſine certa ſolennitate,quod ſtatutum Comi extat cap.67. in ciuili. tunc non poſſe minorem etiam mulierem ſine eadem ſolennitate obligari, ex quo dos non eſt in hoc à iure communi ſpecialiter priuilegiata, vt etiam à muliere minori promitti poſſit. Quantùm tamen ad filiumfamilias, de quo dictũ etiam ſtatutum loquitur,prohibens eum ſine conſenſu patris vel aui, in cuius eſt poteſtate,ſe obligare,dicendum eſt eundem non poſſe ſine dicta ſolennitate etiam ex cauſa dotis obligari, quoniam is non eſt iure communi ſpecialiter in hoc priuilegiatus, immò ei vti & cuilibet alij permiſſa eſt dotis cauſa obligatio,ſecundùm gloſ.2. in d.l. promittendo,in prin.

11 ℭ Sed quod diximus minorem iure communi prohiberi ſe etiam ex cauſa dotis obligare, intelligendum arbitramur quum immobilia dat in dotẽ, quia non poteſt ſine tutoris aut curatoris authoritate & iudicis decreto, l. lex quę tutores,& ibi glo.in ver.vel dotẽ,& Bar.in 2.nota.& Saly.cir.fin.C. de admi.tuto.l.prædia,& ibi glo.& Doct.C.de prædi.mino.Azo in ſum. C. de iu.doti.col.4.verſ.poteſt autẽ,iterũ Bar.in l.vni.in pri.oppo.& ibi Bal.in pri.itẽ opp.Saly.cir.med.verſi.opp. quòd decretũ,& Caſtr.poſt prin.verſi. in gloſ. ibi, ſed an prædia .C. ſi aduer. dot. ex quo ſatis defenditur quod ex Cuma. diximus ſupra num. ab hinc 3. ſi autem loquimur de mobilibus, & tunc ſi ſit adultus & ſine curatore, non eſt dubium non ſolùm ex cauſa dotis, ſed etiã ex omni cauſa eum obligari, quia adultus curatore carens pro maiore habetur.l.ſi curatorẽ habens.C. de in inte. reſti. mino. læſus tamen reſtituitur, vt ſtatim dicemus: ſi autem curatorem habet, vel ſi eſt pupillus diſtinguitur, an promittat ultra patrimonium, vel vltra vires patrimonij (hæc enim inter ſe differre putant Doct. in locis infra allegandis) vel vltra qualitatem viri & vxoris,& an reſciſſio ipſo iure petatur, an per in integrũ reſtitutionem,vt per glo.fina. in d.l.vni. & ibi Bar. in fin.ver. qui dicit glo. ſolutionem à Docto. communiter approbari, præterquam ab vltramon.

&

& Bal. in 3. oppo. Saly. cir.fin. verſi.oppo. quòd minor, & Caſtr. ante fin. verſi. in glo. ſi verò vltra vires: de quo etiam per Albe. ibi, ferè per totã.

12 ℭ SECVNDO quæro, dicitur hîc procuratorem ſine ſtatuti huius ſolennitate ad agendum vel defendendum in cauſa dotis & alijs certis cauſis poſſe mulierem conſtituere: quid ſi conſtituatur ad agendum defendendumue in cauſa hîc expreſſa, puta dotis, & in alia non expreſſa: an in vtraq; valeat conſtitutio: quod videtur per nota. per Rui. conſ. 137. viſo inſtrumento, col. 3. num. 10. lib. pri. vbi loquens de ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate obligari, præterquam ex cauſa dotis, ſi minor, inquit, ſolus rem inſolutum dotis tradat, ita tamen quòd ea inſolutum datio pro parte mera ſit venditio, hunc tamen contractum in totum valere.

13 ℭ Contrarium tamen in caſu noſtro verius arbitramur, quoniam hîc in ſeparabilibus ſumus, cùm poſſit procurator pro vna tantùm cauſa comparere, ideoque facienda eſt ſeparatio vtilis ab inutili, vt diximus ſupra in glo. 5. in ver. aſcendentibus à lib. decem Imper. ſupra, quæſtio. pri. quibus in hac dotis materia bonus accedit tex. in l. ſiue generalis, poſt prin. D. de iu. doti. At in caſu Rui. agitur de alienatione rei, quæ commodè ſeparari nequit, quia ſeparata minus valeret, ideo toleratur vt in totum contractus ſuſtineatur, per ea quæ allegat: de quo tamen an id ſimpliciter & indiſtinctè verùm ſit, contractum emptionis & venditionis pro parte validum in totũ ſuſtineri, nos latiſſimè dicemus infra in fine, quæſtio. lxxix. & mul. ſeq.

GLOSSA VIGESIMASECVNDA IN VER. NEC IN VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

1 PRIMO quæro, quid in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto, in quibus hoc expreſſum non fuit: & certè idem dicendum arbitramur, hanc ſcilicet ſolennitatem ad vltimam voluntatem non pertinere, per bonum tex. in l. verba contraxerunt. D. de ver. ſigni. per quem ita mulierem à ſtatuto prohibitam ſine conſenſu propinquorũ contrahere, poſſe tamen teſtari, voluit Iaſ. in l. 2. col. 3. verſi. ſecundò pro opinione mea. D. de leg. pri. cum alijs concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi. connu. glo. 5. num. 93. incip. ſeptimò ex his: quibus addo Boer. idem, ſi rectè inſpiciatur, volentem, in conſue. Bituri. tit. pri. §. 4. glo. pri. cir. fin. verſi. ſed an valeat: quam & nos opinionem ſequimur.

2 ℭ Quanquam Arnol. Ferro. in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. 5. verſi. & conſenſus patris, in diuerſa ſit ſententia, allegans Bal. in l. ſi pater, & eſt in fi. C. de ſponſa. qui tamen id non dicit, ſed aliud, videlicet patris conſenſum in contractu filij minoris xxv. annis requiſitum, in vltima quoque voluntate præſtari poſſe, quia id quod operatur patris voluntas eo viuo, operatur etiam mortuo, ſaluo ſi ſtatutum præſentiam patris requireret, per l. pri. in fi. D. de tute. quod Bal. dictum an verum ſit, videbis omnino ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xix.

3 ℭ Sed quoniam prææallegata loquuntur quum ſtatutum prohibet contrahere: ideo ſi ſcire deſideres quid quando vetat alienare, adeundus tibi erit

Tiraq. in d.glo.5. num. 100. incip. nec tamen, inquientem, licèt res multis egeat diſtinctionibus, tamen quando prohibita eſt alienatio ob alienantis imbecillitatem, vt in caſu noſtro, vt in præfatione in pri. dub. aſſeruimus, vltimam quoque voluntatem prohibitam cenſeri: apud quem etiã Tiraq. num.94. vſque ad num.100. comperies an valeat ſtatutum mulieri actiuam teſtamenti factionem ſine certa ſolennitate expreſsè interdicens: de quo & nos remiſſiuè diximus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, quæſtio.pri. nu. 4.incip. quam opinionem.

4 ¶ SECVNDO quæro, quoniam glo. in l. hæredes palam.§.fi. in glo. fin. in fi. D. de teſta. in vltima inquit voluntate contrahi poſſe, cum mult. concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi.connu. glo.5. num. 101. incip. intellige ſecundò.

5 ¶ Quod tamen Intelligit Bal. in d.§. fin. ante fin. modò talis contractus cum ipſo ſit teſtamento connexus, exempli gratia, vt intelligas, ſi quis dimidiam partem fundi Titio leget, & alterã eidem donet, aut vendat; ſecus ſi contractus non ſit teſtamento connexus, quia cum extraneo fiat, hoc poſteriori caſu inquiens Bal. teſtamentum uitiari, & ibi ſequuntur Ang. cir. med. verſi. nec obſ. quòd actus contrahendi, Caſtr. poſt med. verſi. vltimò eſt hic, Imo. col.pri. verſi. in ea. glo. ibi reſpondeo, qui poſt Bal. ibi ſecus dicit ſi ante teſtamentum inchoatum incontinenti ante vel poſt contractus fiat, quia tunc vtrunque valeret, ſubdens etiam quantùm ad actus, qui participant de vltima voluntate & contractu, vt aſſignatio liberti & donatio cauſa mortis, ſine dubio etiam ſi in medio teſtamenti fiant, teſtamentum non vitiari, & Fran. Aret. col.2. verſi. in glo. vlti. qui etiam declarat contractum dici ad teſtamentum pertinere, ſi quis conſentiat teſtatori rem ipſius conſentientis relinquenti, Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. pri. verſi. in tex. ibi inutilis, & col.ſeq. D. de ver.obli. Lap. allega. 91. in primis videndum, col.2. Alex. in l. cùm antiquitas, col.pri.verſi. facit iſte tex. & col.ſeq. C. de teſta. vbi ita inquit loqui gloſ. præalle. dum tenet poſſe quidem contractum in teſtamento fieri, non tamen dicit valere teſtamentum, ſi contractus ad teſtamentum non pertineat, Barb.conſ.12. ſcribitur, col.6. verſi. & ſi quiſpiam, lib.pri. & videtur ſequi etiam Opizo. in rep.l. filiusfamilias.§. diui, col.55. verſi. vndecimò facit, iuncta col. ſeq. verſi. vltimò faciunt. D. de leg. pri.

6 ¶ Veruntamen priorem gloſ. opinionem ſimpliciter intellectam, videlicet quemlibet contractum in teſtamento fieri poſſe, & ſic vtrunque & teſtamentum & contractum valere, vltra per Tiraq. vbi ſupra allegata, ſequuntur Butri. in cap.fin. col.pen.verſi. quandoque hæc confeſſio, de ſucceſ. ab inte. Alex.conſ.153. videtur in prima, poſt prin.verſi. nam & in teſtamento, lib.2. Barb. conſ.54. clementiſſimi, col.pri. in fi. & col.ſeq. in prin.lib.2. Alba conſ.57. videtur, num.17. ex quibus patet hanc communiorem eſſe opinionem, vti eam communem eſſe aſſeruit Rom. conſ. 171. pro deciſione, col.fin. num.4. Deci. conſ.196. in caſu propoſito, col. 2. verſi. & licèt facta ſit, & conſ.293. viſo teſtamento, col.pri. in fi.verſi.verùm ſupradictis, & Matthæ. Gribal. in trac.commu. opinio. in ver. contractus.

7 ¶ Igitur, vt ad propoſitum redeamus, præſupoſita d.glo. opinione, quam

nos

nos indiſtinctè ſequimur, poſſe contractum in teſtamento celebrari,quæro inquam,an ſicut poteſt mulier ſine huius ſtatuti ſolennitate teſtari, ita quoque ſola in teſtamento contrahere poſſit,& Tiraq. in d.trac.de legi.connu. glo.5. num.101.incip. intellige ſecundò,& ſeq. inquit non poſſe.

8 ℭ Verùm nobis videtur hoc ex ea quæſtione pendere, an contractus in teſtamento factus naturam vltimæ voluntatis ſortiatur, an verò ſuam contractus propriam retineat: quæ res admodum in controuerſia eſt, vt videre licet apud Tiraq. vbi ſupra, d. num.101. in fi. & 102. & 103. vbi tamen ipſe nullam expreſſim opinionem approbat: ſed nos eam ſequimur opinionem, quæ vult ipſius contractus naturam & effectum retinere: pro qua adduco bonum tex. rectè intuenti,in l.fin.D. de reb.eo. vbi irrito facto teſtamento non vitiatur contractus in eo celebratus, & ibi hoc not. Bal. in fin. ver. cuius tex. concordan. poſuimus ſupra in glo. pri. quæſtio. iiij. in prin. & tex. in l.rationes,cum aut.ſeq.C.de proba. quam etiam opinionem præter allegata per Tiraq. tenuerunt Pet. de Bellaper. & Cyn. in l. generaliter,& poſt eos Saly. col.6. in xiij. quæſtio.C. de non num. pecu. dum huiuſmodi, inquiunt, contractum in teſtamento factum reuocari non poſſe, Caſtr. conſ.379. primò videndum eſt vtrum,in prin.lib.pri. dum tenet contractum, de quo loquimur,effectum ſtatim habere à die facti teſtamenti, nō expectata morte defuncti,in conſ.381. videndum eſt qualis, in prin.eo.lib. pri. dum hunc,inquit, contractum valere etiam ſi teſtamentum non valeat, Iaſ. in l. cùm antiquitas,col.2.verſi. adde quòd ſi in teſtamento, dum idem dicit quod Caſtr. vbi ſupra proximè.C. de teſta.clariùs Dec. d. conſ. 196. quo loco eum ſupra num. ab hinc 2. citauimus,vbi communem hanc dicit opinionem,vti etiam aſſerit d.conſ.293. loco ſupra allegato,Alba d.conſ. 57. videtur prima facie,num.17.Gribal. in d.ver. contractus,qui expreſſim dicunt contractum in teſtamento factum naturam contractus quo ad omnia ſortiri,ſi fiat parte præſente,vel notario pro ea acceptante. Ex quibus conſequens fit non valere contractum per mulierem in teſtamento ſine huius ſtatuti ſolennitate celebratum.

9 ℭ Quam quidem opinionem eò potiſſimùm ſectandam arbitramur, quòd qui diuerſum cenſuerunt, contractum ſcilicet in teſtamento factum reuocari poſſe, tanquam vltimæ voluntatis naturæ accedat, de quibus per Iaſo. in conſ.122. in præſenti cauſa, col.pen.verſi. non obſtat aliud, lib.4. quos etiam remiſſiuè citat Tiraq. in d.glo.5. num.103.incip. quanquam in eo, loquuntur quando libera teſtandi facultas auferretur, veluti ſi quis alteri in teſtamento donaret omnia bona ſua, hoc modo, Titium hæredem inſtituò,& ſi teſtamentum hoc non valet iure teſtamenti,valeat iure donationis inter viuos, ſiue irreuocabilis: quo caſu fatendum eſt huiuſmodi poſſe donationem reuocari, ea ſpeciali ratione, vt & Iaſ. vbi ſupra hanc rationē affert, quòd liberam teſtamenti factionem tollat, contra l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obliga. vbi etiam Alex. idem latè tenet col. pri. & 2. in prin. qui etiam idem aſſerit, ſi quis poſteaquam Titium hæredem inſtituit dicat, ſi contingat me teſtamentum mutare, ex nunc dono tibi omnia bona mea: ſecus inquiens ſi quis donaret partem tantùm, puta quia poſt legatum alicuius rei Titio factum, dicat, & ſi dictum legatum reuocauero, ex nunc eandem rem tibi dono: quod ſatis præcedentem noſtram confirmat opinionem.

10 ¶ Poſſunt etiam hæ diuerſæ opiniones fœdere diſtinctionis ſic conciliari, quòd aut contractus ſiue conſeſſio parte fit præſente, aut interueniente nuntio, vel epiſtola, vel notario pro ea acceptante, & tunc reuocari non poſſit: aut parte abſente, nulloque alio pro ea acceptante, & tunc poſſit: ita enim voluerunt Bar. in l. Lucius Titius.§. quiſquis, 2. & ibi Caſtr. D. de leg.2. idem Bar. in l. cùm quis decedens.§.codicillis, col.pri.verſi. prædicta vera.D. de lega.3. iterum Caſtr. in l.3.§. fin. ante fin. verſi. item facit quòd ſi teſtator, & ibi Alex. col.fin.verſi. facit etiam ſecundùm Pau. D. de lib. & poſt. & ſentit idem etiam Caſtr. conſ.381. primò videndum eſt, poſt prin. lib.pri. Butri. in cap.fin. col.pen. verſi. vltimò eſt videndum, de ſucceſ. ab intes. Imo. in l. hæredes palam.§. fin. ante fin. verſi. & ex prædictis, & ibi Aret. etiam ante fin. verſi. dicit etiam hic.D. de teſta. Barb. d. conſ.14. col. pri. in fi. & 2. in prin. lib.2. Fely. in cap. olim, col.5. in prin.verſi. & ideo teſtator, de reſcri. in cap. ſi cautio, col.6.verſi. tertia declaratio, qui concor. citat, de fi.inſtr. Clau. Aquen. in l.2. in prin.col.pri.verſi. ipſe tamen Aret. D. de ver.obli. dum allegat Caſtr. & Alex. vbi ſupra.

11 ¶ Sed an id quod dictum eſt, confeſſionem abſente parte factam reuocari poſſe, de iure quoque canonico procedat, videbis Aret. in d. l. hæredes. §.fin. ante fin. poſt alios per eum commemoratos, & præterea Bal. in l. rationes, ante fin.C. de proba. cuius rei veritas ex eo pendet, an iure canonico confeſſio in abſentia partis facta probet, de quo per Fely. in d. cap. ſi cautio, col.7.verſi. fallit ſeptimò, & per nos remiſſiuè infra in fine, num.57. incip. quam etiam.

12 ¶ Si tamen iuſiurandum interueniret, certum eſſet huiuſmodi confeſſionem, licèt abſente parte factam, valere, ita enim interminis, quum fit in teſtamento, eſt caſus in l. cùm quis decedens.§. codicillis, & ibi not. Bar. D. de leg.3. in aut.quod obtinet, & ibi Docto.C.de proba.& in aut.de iureiu. à morien.præſti.cir.med.verſi. ſed ſiquidem, & iterum idem Bar. & Caſtr. in d.l. Lucius Titius.§.quiſquis, 2. de leg.2. But. in d.cap.fin. col.pen.verſi. vltimò videndum eſt, de ſucces. ab inte. Imo. in cap. literas, col.2.verſi. in ea.glo. ibi non tamen ſit ſufficiens, de præſump. & in d.cap. ſi cautio, col.2. verſi. item fallit quando confeſſio fit in vltima voluntate, & ibi Fely. col.6. verſi. ſecundus quando iuraſſet, & iterum verſi. modò prædicta regula, qui eandem etiam regulam alijs declarat modis, de fi. inſtr. idem Fely. d. cap. olim, col.5. in prin.verſi. primò ſi eſſet, iunctis præceden. de reſcri. & faciunt quæ dicemus infra in fine, quæſtio.xij.

13 ¶ An autem eo caſu, quo non valet contractus in vim contractus, ſed reuocari poteſt, quando parte ſcilicet abſente factus eſt, ſaltem tamen fideicommiſſum inducatur, videbis tex. in d.l. Lucius Titius.§. quiſquis, 2.D. de leg. 2. vbi Caſtr. intereſſe exiſtimat vtrum ſimplex ſit debiti confeſſio, an verò annexam habeat diſpoſitionem, quia teſtator id ipſum debitum, quod confitetur, ſolui mandet, volens Caſtr. hoc poſteriori tantùm caſu illum tex. probantem fideicommiſſum induci, procedere: ſuper quo videbis ipſum etiã Caſtr. & Alex. in l.3.cir.fin.D.de lib. & poſt. eundem Caſtr. in l. generaliter, col.3.verſi. in glo.pri. ibi quid autem, & col.ſeq. & iterum in fin. ver. C. de non num. pecu. Fely. in cap. olim, col. 4. verſi. ſimiliter dixit Bal. de reſcri. & vide etiam omnino Imo. in d. cap. ſi cautio, col. 4.

verſi.

verſ. & nota ex glo. de fi. inſtr. inquientem, licèt debiti confeſſio in vltima voluntate facta vim legati habeat, ſi tamen is, qui ad debitum agit, ad illius probationem confeſſionem huiuſmodi producat, non obtinere, poſſe tamen ex vltima iterum voluntate agere, vt ibi per eum: quod & verum opinamur per l. cum quæritur. D. de excep. rei iud.

GLOSSA VIGESIMATERTIA IN VER.

NEC IN DONATIONIBVS CAVSA MORTIS REVOCABILIBVS.

1 EX QVO ſtatutum hoc excipit donationem cauſa mortis reuocabilem, à contrario ſenſu innuit ſecus eſſe in alijs donationibus: quod à contrario ſenſu argumentum in iure fortiſſimum eſt. l. pri. §. huius rei, & ibi not. Bar. & alij. D. de offi. eius cui man. eſt iuris. & quia vnius incluſio alterius eſt excluſio, l. cùm Prætor, in prin. & ibi Doct. D. de iud. l. maritus, vbi glo. fin. alios citat concor. C. de procu.

2 ¶ SED PRIMO quæro, quid in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto, in quibus nulla de hoc mentio facta fuit, an poſſit ſcilicet mulier ſola mortis cauſa donare: qua in quæſtione cùm ex facto interrogaretur ſapiens I. C. D. Apollonius Lambertengus patruus noſter reſpondit non poſſe, allegando Anch. conſ. 385. ſed veriùs eſt 384. incip. dubium in iſta quæſtione facit, per totum, vbi loquitur in ſtatuto prohibente mulieres nuptas contrahere, aliquamue obligationem inire ſuper dote alijſque rebus à marito poſſeſsis ſine expreſſo viri conſenſu: cui addo hanc quæſtionem latè tetigiſſe Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 5. in iiij. quæſtio. num. 64. vſque ad num. 86. qui hanc eandem tenet opinionem, & concor. hincinde allegat, vbi tamen dum num. 74. citat Rom. Soci. & Alcia. in l. 2. de leg. 2. voluit allegare de verbo. obliga. & dum alle. Iaſ. in ead. l. eſt in l. 2. de leg. pri. ex cuius Tiraq. dictis colligitur hanc Anch. ſententiam communiorem eſſe, vti atteſtati ſunt Soci. in d. l. 2. in prin. col. 2. verſi. quæ indueuntur, de verbo. obliga. & Iaſ. in d. l. 2. col. 3. verſ. iſta videbantur, de leg. pri. licèt ipſe alterius ſit factionis.

3 ¶ Et ſubdit Tiraq. vbi ſupra, num. 85. hanc opinionem maximè procedere quando hæc donatio fieret præſenti & ſtipulanti, vti & Anch. loquitur, qui etiam Anch. idem dicit ſi quis pro eo eam donationem reciperet, & ipſum Ancha. ſequuntur alij per Tiraq. vbi ſupra, num. 78. & 79. commemorati: & præterea Alex. in l. ſi ita ſcriptum, num. 4. D. de lib. & poſt. dum ſe remittit ad Anch. vbi ſupra, Rui. conſ. 52. ex his quæ, col. pen. num. 9. lib. pri. Io. Arno. ſingu. 42. multoties, Io. Duran. de arte teſta. tit. pri. cau. 2. num. 6. Alber. Brun. in trac. de for. & ſolen. tit. de correc. & relax. ſolen. & for. char. pen. col. illius char. 4. verſi. ſtante ſtatuto, char. omnium 98. Guili. Ponta. in l. 2. num. 72. & ibi Rip. col. 3. verſi. ſecundò adducitur, qui communem hanc dicunt opinionem. D. de leg. pri. Paris. conſ. 97. ſtatutum Ceſennæ, col. pri. & 2. vol. 3. qui etiam de communi ſententia fidem facit, Ferro. in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. pri. verſi. ſed nec donabit, Nico. Boe. in conſue. Bituri. titu. pri. §. 4. in glo. pen. in ver. ne peut donner, cir. med. Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in ver. contraulz, num. 18. & iterum. §. 7. eiuſdem rub. in glo. in ver.

par.

par teſtament, num. etiam 18.verſi. ſed tamen reperio, Hippo. Rimi. inſti. de dona. in prin. nu.592. cum mult. ſeq. & licèt nonnulli reclament, quos etiam congerit Tiraq. in d.glo.5. num.74. incip. & hac, & Hippo.Rimi.vbi ſupra, num.593. nos tamen priorem ſequimur opinionem tanquam communiorem, & etiam veriorem, quia ad argumenta pro parte contraria adducta patet reſponſio ex dictis Soci. Rip. & Rimi. in locis prælle. quibus præterea nos quoque addimus, ſtatutum hoc eſſe fauorabile, vt diximus ſupra in præfa. in 2. dub. quo caſu latè extenditur, vt inproprium etiam caſum comprehendat, vt nos etiam diximus ſupra in glo.2.in ver. mulierum, quæſtio. viij.

4 ℂ Præterea quicquid ſit quando ſtatutum vtitur verbo contrahere: ſi tamen vtatur verbo obligare, vt facit dictum Comenſe ſtatutum, vti illud induximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. vj. cui per omnia ſimile eſt & Cremonenſe, certum eſt donationē quoque cauſa mortis comprehendi, ſecundum Abb. conſ.40. factum in effectu, in pri. dub. lib.2. Soc.conſ.112. multùm abunde, col.6.verſi. quarta difficultas, lib.pri. rep.conſ.172.lib.2. quos refert & ſequitur Tiraq.d.glo.5. d.num.64. quod & addimus voluiſſe Paris. d.conſ.97. quo loco eum ſupra citauimus, lib.3. dum inquit, Anch. opinionem maximè procedere quando ſtatutum prohibet obligationem, contractum, ſeu quaſi, vel diſtractum, nedum ſuper dote, ſed ſuper omnibus bonis. Et facit quod diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio.v. Quid autem ſi ſtatutum vtatur verbo teſtari, comperies apud Io. Duran. quo loco eum ſupra commemorauimus, ita tamen vt videas omnino quæ ſuper dicti ſtatuti validitate remiſſiuè diximus ſupra in glo.2. in ver. mulierum, quæſtio. pri. num. 4. incip. quam opinionem. Et quid ſi ſtatutum mulieri donationem prohibeat, an mortis cauſa donatio comprehendatur, vide Tiraq. d.glo.5. num. 80. & in rep. l. ſi vnquam, in ver. donatione, num. 247. incip. tu autem, vbi putat comprehendi.

5 ℂ SECVNDO quæro, retenta ea opinione, quæ vult in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto donationem quoque cauſa mortis prohibitam cenſeri, quid ſi hæc donatio in teſtamento aut codicillis fiat: & certè Abb. d.conſ.40.col.2.verſi.item quando donatio, lib.2. inquit tunc permiſſam videri, quem refert & ſequi videtur Tiraq. d. trac. de legi. connu. glo. 5. num.93. incip. ſeptimò ex his.

6 ℂ Cui tamen ſententiæ nos vix accederemus, tum quia dictum ſtatutum Comenſe, cui omnino ſimile eſt & Cremonenſe, vtitur verbo obligare, vti illud ponderauimus ſupra in glo.3. in ver, ex contractu vel quaſi, quæſtio. vj. quo caſu Abb.Tiraq. & alij in locis prælle. ſimpliciter loquentes inquiunt donationem quoque cauſa mortis interdictam videri, quoniam & ex ea oritur obligatio, vt conſiderarunt Docto. in locis ſupra in fine præceden. quæſtio. allegatis, quæ obligationis ratio hic quoque militat: ſed Abb. & Tiraq. quibus locis eos in prin. huius quæſtionis citauimus, loquuntur quando ſtatutum loquitur per verbum contrahere: tum quia etiam ipſi Abb. & Tiraq. fatentur hanc mortis cauſa donationem magis contractui accedere quàm vltimæ voluntati, ſi per ſe fiat: & licèt ſecus dicant quando in vltima fit voluntate, in contrarium tamen communior videtur opinio

ſecun-

ſecundùm ea quę diximus ſupra in glo.præce.quæſtio.ij.maximè nu.8.& 9. vbi aſſeruimus contractum in teſtamento factū contractus naturā retinere.

7 ℭ TERTIO quæro,eadem retenta opinione, an ad huiuſmodi donationis confirmationem requiratur mors non tantùm mulieris, ſed & eius qui ipſi mulieri donanti conſenſum præſtitit: quam quæſtionem latè tetigit Tiraq. in d.trac. de legi.connu. gloſ.5. num.86.incip. ſed quæro, vſque ad num.90. vbi concludit vxoris ſufficere,modò tamen mulier rem propriam donet,non etiā eius qui conſentit,quia tunc & conſentientis requireretur, ſi nondum res tradita ſit, poſt alios quos citat; vbi dum allegat gloſ. in l. nec fratris, quæ eſt 3.C. de dona.cau. mor. loquentem in donatione facta à filiofamilias cum conſenſu patris,quę morte tantùm filij confirmatur,adde illam etiam glo. ſequi Guli. Bene. in rep.cap. Raynutius,in ver. matrem inſuper Cleram,num.45. de teſta.

8 ℭ QVARTO quæro,eodem themate retento,an ea ipſa mortis cauſa donatio à ſola poſſit muliere pœnitentia reuocari: quam etiam quæſtionem tractauit Tiraq. in eo trac. de legi.connu. gloſ.5. quæſtio.vj. vbi concludit poſſe,ſi rem ſuam propriam donet,& ibi concor. citat,ſed ita vt dum dicit donationem à filiofamilias de re ſuiipſius cum conſenſu patris factam à ſolo poſſe filiofamilias reuocari, addere poſſis eundem Tiraq. in trac. de iu.primogeni. quæſtio.lxviij. num.4.incip. & hinc quoque,& Hippo.Rimi. inſti. de donatio. in prin. num. 516. Et faciunt quæ diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio.xvij.

9 ℭ QVINTO quæro, quid in donatione, quæ morte confirmatur, an ea permiſſa videatur, tanquam vltimæ voluntati æquipararetur: & Andre. Tiraq. in ſæpè allegato trac. de legi.connu. glo.5. num.42.incip. & ſi dicatur, vltimæ, inquit, voluntati æquiparari: quod dicit colligi ex Docto. in aut. ex teſtamento.C. de collatio. in ea quæſtione,an donatio filio per patrem facta fratribus ſit conferenda: cui & nos addimus hoc idem,donationem,quę morte confirmatur,vltimę voluntati accedere,voluiſſe etiam Bal. in l.pri. col.2.verſi. ibi donationum,& Saly. col.pri.verſi. quæro an poteſt, qui tamen corruptus eſt,& vult dicere quæro non poteſt.C. de ſecun.nup. per glo. ibi in ver. teſtamento,quæ illum tex. de vltima voluntate loquentem, ad huiuſmodi donationem inter virum & vxorē extendit: ſuper quo tamen vide glo. in l. res vxoris, in ver. diſſoluitur, in fi.C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. donationes quas parentes, in ver. referatur, poſt med. verſi. item no. contra P. & ibi Saly. cir. med. verſi. circa quod quærit glo. D. eo. tit. Et ex hoc concludit Tiraq. vbi ſupra, in tali confirmatione viri conſenſum à ſtatuto in contractibus vxoris requiſitum non eſſe neceſſarium: quod & nos verum arbitramur, huius ſcilicet ſtatuti ſolennitatem in ipſa confirmatione non deſiderari,ſed mortem donantis ſufficere per prædicta: ſed an deſideretur quando à principio ipſa ſit donatio, dubitamus: tamen magis placet non deſiderari, vt voluiſſe videtur Caſtr. in loco per Tiraq. vbi ſupra commemorato: & nos quoque latiùs referemus infra in fine, quæſtio. xlvj. vbi intelliges,etiam ſi interueniret,non tamen à principio donationem conualidari.

10 ℭ Et ſi dicatur hanc indagationem nullius eſſe vtilitatis,quia quæſtio iſta lo-

locum habere non poteſt in donatione filio facta,quia tunc demum donatio inter patrem & filium à principio irrita eſt, ſed morte confirmatur; quando filius eſt in poteſtate donantis.l. donationes quas parentes. C. de dona.inter vir.& vxo. cum ſimili. ſed mater filios in poteſtate non habet.§. fœminæ,inſti. de adop. cum concor. per nos allegatis infra in fine,nu.108. incip.30. quæro: nec etiam videtur poſſe locum habere in donatione inter virum & vxorem, quia ſi mulier nupta eſt,& donat viro, ſatis præſupponimus ipſius viri conſenſum adeſſe: ſi autem innupta eſt, non eſt tractandum de donatione inter virum & vxorem: reſpondeo eo tamen caſu quo mulier nupta eſt, & donat viro, vtilitatem eſſe, quia ſi teneamus huius ſtatuti ſolennitatem requiri, non ſufficiet conſenſus viri, cui donatur, vti hic expreſſum eſt,quando mulier cum viro contrahit, quanquam idem etiam eſſet ſi id expreſſum non fuiſſet: de quo tamen latiùs diximus ſupra in glo. 10. in ver. cum ipſo marito, ferè per totam gloſ. præterea etiam ſi mariti conſenſus in donatione ſibi facta ſufficeret, tamen in ipſo actu interponendus eſſet, ſecundùm ea quæ diximus ſupra in glo.7. in ver. conſenſus,quæſtio.xij. licèt aliàs donatio etiam abſenti fieri potuiſſet ſecuta ratificatione, vel epiſtola interueniente.l.etiam per interpoſitam.l.abſenti.l.qui mihi donatum.D.de dona.l. ſi donatio per epiſtolã,& l. ſeq.& l.ſi aliquid.C.eo.tit.

11 ℂ SEXTO quæro, quid in alia donatione inter viuos,an ea cenſeatur prohibita in noſtro Comenſi ſtatuto. Et Corn.conſ.126. licèt in hac, cir. fin. verſi. item eſſet, lib. pri. loquens de ſtatuto prohibente mulieres ſine conſenſu propinquorum contrahere, decidit prohibitam cenſeri: cuius concor. citat Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.5.num.53.incip. ſed vt propiùs: ex quibus apparet hanc communem eſſe opinionem: qui dum allegat Ferro. in conſue. Burdiga. tit. pri.§.2. eſt in tit. de ſta. & iur. perſo. §.3. col. pri. verſi. & qui contrahere: quam etiam ſententiam præterea tenuit Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. pri. in glo. in ver. contraulz entre les viſz, col.4.verſi. octauò pro limita.

12 ℂ Quanquam Bal. Aret. & Corn. in locis per Tiraq. vbi ſupra,num. 46. & 47. commemoratis,contraria in ſententia fuerunt,per tex. in l.ſed ſi ego. D. ad S. C. Velle. vbi quando mulier donat,locus non eſt S.C.Velleiano: ſed reſpondetur aliud eſſe in eo caſu,quia S.C.Velleianum prohibebat mulierem pro alio intercedere, non autem contrahere.l.pri.D. eo.tit. ſed ſecus eſt in ſtatuto prohibente eam contrahere,quia certum eſt donationem eſſe contractum,ſecundùm glo. in l. iuriſgentium,in prin. in ver. facias, ante fin.verſi. præterea donatio,& ibi Bar. & alios.D.de pac.vbi omnes concordant eſſe contractum, licèt diſcordent an ſit nominatus, an innominatus,vbi tamen Iaſ. num.8. & 9. communem dicit opinionem, nominatum eſſe. Et ad hoc etiam facit quod not. Alba conſ. 57. videtur, col. 3. verſi. vnde ſequi videtur, inquiens teſtatoris prohibitionem de non alienando, donationem quoque comprehendere, tanquam & ea ſit contractus, vbi ſubdit id maximè procedere ſi obligationem quoque teſtator prohibuerit, vt in caſu noſtro,ſecundùm ea quæ diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi,quæſtio.vj.in fine: ad quod etiam facit quod dictum eſt ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. pri.

13 ℂ Immò vbi ſtatutum requireret, conſenſum præſtantem iurare debere

ſe cre-

ſe credere vtilem eſſe mulieri contractum, vti ſtatutum hoc requirit, non deberet vir aut agnatus in donatione conſentire addito hoc iureiurando, quia poſſet de periurio puniri, vti conſuluit Caſtr.conſ.432. cùm ſtatutum, col.pri.verſi. nec etiam, lib.pri. de quo tamen dicendum eſt vt diximus ſupra in glo.15. in ver. iurante marito vel agnato, quæſtio. vlti.

14 ℭ SEPTIMO quæro, quid ſi mulier donet rem eidem, qui priùs eandem ſibi donauerat: & videtur hanc donationem valere, ita enim in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum in alienatione immobilium mulieris, neceſſarium ſcilicet non eſſe eorum conſenſum in huiuſmodi donatione, voluit Caſtr. ſubdubius tamen, ita vt dicat ſe id non affirmare, in cóſ. 171. in caſu præſenti viſis omnibus, col. pri. lib. 2. eo fretus argumento, quòd hæc donatio plus habeat priuilegij quàm aliæ. l. ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus. D. manda.

15 ℭ Quam tamen Caſtr. ſententiam reprobauit Iaſ. in l. cùm filiofamilias, col. antep. verſi. adde quòd fortiùs, iuncto verſi. item adde quòd illud. D. de leg. pri. de qua Caſtr. & Iaſ. controuerſia meminit etiam Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 5. num. 54. cum 2. ſeq. vbi d. num. 54. quædam iura pro Iaſo. opinione adducit: poſtea autem aliqua pro Caſtr. ſententia affert: tandem num. 56. in fi. cogitandum relinquit, quia non videt, inquit, quid reſponderi poſſit ad l. 2. C. ſi aduer. dona. per Iaſo. allegatam, & ad alia iura ibi per eum citata: ad quem etiam locum ſe remittit idem Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, num. 194. incip. illius quoque. C. de reuo. dona. Nos verò conſtanter affirmamus Iaſo. opinionem veriorem quidem videri, ſed ita demum ſi mulier ex interuallo donet poſt factã iam ſibi ab alio donationem: ſecus ſi in ipſo & eodem actu: & ita opiniones conciliari poſſunt per ea quæ dicemus infra in fine, quæſtio. liiij.

16 ℭ OCTAVO quæro, quid in præſumpta donatione, an & hæc ſine huius ſtatuti ſolennitate interdicta videatur: quam quæſtionem latè ſubtiliterque tractauit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 5. quæſtio. iij. à num. 57. incip. at illud tertiò, vſque ad num. 64. vbi concludit interdictam videri: quam & nos opinionem ſequimur, quia ſtatutum hoc fauorabile eſt, vt diximus in præfa. in 2. dub. quo caſu improprium quoque & fictum caſum comprehendit, vt eſt præſumpta donatio, vti probauimus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. viij.

17 ℭ Et dum Tiraq. vbi ſupra, num. 61. addit facere, quòd ſtatutum diſponens maritum dotem vxoris præmortuę lucrari debere, locum etiam habet in præſumpta, poſt alios quos citat: adde id etiam ſenſiſſe Bal. in l. nulla, col. 2. verſi. ſed pone quòd ſimpliciter. C. de iu. dot. & Rapha. Fulg. in ſubſcriptione conſ. Raph. Cuma. 111. domina Ioanna, Crauet. in trac. de anti. temp. parte 2. 4. partis principalis, nu. 43. cum mult. ſeq. & latiùs eundem Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, num. 170. incip. & hæc quoque. C. de reuo. dona. vbi etiam reprobat Soci. conſ. 122. circa primum, col. 5. verſi. nec obſtat ſtatutum, lib. 3. volentem ſtatutum prohibens donationem inter virum & vxorem morte confirmari, quod Comi extat cap. 222. in ciuili. locum non habere in huiuſmodi præſumpta donatione: cui addes eundem Soc. ſibi contrarium hanc Tiraq. ſententiam ſen

ſiſſe, in conſ. 79. ſi eſſemus, col. fin. verſi. ſed ita etiam, lib. 4. quanquam idem Tiraq. illam priorem Soci. ſententiam in d. conſ. 122. ſequi videatur in trac. le mort ſaiſiſt le vif, parte 2. decla. 10. num. 19. incip. vt non mirum: ſed præcedens opinio & in caſu noſtro & in ſtatutis ſupra relatis verior videtur per ea quæ diximus in verſi. præceden. & quia, vt dicit Crauet. vbi ſupra, præſumptio iuris liquidiſſima dicitur probatio. l. licèt Imperator, vbi Docto. de leg. pri.

18 ℂ NONO quæro, quid in donatione remuneratoria: & certè ea permiſſa videtur per nota. latè per Tiraq. in d. rep. l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, in prin. vſque ad num. 126. C. de reuo. dona. nihilominus nos contraria in ſententia ſumus per ea quæ diximus ſupra quæſtio. vij. huius gloſ.

GLOSSA VIGESIMAQVARTA IN VER. NEC IN CASV QVO REALITER ET VERE &c.

1 PRIMO quæro, quid in noſtro Comenſi & Cremonenſi ſtatuto, in quibus id expreſſum non fuit: & idem dicendum arbitramur, vt mulier ſcilicet, quæ ſine ſtatuti ſolennitate contraxerit, teneatur, & conueniri poſſit quatenus fuerit locupletior facta, nam & videmus pupillum, qui vendendo aut emendo ſine tutoris authoritate non obligatur, obligari tamen quatenus ſit locupletior. l. pupillus obligari. §. pupillus. D. de aut. tuto. quod & in mutuo procedit l. naturaliter, & ibi Bar. & Iaſ. cir med. verſi. nota ſecundò. D. de condi. inde. qui intelligunt & ciuiliter & naturaliter contra glo. & Caſtr. ibi: quod & verius videtur, cùm aliàs etiam non locupletatus obligetur pupillus, vt diximus ſupra in glo. 16. in ver. nõ valeat, num. 12. incip. nec obſtat tex. atque etiam locum habet in commodato, l. 3. in prin. D. commo. & in receptione ſolutionis debiti. §. at ex contrario, inſti. qui. alie. lic. vel non, & pretij venditionis. l. fin. C. de vſu. pro emp. & cùm inſtitoria actione agitur. l. verùm, cum l. ſeq. D. eod. tit. de inſti. actio. & cùm negotiorum geſtorum actione pupillus ipſe conuenitur. l. 3. §. pupillus, & l. ſi pupilli, in prin. D. de neg. ges. & l. litis conteſtatæ, eo. etiam tit. & l. 2. C. eod. quoque tit. quod adeò verum eſt, vt procedat etiam ſi tutori ſe pupillus obliget. l. pri. in prin. & l. pupillus obligari, in prin. D. de aut. tuto.

2 ℂ Sed & hoc generale eſt, vt non poſſit quis aliena cum iactura locupletari. l. nam hoc natura. D. de condi. inde. l. iure naturæ. D. de reg. iur. l. ſed & ex dolo, in prin. & §. pen. D. de dol. l. fin. cir. fin. D. de alea. l. 3. §. ſi ſeruus pupilli. D. de tribu. actio. l. ſi me & Titium. D. ſi cer. peta. l. ſed ſi vir. §. quod legaturus. D. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi quis mancipijs. §. fin. D. de inſti. actio. l. pri. §. ſi cum impubere, & l. 3. §. pen. D. de peti. hære. l. ſed & ſi lege. §. pri. D. eod. tit. l. planè, verſi. non enim debet. D. eo. etiam tit. & eſt tex. omnium optimus in l. apud Celſum. §. ſi quis pupillo. D. de dol. mal. exce. vbi generaliter dicitur in omni id perſona procedere, cum qua contrahere non liceat, & tàm ſi quid ei ſoluatur, quàm ſi alius cum ea contractus ineatur, & in terminis ſtatuti noſtri voluit Tiraq. poſt alios quos citat, in trac. de legi. connu. glo. 5. num. 132. incip. ad abſurdum, vbi alia quoque

iura

iura concordantia aduocat, quæ nos conſultò omiſimus, exceptis paucis quibuſdam ſupra commemoratis, quæ iam allegaueramus antequam eum vidiſſemus, & idem Tiraq. in trac.retrac.tit.pri. in fine, num.51.incip. ego tamen,& ſeq. ſed & idem vltra per eum allegata in ſtatuto prohibente minorem ſine certa forma contrahere, voluit Caſtr. conſ. 160. ad primum quæſitum reſpondetur, in pri.dub.lib.pri. & Rui. conſ.97. circa primum, col.pri.verſi. ſecundò quia minor,lib.5. & tàm in minore quàm in muliere à ſtatuto ſine conſenſu propinquorum obligari prohibitis,Rom.in l. quan uis, in fine prin.D. de acqui.poſſeſ. & faciunt quæ diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtione xiij. & xiiij.

3 ℂ SECVNDO quæro, quando dicatur mulier locupletior facta: & gloſ. in l.3. in prin. in glo.vni.D.commo. loquens de pupillo, aliquos inquit tenere eum dici locupletiorem factum eo ipſo quòd factus non eſt pauperior,per l. in pupillo.D. de ſolutio. ſed horum opinionem refert reprobare Ioan.anti.gloſſa. volentem non dici locupletiorem niſi in veritate locupletatus ſit, reſpondentemque d.l.in pupillo,quòd loquatur quando pupillus rem emit neceſſariam:quę tamen gloſ.ſubdit contra ipſum pupillum commodati actionem dari,eo ipſo quòd res apud eum inuenitur,per quædam iura quæ allegat: quod & uoluiſſe uidetur gloſ. vni. in d. l. in pupillo. D. de ſolutio. in illis verbis, quandoque & dum velle videtur ſpeciale eſſe in caſu illius l. ſufficere quem non eſſe effectum pauperiorem,ad hoc vt locupletior factus dicatur.

4 Verùm Bar. in l.pri.§.fin. in fi.D.commo. priorem,inquit,opinionem rectè intelligendo,iuſtam non eſſe Ioan. reprehenſionem, intelligendo ſcilicet ſi non eſt pauperior faciendo illud quod ab eo petitur per actionem commodati, de quo commodato loquuntur glo. & Bar. ibi, ita in id allegantes d.l. in pupillo.D. de ſolutio. ſubijciens Bar. ideo ſi pupillus rem habeat & ad illius reſtitutionem conueniatur, eum teneri reſtituere, quia reſtituendo nõ fit pauperior,& ita eum tex. in d.l. in pupillo,ſummat ibi Bar. videlicet eum dici locupletiorem factum, ſi non ſit pauperior, & ſic etiam contra opinionem Ioan. tenuiſſe videtur gloſ. in §. at ex contrario, in ver. locupletior,inſti.qui.alie.lic. vel nõ: & hanc Bar.opinionem ſequitur Dec. in l. certi condictio.§. quoniam,col.pri.verſi. ſed tamen.D. ſi cer.peta. quibus etiam addes tex. in l. ſed & ſi l.§.pri.D. de peti. hære. vbi dicitur eum, qui rem maioris emit, quàm valeat, locupletiorem tantùm videri quatenus res valet.

5 ℂ Non omitto tamen gloſ. in l. fin. in ver. locupletior.C. de vſuca. pro empto. tribus velle modis minorem dici locupletiorem factum: primo ſi pecuniam habet: ſecundo ſi habet aliquid emptum ex ea: tertio quando talem rem emit quam de ſuo emiſſet neceſſariò,quę modò perijt,& ibi eam ſequuntur Bal. Ang. Saly. qui declarat ſecus eſſe ſi rem tantùm vtilem non etiam neceſſariam emerit,Cepol.col.18.verſi. in glo.2. in ver. locupletior, ſub num.25. & Barb. in apo. Bal. ibi,& alia etiam gloſ. in l. ſed & ſi lege.§. pri. in ver. non videretur.D. de peti. hære. Cyn. in l. non videtur, in pri. quæſtio.C. de in inte. reſti. mino. Io. Fab. in §. at ex contrario, quem legit cum §. ideoque,cir.med.verſi. in glo.quod eſt,& ibi Ang. Aret. col.2.verſ. in glo. locupletior,& Hippo. Rimi. ſub num.58. inſti.qui.alie.lic. vel non.

Quid autem ſi loco vnius rei, quæ ad me peruenit, aliam ſubrogem, quæ pereat, an locupletior factus videar, diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. lxix.

6 ℭ TERTIO quæro, quid ſi vno tempore mulier fuerit locupletior, alio autem eſſe deſierit, quod erit tempus ſpectandum: & videtur rei iudicatæ per l. ſi à domino. §. quo tempore. D. de peti. hære. vbi hoc tempus ſpectatur in bonæ fidei poſſeſſore hęreditatis petitione conuento: ad idem tex. in l. rei iudicatæ, in prin. D. ſol. matri. vbi idem tempus inſpicitur, quũ quæritur quatenus maritus facere poſſit: & tex. in l. quæſitum. D. de pecu. vbi illud idem tempus attenditur quando quis conuenitur quatenus eſt in peculio.

7 ℭ Verùm contrà, litis potiùs conteſtatæ tempus inſpiciendum, probat tex. in l. minor xxv. annis filiofamilias. D. de mino. vbi hoc ſtatuitur in filiofamilias ex pecunia ei per minorem mutuata locupletato: ad idem tex. loquens in pupillo locupletato, in l. in pupillo. D. de excep. in l. litis. D. de neg. geſ. de quo id etiam annotauit glo. in l. 2. in ver. locupletiores. C. eo. tit. de neg. geſ. quod & in actione quod metus cauſa conſtitutum eſt. l. quantum, in prin. D. eod. tit. quod met. cau. atque etiam in donatione inter virum & vxorem. l. quod autem, in prin. D. eo. tit. de dona. inter vir. & vxo.

8 ℭ Vnde gloſ. in d. §. quo tempore, hanc antonomiam ſic ſoluit, quòd ſi tempore litis conteſtatæ quis ſit locupletior, illud inſpiciatur non attento, quòd poſtea eſſe deſinat, ſed ſi eo tempore nõ ſit ſed poſtea efficiatur, tunc rei iudicatæ tempus ſpectemus, & ibi ſequuntur Bal. & Caſtr. quam etiam ſolutionem repetijt glo. in d. l. litis, in ver. ex ea. D. de neg. geſ. vbi ſequitur Alex. in apo. Bar. in ver. litis, & videtur voluiſſe etiam glo. vni. in d. l. rei iudicatæ, in prin. & ibi Imo. in fine prin. vbi etiam ſequi videtur Alex. col. 2. verſi. in glo. in ver. iudicatæ, dum ſequitur Imo. ibi, vbi etiam quantùm ad id ſi ſuperueniat locupletatio poſt litem cõteſtatam, tempus rei iudicatæ inſpiciendum, concordat Roma. ante fin. verſi. primò verò adde, qui tamen poſt prin. verſi. poſſumus dicere, inquit, ſi quis ſit locupletior tempore litis conteſtatæ, deinde deſinat, hoc quoque caſu rei iudicatæ tempus ſpectari, vt ſic in effectu quando de moderanda condemnatione agitur vtrunq; tempus conſideretur, ita videlicet, vt iudex quum ſententiam proferſ, ſi viderit reum eo tempore locupletiorem eſſe, inſolidum condemnare poſſit, ſed ſi poſtea is eſſe deſinat in executione facienda, rei iudicatæ tempus ſpectetur non obſtante condemnatione inſolidum facta, & iterum alia glo. in d. l. quantum, in prin. in glo. pri. D. quod met. cau. & in d. l. in pupillo, in glo. vni. D. de excep. & in d. l. in pupillo, in glo. ẽt vni. in ver. quo agitur. D. de ſolutio. & in d. l. quod autem, in prin. in ver. oportere. D. de dona. inter vir. & vxo. & Saly. in d. l. 2. ante fin. verſi. oppo. 3. C. de neg. geſ. pro qua ſolutione Rom. Imo. & Alex. in d. l. rei iudicatæ, rationem adducunt, quia ius ſuperueniens pendente iudicio, ex cauſa de præterito agentis intentionem confirmat: de qua tu quoque regula videbis quæ & nos diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. x.

9 ℭ At Bar. in d. l. ſi à domino. §. quo tempore, in fi. D. de peti. hæredi. & in d. l. litis conteſtatæ. D. de neg. geſ. & in d. l. rei iudicatæ, in prin. D. ſolu. matri. & in d. l. in pupillo. D. de excep. & in d. l. in pupillo. D. de ſolutio.

alter

aliter diſtinguit quòd aliquando locupletatio moderandæ eſt condemnationis cauſa, & rei iudicatæ tempus conſideramus, & ità loquitur, inquit, tex. in d.l. rei iudicatæ, in prin. aliquando verò eſt cauſa concedendæ actionis, & litis conteſtatæ tempus inſpicimus, vt in contrarijs, & ſequuntur Bal. in d.l. in pupillo, & ibi Ang. D. de ſolutio. idem Bal. in d.l. rei iudicatæ, qui addit ſi eſt cauſa modificandæ executionis, tempus ipſius executionis ſpectari, & ibi etiam Ang. qui ſubijcit, ſi eſt cauſa & moderandæ condemnationis, & actionis concedendæ, vtrunque tempus conſiderari, & Caſtr. qui etiam declarat, an tempus rei iudicatæ intelligatur de tempore quo ſententia tranſit in rem iudicatam, & quo petitur executio, an verò quo ipſa profertur ſententia: de quo etiam per Rom. ibi poſt prin. & Alex. col. 3, verſi. item adde quòd inquantum Bar. quam etiam ſententiam ſequitur idem Ang. in d.l. ſi à domino. §. quo tempore. D. de peti. hære. & in d.l. litis conteſtatæ. D. de neg. geſ. Hippo. Rimi. inſti. qui. alie. lic. vel non. §. fi. nu. 64.

10. Verùm contra hanc Bar. & ſequacium ſolutionē facit, quòd & in hæreditatis petitione locupletatio dandæ eſt actionis cauſa. l. ſed & ſi lege. §. pri. & ibi Bar. ipſe. D. de peti. hære. & litis tamen conteſtatæ tempus ſpectatur. d.l. ſi à domino. §. quo tempore, licèt Bar. ibi dicat hoc eſſe propter verba S. C. dicentis poſſeſſores inquantum facti ſint locupletiores condemnandos: vnde verior videretur gloſ. ſolutio, quam priori loco retulimus: quā veram eſſe fatetur Bar. d. §. quo tempore, & eam communiter teneri aſſerit idem etiam Bar. d.l. rei iudicatæ, in prin.

11 ℂ Magis tamen placet vt diſtinguamus, quòd aut agitur de moderanda condemnatione, quia ſcilicet ſimus in caſu quo quis tenetur ſolùm inquantum facere poteſt, & verum dicit Bar. tempus rei iudicatæ inſpiciendum, & ita loquitur tex. in d.l. rei iudicatæ, in prin. cum quo alius etiam tex. concordat in l. verùm. §. tempus. D. pro ſoci. aut tractatur de concedenda actione ob ipſam locupletationem, & tunc etiam ſubdiſtinguitur, quòd aut agitur iudicio vniuerſali, & vera eſt gloſſa. ſolutio, litis conteſtatæ tempus ſpectandum: ſed ſi eo tempore locupletior non ſit, ſed poſtea tempore rei iudicatæ efficiatur, tempus ipſum rei iudicatæ inſpiciendum, ita loquitur tex. in d. §. quo tempore: aut agitur iudicio ſingulari, & tunc vera eſt Bart. ſententia, tempus rei iudicatæ attendendum, & ita loquuntur contraria.

12 ℂ Ratio autem diuerſitatis eſt in promptu, quoniam natura iudicij vniuerſalis, cuiuſmodi eſt petitio hæreditatis, de qua loquitur tex. in d. §. quo tempore, eſt omnia comprehendere, vt dicit gloſ. in l. quæſitum, in ver. in peculio. D. de pecu. & hinc eſt quòd in ipſo petitionis hæreditatis iudicio, licèt tempore litis conteſtatæ pauciores quis res poſſederit, & tempore rei iudicatæ plures, omnes veniunt. l. 4. D. eo. tit. de peti. hære. l. quod in diem. §. ſi quo tempore, & l. item videndum. §. ſi quis. D. eod. tit. facit l. licèt minimam. D. eod. etiam tit. & l. pri. §. pri. D. ſi pars hære. peta. at ſecus eſt in ſingulari iudicio. l. non poteſt videri, & ibi glos. in ver. non poteſt, & Bar. Bal. Ang. & Caſtr. qui id latè declarant quomodo intelligatur. D. de iud. & faciunt quæ diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. lxiij. & mul. ſeq.

13 ℂ Ad tex. autem in d.l. quæſitum. D. de pecu. reſpondetur loqui in actione de peculio, ad exhibendum, & in actione in rem, quæ ſimiles ſunt peti-

tioni hæreditatis,ſecundùm gloſ. ibi in ver. in peculio,& in d.l. non poteſt videri, poſt prin.D. de iudi. & in d.l. ſi quo tempore, in ver. poſſeſſionem. D. de peti.hære. quæ etiam glo. in d.l. quæſitum, ſecus dicit eſſe in actione perſonali ſingulari, ea ratione quòd illa non comprehendat niſi quæ quis habere reperitur tempore litis conteſtatæ,per d.l. non poteſt.

14 ℂ Reſtat etiã pro maiori declaratione reſpondere ad regulam per Rom. Imo.& Alex. allegatam,ius ſuperueniens pendente iudicio ex cauſa de prę terito,agentis intentionem confirmare, de qua per Bar. in l. ſi rem.§.fin.D. de pigno. actio. cum ſimi. alibi per nos allegatis: ad quam ſic reſpondeo, non procedere quando certa & ſpecialis cauſa fuit in libello expreſſa, tex. eſt in cap. Abbate ſanè,ante fin. de ſenten.& re iud. in 6. qui tamen tex. an in foro quoque ciuili ſeruandus ſit, videbis Bal. poſt Pet. & Cyn. in l. vni. col.2.verſi. viſo prin. & ibi Saly. col.4.verſi. ſed notandum.C. de alie. iud. mut.cau.fac. eundẽ Bal. in l.pri.col.2.verſi. modò quæro.C. ſi plu. vna ſen. Fulg. in l. non poteſt videri, poſt prin. verſi. in eãd. ad fi. D. de iud. Anc. in d.cap. Abbate ſanè.§.fi. qui illum.§. legit ſimul cum prin.cap. col.4. in fi. verſi. decimononò,& col.ſeq.& ibi Gemi. qui illum.§. ſeparatim legit, col. 2.verſi. ſi ergo, Philip. Peruſ. col.pri. in 3.nota, & iterum col.2.verſi. in eadem glo.in fi. & alias etiam declarationes ad illam regulam remiſſiuè videbis ſupra in glo.3. in ver. ex contractu vel quaſi,quæſtio.x.

15 ℂ Illud autem certum eſt quo ad naturalem rei interitum tempus litis conteſtatæ non ſpectandum, quoniam ſcilicet ſi eo tempore factus quis ſit locupletior ex re,quæ poſtea naturaliter pereat,non tenebitur.l.illud.D.de peti.hære. & not.glo. in d.l. ſi à domino.§. quo tempore, in ver. rei iudicatæ,& ibi Bar.D. de peti.hære. ſuper quo etiam tex. videbis quæ diximus ſupra in gloſ.pri. quæſtio.lxix. num.247.& 248.

16 ℂ QVARTO quæro, an in dubio mulier præſumatur locupletata: quæ quidẽ quæſtio aliquibus fortè deciſa videbitur ex his quæ diximus ſupra in glo.pri. quæſtio. lxviij. ſed ibi locuti ſumus de maiore & non prohibito contrahere: hic autem loquimur de minore & prohibito contrahere ſine certa ſolennitate. Igitur vt quæſtionem hanc in minore pleniùs pertractemus, quæ tu poſtea ad mulierem extendere poteris, quæcunque ad eam facere videbuntur: primùm dicendum videtur,ſi res aliqua ad minorem perueniat,eum in dubio locupletiorem factum non videri per bonum tex. in l.pri.C. ſi aduer.credi. cuius tamen contrarium ibi aſſeruit glo. quæ quatuor ad illum tex. ſolutiones tradit: tandemq; in ea reſidet opinione, ibi eſſe ſpeciale odio fœneratoris,qui ipſi pupillo ſub vſuris mutuauit, ſed quoniã tex. ille nullam huius rei rationem adducit,nec verbum quidem facit quòd ibi minor mutuos ſub fęnore nummos receperit, ſed ſimpliciter dicitur eum contraxiſſe: ideo pro vera omnium ſolutione & concordia putauimus caſus aliquot eſſe diſtinguendos.

17 ℂ PRIMVS eſt quando contractus eſt fęneratitius,& tunc licèt tex. in d.l.pri.C.ſi aduer.credi. hanc rationem exprimere non videatur,tamen verum eſt dictum gloſ. minorem ex pecunia fęneratitia non præſumi locupletiorem factum odio vſurarum: quam glo. ſequuntur in hoc Bart. ibi in d.l. pri. in fin. ver. qui ideo ſecus dicit ſi pecuniam quis gratis mutuaret, &

ibi Bal. col. fin. verſi. fallit in mutuo, Ang. in prin. & Saly. poſt med. verſi. fallit hic, & glo. vni. in l. 2. C. eod. tit. ſi aduer. credi. & glo. etiam vni. in l. prædiorum, & ibi etiam Bar. cir. fin. C. de prædi. mino. & ſentit etiam gloſ in l. nam & poſtea. §. ſi minor, in ver. docuit, & ibi Io. Mar. Rimi. col. fin. in prin. verſi. in ſecunda parte, & clariùs Iaſ. col. fin. verſi. & inquantum. D. de iureiu. An autem verum ſit quod ex Bar. vbi ſupra aſſeruimus, id non procedere, vbi pecunia gratis mutuetur, videbis Bal. in d. l. prædiorum, in fine, & ibi Saly. eundem etiam Saly. in d. l. pri. C. ſi aduer. credi. Alcia. in trac. præſump. reg. pri. præſump. 42. col. 3. verſi. & inde infertur, & Iaco. Philip. Porti. Imo. lib. commu. opini. 3. conclu. 12. in fi.

18 ℭ SECVNDVS eſt caſus quando contractus non eſt fœneratitius, nec agitur de pecunia mutuata, & minor allegat nullum ipſo iure eſſe contractum, quia fortè prædium ſine iudicis decreto alienauit, reus autem excipit precium in illius vtilitatem verſum, & tunc reus id probare tenetur, cùm regulare id ſit exceptionem à quolibet reo propoſitam ab eodem eſſe probandam, vt diximus ſupra in glo. pri. num. 244. incip. nec noſtræ, & ita eſt tex. in l. ſi prædium. C. de prædi. mino. & voluerunt glo. in d. l. prædiorum, & ibi Bar. & Saly. C. eod. tit. idem Bar. in d. l. pri. & ibi Bal. col. 2. verſi. ad euidentiam ſolutionis, Ang. cir. med. verſi. huic tamen obſtat, & Saly. etiam cir. med. verſi. opp. quòd hic non ſit ſpeciale, & Caſtr. in fi. dum ſe remittit ad Bar. C. ſi aduer. credi. vbi tamen Caſtr. mordere videtur Bar. quòd hanc doctri. acceperit à glo. tacita eius authoritate, in l. fin. C. de in inte. reſti. quæ tamen glo. nihil de hac re dicit, niſi fortè Caſtr. allegare voluerit glo. in d. l. prædiorum, & idem tenuerunt ipſe etiã Saly. in d. l. ſi prædium. C. de prædi. mino. Iaco. Butri. Albe. Ang. Fulg. & Rom. in l. nam & poſtea. §. ſi minor, & ibi Alex. col. fin. verſi. in glo. 3. Io. Mar. Rimi. col. etiam fin. verſi. in tertia parte, Iaſ. col. quoque fina. verſi. & inquantum. D. de iureiu. Soc. conſ. 115. circa primam, col. fi. verſi. circa tertiam quæſtionem, lib. pri. vbi communem hanc dicit opinionem, Hippo. Rimi. inſti. qui. alie. lic. vel non. §. at ex contrario, num. 61. & ſeq. Iaco. Philip. Porti. Imo. quo loco eum ſupra citauimus, in verſi. limita in minore: quam & nos opinionem ſequimur: quanquam Bal. poſt Iaco. Butri. in d. l. prædiorum, ſimpliciter voluerit, ſi minor verſionem neget, aduerſarium teneri illam probare.

19 ℭ TERTIVS eſt caſus quando contractus ipſo quidem iure eſt validus, ſed minor tanquam læſus petit ſe aduerſus illum reſtitui: & tunc glo. in d. l. prædiorum. C. de prædi. mino. ipſum, inquit, minorem probare debere, ſe læſum eſſe, & ſic præcium non eſſe in ipſius vtilitatem verſum, & ibi ſequuntur Bar. & Saly. & ſequi ẽt videtur Caſtr. in fi. & iterum idem Saly. in l. ſi prædium. C. eod. tit. de prædi. min. & in l. fin. in fin. C. de vſuca. pro emp. dum ſe remittit ad dicta per ipſummet vbi ſupra proximè, & ſentiunt etiam Docto. in d. l. nam & poſtea. §. ſi minor. D. de iureiu. in locis ſupra in verſ. præce. allegatis, Corn. conſ. 72. pro deciſione, col. antep. verſ. & ex hac ratione, lib. 3. Soci. d. conſ. 115. col. fin. verſ. circa tertiam, lib. pri. Deci. in l. certi conditio. §. quoniã, col. pri. verſ. & notandum eſt, ſi cer. peta. Hippo. Rimi. inſti. qui. alie. lic. vel non. §. at ex contrario, nu. 61. cum mult. ſeq. vbi inquit id maximè procedere ſtante ſtatuto contractum minoris ſine certa ſolennitate celebratum irritante, & Philip. Porti. Imo. quo loco eum ſupra proximè citauimus.

20 ℭ Quod tamen Bar. in d.l.pri.C. ſi aduer. credi. verum intelligit, ſi minor ſe tanquam leſum reſtitui petat in eo quod pretium perdidit, quia tunc minor ipſe amiſſionem probabit, tanquam hoc ſuæ ſit intentionis fundamentũ, per l. minoribus.C. de in inte.reſti. & d.l.nam & poſtea.§.ſi minor. D. de iureiu. ſecus ſi ſe læſum alleget in eo quod vendidit, quia vendere ſibi non expediebat, aduerſario verò aſſerente ſe velle rem pro pretio tanquam in illius vtilitatem verſo retinere, quoniam tunc aduerſarius ipſe probare debebit minorem fuiſſe locupletatum, tanquam ſuæ hoc intentionis fundamentum videatur, modò tamen minor ſe læſum doceat in eo quod vendidit, per l. patri.§.pri.& 2.D. de reb.cor. & l. ſi res.§.pri.D. de iu. dot. & ibi in d.l.pri. ſequuntur Bal.col.fin.verſi. aliquando minor dicit ſe læſum eo quia, Ang. poſt med.verſi. quandoque minor, & verſi. aut minor dicit, & Saly.cir.med. qui tamen corruptus videtur & defectiuus, & videtur ſequi etiam Rui. conſ.113. quia proponitur, col.3.verſi. ſed præmiſſis, lib.5. dum quærit quando minor præſumatur locupletior factus ex re quæ ad eum peruenit, & ſe remittit ad Bar. & alios in d.l.pri.C. ſi aduer.credi. ſuper qua tamen poſteriori ſententia; quam & nos ſequimur; videbis etiam Soci. d.conſ.115.col.fin. in prin.verſi. ſed contrarium, lib.pri. Quomodo autem minor probetur locupletatus vltra dicta ſupra in ij. quæſtio. huius glo. videbis apud Bal. poſt Iaco. But. in d.l.pri. cir.fin. & ibi Saly. in fi.

21 ℭ Quid autemècontra ſi minor agat contra tutorem pro re quæ ad eum peruenit, quam tutor ipſe amiſiſſe dicit, an extare præſumatur, ita vt tutor amiſſionem probare teneatur? quod videtur voluiſſe gloſ. in l. ſi ſine hærede, aliàs incip. ſine hærede.§. Modeſtinus, pri. in ver. proponitur, D. de admi.tuto. & clariùs Ang. conſ.162. teſtator adultum minorem, ante fin. Caſtr. conſ.63. ad primum quæſitum reſpondetur quòd non obſtante, cir. med.verſi. præterea poſtquam, lib.2. Soc. ſubdubius tamen, in d.l. in pupillo, cir.med. D.de excep. & conſtantiùs conſ.155. in præſenti, col.5.verſ. cùm ergo, lib.2. Rui.conſ.54. circa primum, col. pen. verſi. non obſtante igitur, lib.pri. Goza.conſ.94. an Illuſtriſſima, col.pri.verſi. ſextò ſi in generali, ſub num.7. in fine: quomodo autem id probet tutor quantùm ad fructus habes ſupra in glo.pri. num. 246. incipi. non obſtat etiam.

FINIS.

1 QVONIAM infinitæ adhuc quæſtiones decidendæ reſtant, quas arbitrati fuimus opportuniori loco tractari nõ potuiſſe, ideo And. Tiraq. doctiſſimi viri morem ſecuti eas hic in fine collocauimus. Primò igitur quæro, an huic poſſit ſtatuto renuntiari: & Barb. conſ.12. ſcribitur, col.3.verſi. & ſi quiſpiam opponat de eo quòd ſtatutum, lib.pri. & in clem.fin. col.antep. ſub num.53.de reſcri. & Fely. in cap. ſi diligenti, col.3.verſi.ſecundum corolarium, de for.compe. loquentes in ſtatuto requirente conſenſum propinquorum in contractibus minoris vel mulieris, decidunt non poſſe, allegantes Bal. in l.pri. prope fin. uti allegatur à Barb. ſiue col. 24. vti citatur à Fely. C. qui admit. qui tamen id non dicit, niſi exiſtimemus id ipſum tacitè ſentire col.antep.verſi. nunc ad propoſitum, iuncta col.pen.verſi. confirmantur prædicta, dum huiuſmodi, inquit, conſenſum eſſe de forma, nec aliter contractum geri poſſe, ſed

hoc

hoc idem clariùs voluit Alex. conſ.99. videtur prima facie, col. pri. verſi. ſucceſſiuè etiam,lib.4. Soc.conſ.92. in cauſa,col.10.verſi. præterea ex quo, & verſi.& aliud eſt,lib.3. Et idem in filiofamilias,non poſſe ſcilicet renuntiare l.fin.§.neceſſitate.C.de bon. quæ lib. paternum requirenti conſenſum in iudicio per filiumfamilias agitando, voluit Specu. tit. de acto. col. 15. verſi. ſed nunquid filiusfamilias.

2 ℂ Super quo quantùm ad ſimplicem renuntiationem, de qua loquimur, dubitandum non videtur, cùm ſtatutum hoc ob mulierum fragilitatem ſit introductum,vt aſſeruimus ſupra in præfa. in pri. dub. quo caſu non admittitur renuntiatio,quia qua quis fragilitate inducitur ad contrahendum,eadem inducitur & ad renuntiandum,tex. eſt qui expreſſim de muliere loquitur,in l.doli.§.diuerſum,pri.D.de nouatio. per quem tex. ita tradunt Fran. Areti.& Iaſ.vterque ante fin. in l.ſi quis cùm aliter.D.de ver.obli. & Tiraq. in præfa.l. ſi vnquam,num.10.incip. & licèt.C.de reuo.dona. vbi alios citat concor. & præterea Marc. Anto. Natta conſ. 463. perſcrutatus,col.2.verſi. ſuccedit, lib.2. Et quia etiam ſubijcitur clauſula ſtatuti annullatiua, dum dicitur contractum aliter factum non valere, quo etiam caſu partium conſenſus & renuntiatio nihil operatur,cap. dilecto,ante fin.verſi. niſi fortè,& ibi gloſ. in ver. clauſula,& Docto. de præben. cum alijs concor. per Tiraq. etiam adductis in d.l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 321. incip. illud autem: quod eo maximè procedit, quòd dicta nullitas ex hoc ſtatuto deſcendens ipſo iure introducitur,vt diximus ſupra in gloſ.16. in ver. non ualeat,quæſtio.pri. nam & hoc caſu conſtat inutilem eſſe renuntiationem, ſecundum gloſ. in cap. ſtatutū,in prin. in ver. cōmittantur,de reſcri. in 6. cum ſimili. hic quoq; per Tiraq. allegatis,in d.ver. reuertatur,nu.316.incip. decimumtertium,& mult.ſeq. quæ omnia procedere intelligimus etiam ſi renuntiatio & promiſſio de non contraueniendo fieret ſub pœna, quia ſcilicet nec pœna committetur, & ita voluit Specu. quo loco cum in præce. verſi. citauimus.

3 ℂ SED MAIVS eſt dubium,& hæc ſecunda ſit quæſtio, an interpoſito ſaltem iureiurando renuntiari poſſit,puta ſi mulier ſine huius ſtatuti ſolennitate contrahens, aduerſus eum contractum ſe non venturam iureiurando promittat: quam quæſtionem tetigit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo.4. in vlt.quæſtio. vbi ſub num. 26. & 27. nonnullos citat tenentes hoc quoque caſu contractum iureiurando non confirmari, quando ſtatutum in mulieris aut minoris perſonam prohibitionem dirigit, vt in caſu ſuo faciebat, qui dum allegat Corn.conſ.77. lib.pri. voluit allegare conſ.78.eo.lib. & præter allegata per eum, hanc etiam opinionem ſequitur Alba conſ. 70. quia copioſè, num.6. vbi eam ſaltem intelligit procedere concurrente dicti ſtatuti obſeruatione.

4 ℂ At multò plures idem Tiraq. vbi ſupra, ſub num.28. congerit, qui in diuerſa fuerunt ſententia,iuſiurandum contractum non conualidare,etiam ſi in perſonam verba ſtatuti ſint concepta: qui dum citat Alex.conſ.26. clariſſime Doctor, lib.7. eſt in conſ.29. col.6.verſi. quintò Anto. de But. eod. lib. 7. & dum allegat Soci. conſ. 233. præſentis conſultationis, nulla libri mentione facta voluit intelligere de lib.2.quem poſtea citat: & dum aducat Corn. conſ.127. licèt in hac conſultatione, col.pri.verſi. licèt ſtatutum,

lib.

lib.pri.veriùs nobis eſt in conſ.126.eod.lib.pri. Tandem verò idem Tiraq. rem non diffinit, ſed ſub num.29. hanc,inquit, quæſtionem latiùs patere, ideoque eam breuibus concludere non poſſe: quare infinitas dat remiſſiones, in quibus illam copioſiùs tractari refert, qui dum allegat Corn. conſ. 188. col.6.verſi. reſtat modò ad ſecundam, lib.2. voluit allegare conſ.18[illegible] d.col.6.verſ. reſtat admodò ad ſecundum (ſic enim in meo codice legitur) eod.lib.2. & dum adducit eundem Corn.conſ.70. lib. etiam 2. incip. quæſtio eſt pulchra, veriùs reperitur in conſ.7. eo. lib.2. & dum commemorat Alex.conſ.39. viſo ſtatuto,lib.4. nobis eſt in conſ.38. eod.lib. & dum eiuſdem etiam Alex. meminit in conſ.102. cum ſtatutum,lib. quoque 4.veriùs eum reperies in conſ. 100. eod. lib. 4. & dum refert Marſ. in l.pen. col.12. verſi. quæro vltimò, veriori loco eum retuliſſet ſub col.10. poſt prin.verſi. quæro vlteriùs,num.60.D. de quæſtio.

5 ¶ Verùm ſi nobis hàc in re noſtrum licet iudicium interponere, dicendum arbitramur quæſtionem hoc in Mediolanenſi ſtatuto nullam habere dubitationem, quin mulieris iuſiurandum contractum per eam omiſſa ſtatuti huius ſolennitate factum validet, eo quòd hoc ipſum ſtatutum non in perſonam,ſed in rem loquitur,videlicet ſic, quòd in alienationibus & obligationibus mulierum neceſſarius ſit mariti conſenſus,vt hîc latiùs, quo caſu contractus ex communi omnium ſententia iureiurando confirmatur, vt videre poteris in locis per Tiraq. vbi ſupra commemoratis.

6 ¶ Quid autem in noſtrò Comenſi & Cremonenſi ſtatuto,quæ in perſonam mulieris prohibitionem drrigunt hunc in modum,quòd nulla mulier nupta contrahere poſſit vel ſe obligare ſine conſenſu viri,& latiùs vt in eis: & certè ex prædictis ſecus dicendum videtur: ita enim vltra per Tiraq. d. num.27. commemoratâ,hanc opinionem,intereſſe vtrum ſtatutum loquatur in rem,an in perſonam,vt priore caſu contractus iureiurando confirmetur: poſteriore non, tenuerunt Saly. in l.2. col. 4. verſi. 11. quæro. C. de reſcin.vendi. Butri. in cap. cùm contingat,in reportatis,& ibi Anch.vti eos refert Imo. ibi col.41.verſi. item aduerte quòd Bar. qui ſubdit, ita ipſo audiente ipſum Butri. tenuiſſe, hancque opinionem ſolere legiſtas communiter ſequi, de iureiu. Alex.conſ.38. viſo themate,col.2.verſi. & primò quia, lib.4. Cat. Sac. in rep.l. ſi quis pro eo,char.20. vt ab alijs allegatur, ſed quã nos repeti. inter repetentes non habemus. D. de fideius. & videtur ſequi etiam Io. de Arno. ſingu. 59. pone quòd mulier, & Iaſ. in l.2. col. 3. verſi. modò ſic pupillus .D. de leg.pri. Cattel. Cot. memo. incip. ſtatuta Italiæ, Ludo. Bolo. conſ.44. cor mundum,col.4.verſi. nec firmatur etiam.

7 ¶ Pro qua opinione facere videtur, quòd dicta ſtatuta vltra conſenſum affinium & vicinorum & decretum iudicis, requirere videntur etiam eorũ iuſiurandum:quo caſu iuſiurandum mulieris non videtur contractum omiſſa ſtatuti ſolennitate celebratum conualidare, ſecundùm Deci. conſ. 532. pro vera,col.fi.verſi. vltimò concluſioni, vbi loquitur de ſtatuto quòd pacta de nõ petendo,& quietationes per mulieres factæ,ſint nulla & irrita nulliusq; effectus,niſi adhibitis duobus proximioribus conſanguineis, & decreto iudicis cum iuramento,& Goza. conſ.16. in hac cauſa,num.13. vbi ſi ſtatutum, inquit, requirat aliquorum conſenſum in contractu minoris, ita quòd conſentientes iurent ſe credere contractum non fieri in damnum nec

in fra-

in fraudem minoris, cõtractum aliter factum præſumi fraudelentum, ideoque iureiurando non confirmari.

8 ℭ In eandem ēt ſententiā facit quòd ſtatutū certam in minorū mulierūue contractibus ſolennitatem deſiderans, ſi dicat ſe id ſtatuere ne ipſi minores aut mulieres decipiantur, vti decepti præteritis ſunt temporibus, vt dicta ſtatuta exordiuntur, tunc iuſiurandum valere non facit contractum ſine ſtatuti ſolennitate celebratum, ſi verum conſuluit Barb. idipſum aſſerens in conſ. 21. & quidem viſo puncto, col. pri. & 2. lib. pri.

9 ℭ Quibus tamen non obſtantibus contrariam nos opinionem ſequimur, nullam ſcilicet eſſe differentiam an ſtatutum in rem, an verò in perſonam loquatur, quando iurisiurandi vires expreſsè non tollit præſumendo ipſum iuſiurãdum vi, metu, aut dolo extortum, quoniam vtroque caſu iuſiurandum confirmat contractum omiſſa ſtatuti ſolennitate celebratum: quam opinionem multò plures tenuere, quos etiam congerit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 4. num. 28. vbi dum allegat But. Abb. & Imo. in d. cap. cùm contingat, de iureiu. Butri. eſt in col. 4. verſi. tertius caſus, Abb. col. etiam 4. verſi. circa primum, cum ſeq. Imo. autem col. 62. verſi. iſtis ſic declaratis, & col. ſeq. qui communem hanc eſſe opinionem aſſerit, in eam etiam ſententiam citans Saly. in d. aut. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi. qui tamen noſtro quidem iudicio contrarium tenet, quia licèt Bar. opinionem in l. ſi quis pro eo. D. de fideiuſ. diſtinguentis, an ſtatutum loquatur in rem an in perſonam, reprobet, indiſtinctè tamen tenet iuſiurandum contra ſtatuti prohibitionem exortum, non conualidare contractum: ſed noſtram ſententiam, vltra per Tiraq. allegata, tenuerunt ipſe etiam Imo. in cap. ſi quis, col. pri. de maio. & obedi. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in d. cap. cùm contingat, Caſtr. in d. l. ſi quis pro eo, col. pen. verſi. ſed quæritur, in conſ. 190. cùm tempore, col. 2. in fi. verſi. item & tertiò, & col. ſeq. vbi communem hanc dicit opinionem, lib. pri. Alex. conſ. 27. viſo libello, ferè per totum, max. col. pen. & fin. lib. pri. in conſ. 100. cùm ſtatutum, per totum, lib. 4. vtrobique communem hanc eſſe opinionem aſſerens, in conſ. 62. in cauſa & lite, cir. fin. lib. 7. in l. ſi conſtante. §. quoties, col. 2. verſi. ſecundò limita, vbi de communi etiam ſententia fidem facit. D. ſolu. matri. Areti. in conſilijs de quibus meminit Tiraq. vbi ſupra, num. 29. ſcilicet in conſ. 2. intellecta, col. 3. verſi. ſed tamen his non obſtantibus, vbi ipſe quoque hanc eſſe communem Cano. opinionem atteſtatur, in conſ. 54. in cauſa magiſtri, col. pri. vbi repetit hanc cõmunem eſſe Doctorum ſententiam, Soc. conſ. 77. in præſenti, col. 8. verſi. præterea etiam, lib. pri. qui etiam ita communiter teneri affirmat, in conſ. 131. præſentis conſultationis, col. 2. verſi. quare ergo, & col. ſeq. lib. 4. Barb. conſ. 53. clementiſſimum, col. 4. verſi. item & poſito, & col. ſeq. lib. 4. Iaſo. in l. is cui bonis, col. pen. & fin. D. de verbo. obliga. Marſ. conſ. 107. poſt redditum, col. 3. num. 13. lib. 2. in d. l. pen. col. 10. verſi. quæro vlteriùs. D. de quæſtio. Afflic. in cap. pri. §. item ſacramenta, col. pen. verſi. tertiò fallit, vſque in fin. de pac. iura. firman. Curt. iuni. in leg. pri. col. fin. verſi. nota aliqua. C. vn. vir & vxo. dum ſe remittit ad Fely. in dict. cap. ſi quis, de maio. & obe. qui hanc videtur ſententiam ſequi, vti eum refert Tiraq. vbi ſupra, d. num. 29. Matthæ. Gribal. lib. communi. opinio. in ver. iuramentum, verſi. ſtatutum.

10 ℭ Quam etiam opinionem ſecuti videntur, qui ſimpliciter aſſeruerunt ſtatutum prohibens mulierem aut minorem ſine certa ſolennitate contrahere, locum non habere vbi iuſiurandum interuenit: inter quos Areti. conſ.22.diligenter, col.fi. verſi. hoc præmiſſo, Curt. iun. conſ.47. habita diligenti, col.2. verſi. vera etenim, Nico. Euer. in locis lega. in loco à vi ener.ſeu effi.iura. col.25. verſi. ex iſto etiam, ſub fol.314.Rip. reſpon.198. ſuper dubijs, col.2.num.3. vbi communem hanc dicit opinionem, Boe. ſi rectè inſpiciatur, in conſue.Bituri.tit.pri.§.4. in glo.in ver.ne peut donner, cir.prin. dum allegat Areti. vbi ſupra, Hippo. Rimi. inſti. qui. alie. lic. vel non, §.2. num.24. & ſeq. Et facit etiam quod notat Specu.de acto. col.15. verſi. quid ſi ſuper hoc, vbi dicit filiumfamilias puberem poſſe renuntiare cum iuramento l.fin.§. neceſſitate.C.de bon. quæ lib. patris conſenſum requirenti in iudicio per filium agitando.

11 ℭ Hanc autem ſententiam, quam nos ſectamur, admodum confirmat, quòd ſtatutum reſcriptum aliaue quæuis generalis diſpoſitio ad actum nõ trahitur iuratũ, glo.eſt nota.in c.cùm nõ deceat, in glo.fin.& ibi Io.Andr. ante fin. verſi. in gloſ. vlti. qui illud cap. corruptè legit hoc exordio, cùm verò deceat, & Abb.Imo. & poſt eos Philip.Peruſ. col.pri.verſi.in glo.fin. de electio. in 6. Inno. in cap.cùm inter, cir.fin.de renun. Iaco.de Rauen.& Cyn. in l.fin. & ibi Saly. ante fin. & Caſtr. etiam ante fin. verſi. dicit etiam Cyn. & Iaſ.col.fin. verſi.ſecundò aduerte.C.ſi contra ius vel vti.pub.Albe. in trac. ſtatu. parte pri.quæſtio.16.incip.item quæro ſi ſtatutum, in fi.Ang. in l.pri.§. quæ onerandæ, cir.med. verſi. item adde quòd licèt.D.qua. rer. acti.non dat. Raph.Fulg. conſ.156.viſis, col.2.verſi.ſecundò ratione. Anc. conſ.226.legitur, col.pri. verſi.ex quibus iuribus, Abb.in cap.conſtitutus, col.2.verſi.quid autem ſi ſtatutum, & ibi Imo. col.2. verſi.no.quòd interdum, Fely.col.2. verſi. ſtatuta iurata, & col.ſeq.& Dec.col.3.verſi.& ſubijcit Abb. de reſcrip. Cano. in cap. pri. de his quæ fi. à maio. parte cap. iterum Io.And.in cap.pri. col.fin. ver.ſed dicit Io.in nouel. & ibi Anc. col.2. verſi. ſed pone quòd in eccleſia, Imo. col.3. Gemin. col.4. verſi. ſimiliter incip.ſed pone quòd in eccleſia, & Philip. Peruſ. col.3. verſi. ſed hoc dictum, & Prob. in addi. Io. Mon. col.2. verſi. ſtatutum iuratum, de fili. presby. in 6. iterum Imo. in cap. dilecto, col.8. verſi. & no. quòd vbi numerus, de præben. Rom.ſing.7. quòd diſpoſitio, & in conſ.379. circa primum, col.3. verſi.cæterum, conſ.393. præſens conſultatio, col. fin. verſi. ſecundò reſpondetur, conſ.404. in caſu, in fin. ver. conſ.436. quòd indultum, col.2. verſi.tertiò idem probatur, conſ.517. in caſu propoſitæ conſultationis, col.fi. verſi.nec refragatur, in l.ſi verò.§.de viro, col.20.verſi.quintò idem probatur.D.ſolu.matri. Alex.conſ.27. viſo libello, col.pen. verſi. non obſtat id quod, lib.pri. conſ.125. viſis & conſideratis, col.pen. verſi. pro hoc etiam, eo.pri.lib. conſ.37. viſo & opportunè, col.7. verſi.& tantò magis, & verſi.confirmo, lib.2.conſ.205. viſis his, in fin.lib. eod.2. conſ. 38. viſa petitione, col.2. verſi.ſecundo modo, vbi communem hanc dicit opinionem, lib.3. conſ.100. cùm ſtatutum, col.2. verſi.decimò probatur, libr.4. conſ.62. in cauſa & lite, cir. fin. verſi. prædicta fortificantur, lib.7. Aret. in aut. ſacramenta puberum, in fin.C.ſi aduer.vendi. Soc. conſ.239. præſentis conſultationis, col.4. verſi.confirmantur, lib.2.repe. conſ.131. libr.4. Barb.conſ.47. ſcribitur, col.19. verſi. & ſubdit, libr.pri. iterum Iaſ. conſ.173. circa primum, col.antep. verſi.ſimiliter dicta diuiſio, lib.4. (vbi

pulchrè

pulchrè declarat, quid ſi & ipſa generalis diſpoſitio ſeu renuntiatio ſit iurata: de quo tu videbis etiam dominos à Rota deciſio.294. licèt quis iuret, in antiquis) idem Iaſ. in l.quoties, col.pri.verſi. facit bene gloſ. ſingu.C.de preci.Imper.offe.iterum etiam Deci.in l.pacta nouiſſima, col.2. verſi.& ex iſta concluſione.C.de pac. Ruy.conſ.201.proponitur, in fin. lib.pri.vbi limitat niſi inſtrumentum, in quo præſtitum eſt iuſiurandum, ſit nullum, puta à notario ſine ſtatuti ſolennitate electo confectum, Afflic.deci.5. Dominus Rex, per totam, vbi aſſerit ita fuiſſe per Neapolitanum concilium iudicatum, & deciſio.111. fuit dubitatum, col.7. verſi. item iſta generalis, & deciſi.307. Regia Maieſtas, num.19. Marſ.in l.pen. col.11. verſi.& facit etiam nam ſtatutum.D.de quæſtio. in conſ.107. poſt redditum, col.3. in prin. verſi. & ideo dictà prouiſio, lib.2. Bert.conſ.41. multa ſunt, col. pen. verſi. & confirmatur hoc, lib.pri. in conſ.85. viſo inſtrumento, col.pri.cir. fin.& ſeq. lib.pri.conſ.163. ex caſu, num.3.& 4.eod. lib.pri. conſ.167. viſis inſtrumentis, cir.med. verſi.& pro præmiſsis, eo. etiam lib.pri. Gamba.in trac. clau. in ver.clauſula non obſtantibus, Nico.Euer. in locis lega. in loco à vi ener. ſeu effi. iura. col.15. verſi.tertiò ex iſto, char.309. Curt.Iun. conſ.98. habita diligenti, col.pen. verſi. ad iſtud, Corſ.in rub.de iureiu. in 22.priui. Bauer.in trac.de virtu.iura. col.5. verſi.per clauſulam, Fran.Balb. in trac.de præſcrip. parte ſecun. tertiæ partis princi. quæſtio.xiiii. num.12. Soc.Iun. conſ.32. conſideratis his, col.2. verſi.& dicitur per iuramentum, lib.3.conſ.130. videtur in hac, col.2. verſi. ſolùm dicam, eod.lib.3. Cagno. in l.ſi quis maior, col.33. verſi. eſt enim iuramentum, ſub num.176.C.de tranſac. Nico.Boe.in conſue.Bituri.tit.de dona. col.2.in fin.verſi.item limita hanc conſuetudinem, Iac.Philip.Porti. Imo.in trac.cōmu.opini. lib.pri. conclu.10. col.2.

12 ℂ Quid autem ſi huiuſmodi reſcriptum motu ſit proprio conceſſum, videbis Rot.d.deciſio.294. in anti. Anc.in d.cap.pri. quo loco eum ſupra citauimus, de fili.presby. in 6. Cano. in d.cap.pri. de his quæ fi. à maio. par. cap. & in cap.conſtitutus, de reſcri. Pau. de Leaza. in d.cap. cùm non deceat, & ibi Gemin. col.fin. & Philip.Peruſ. poſt med. de electio. in 6. Iaſ. in d.l.fi. col.fi. verſi.ſecundò limita.C.ſi contra ius vel vti.pub.

13 ℂ Ex quo emanauit, quòd ſtatutum debiti præſcriptionem certo tempore inducens, in debito iurato ſibi locum non vendicat, ſecundùm Ang. in l.nam & poſtea.§.ſi is qui, & ibi Rom.cir.med.verſi.ex iſto tex. ſumitur cautela, & Iaſ.col.2. verſi. & ex hoc ſequitur.D.de iureiu. eundem Rom. in l. naturaliter, in prin. col.2.verſi. & patet ex tex.D.de vſuca. Cepol. cau.20. ſi ex forma, Fely.in cap.fin. col.3. verſi. limita ſecundò, de præſcri. Corn. conſ.328. videtur in præſenti, col.4.verſi. & maximè, lib.pri. iterum Iaſ.in addi.Chriſto.Porti.inſti. de vſuca.§.ſed aliquando, col.2.in addi.incip. adde vnum notabile, Hiero.Grat. conſ.42. col.2. vol.2. Marſi. ſingu.141. incip. audiuiſti, vbi ita dicit ſe obtinuiſſe, Mar.Anto.Baue.in trac.de virtu. iura. col.7.verſi.nam quādo aliquis, dum citat Fely. vbi ſupra, Nico.Euer. in locis lega.in loco à vi ener. ſeu effi. iura.col.25. verſi.decimusſeptimus, char.314. Boe.deciſi.328. dos duorum, ante fin. Fran.Balb.in trac.præſcri. parte quarta ſextæ & vltimę partis principalis, quæſtio.ij.nu.4.Iaco.Philip. Porti.Imo.lib.cōmu.opini.pri.conclu.10.qui aliorū ferè omniū cōcordan. meminit, & iterū lib.3.concl.45.col.6.verſi.limita ſecūdò in debito iurato.

14 ℭ Quod eſt notandum ad noſtrum Comenſe ſtatutum, cap.103. in ciuili. prohibens peti penſiones, quas ficta appellamus, à tribus annis ſupra, vt ſcilicet locum non habeat quum in locatione inſertum eſt iuſiurandum, & ita aliquando in praxi obtinuimus etiam coram Mediolani Senatu, licèt magna cum difficultate: nam cùm iudex in fauorem cliẽtis noſtri pronuntiare paratus eſſet, aduerſarius à Senatu literas obtinuit iudici mandantes vt iuſtitiam inter partes faceret, allegata iuriſiurãdi exceptione nõ attenta: ſed quoniam dictæ literæ conditionales erant, vbi dictum ſtatutum in viridi eſſet obſeruatione, ideo plures produximus ſententias, quibus probauimus in viridi non eſſe obſeruatione quando interpoſitum eſt iuſiurandum de ſoluendo: quare cùm videret pars aduerſa iudicem in noſtrum adhuc fauorem inclinare, aliud ab eodem Senatu reſcriptum impetrauit, mandans iudici, vt cauſas reſcriberet quare primum exequi recuſaret, qui plures poſtea rationes in relatione deduxit, & inter alias, quia ſtatutum hoc in viridi obſeruatione non erat, quando quis ſe ficta ſoluturum iurauit: & quòd facultatis Senatus non erat iuriſiurandi vires tollere: quibus & alijs Senatus rationibus auditis eidem iudici ſimpliciter mandauit vt inter partes iuſtitiam faceret: & ita pro cliente noſtro iudicatum fuit, quæ etiam ſententia in iudicatum tranſiuit.

15 ℭ Sed & ex eodem fonte prodijt quòd ſtatutũ iubens de litibus, cauſis, & controuerſiis inter coniunctos vertentibus fieri compromiſſum, locum non habet vbi actor ex inſtrumento ſeu promiſsione iurata ſuam fundat intentionẽ, ſecundùm Caſtr. conſ.13. viſis & cõſideratis omnibus de quibus ſupra, col.pri. lib.2. quem ſequuntur Alex. conſ.37. viſo & opportunè, col.7. in fi. verſi. pro hoc optimè, lib.2. conſ.62. in cauſa & lite, col.fin. verſi. ſeptimò quia, vſque in fin. lib.7. Barb. conſ.53. Clementiſsimum Deum, col.pen. verſi. & ideo non eſt, lib.4. Soc. conſ.38. pro deciſione, col.pen. in fi. & ſeq. lib.pri. Iaſ. in l. fratris, cir. fin. C. de tranſac. in l. eleganter, col.2. verſi. item teneas perpetuò. D. de condi. inde. in conſ.173. circa primum, col.pen. verſi. item ſtatutum cogens, lib.4. Dec. in cap. conſtitutus, col.3. verſi. & ſi ſtatutum cogit, de reſcri. in l. pacta nouiſſima, col.2. num.8. dum allegat Caſtr. & Alex. vbi ſupra. C. de tranſac. Maran. in ſuo trac. ordi. iudi. parte 6. cap. de compromiſſo, incip. ſecundus actus, col.7. verſi. ſextò limita, Baue. in trac. de virtu. iura. col.7. in prin. verſi. ſi ſtatuto cauetur, ſub num.33. Marſi. ſingu.467. viget ſtatutum, in prin. Nico. Euer. in locis lega. in loco à vi ener. ſeu effi. iura. col.16. verſi. quintò ex iſto, char.310. Mar. Anto. Blan. in trac. compro. quæſtio. iiij. in ver. cauſa ex iurata promiſsione, char.145. & iterum ead. quæſtio. in ver. exceptio pacti iurati, char.172. quod tu Lector annotabis ad nou. conſtitu. tit. de arbi.

16 ℭ Cuius etiam farinæ eſt quod ſcienter tradidit Alex. d. conſ.37. col.7. verſi. & tantò magis, lib.2. ſtatutum diſponens debitorem pecuniæ per ſolutionem rei mobilis liberari, non procedere in eo qui iureiurando ſe pecuniam ſoluturum promiſit: quod & memoriæ tradendum eſt pro nou. conſtitu. tit. de bon. inſo. dan. cap. moleſti.

17 ℭ Et quod idem quoque conſuluit Alex. conſ.205. viſis his, cir. fin. lib.2. in conſ.38. viſa petitione, col.2. verſi. ſed illis non obſtantibus, lib.3. ſaluum debitori conductum à Principe conceſſum ad debitum iuratum

non extendi, quod & voluerunt Iaſ.in l.quoties, poſt prin. verſi.& iſto caſu.C.de preci.Imper.offe. & in l.fin. col.etiam fin.verſi.facit quod dixi.C.ſi con. ius vel vtili.publi.& in d.conſ.173. col.pen. verſi.ſimiliter ſaluus conductus, lib.4. Afflic.deciſi.5. Dominus Rex, per totam, & deciſi.111. fuit dubitatum, col.7. verſi.& ideo ſaluus conductus, Bauer.in d.trac. de virtu. iura. col.6. verſi.nam licèt ſi maior, Curt.Iun. d.conſ.98.col.pen. verſi.ad iſtud, Nico.Euer. quo loco eum citauimus ſupra num. ab hinc 2. col.15. verſi. quartò ex iſto: ſuper quo videbis etiam Fely. in d. cap. conſtitutus, col.3. verſi.ſimiliter Alex. & col.4. verſi.conſidera duo, de reſcri. ita vt me mineris ſimile quidpiam voluiſſe Iaco. Rau. & Cyn. in d.l.fin. & ibi Saly. poſt eos,col.fin. verſi.quæro cum Iac.& Caſtr.ante fin.verſi. dicit etiam hic C.ſi contra ius vel vti. publi. quos etiam ſequitur idem Alex. conſ.62. in cauſa & lite, in fin. lib.7.

18 ℭ Et quod decidit Butri. in cap.pen. ante fin. verſi.facit quod ſi detur licentia, de iureiu. licentiam extendendorum, prout velit, inſtrumentorum notario aut iudici conceſſam, ad iuſiurandum non porrigi, vt ſcilicet illud addi non poſsit, & ibi ſequuntur Abb.col.2. verſi.per hoc etiam dixit, & Imo.poſt prin. verſi. facit etiam quòd ſi detur, & Alex. in l.Gallus.§.idem credendum, col.2. verſi. aduerte tamen quia videtur, vbi loquitur etiam quando adiecta eſt clauſula ad formam ſapientis, & tangit etiam quid ſi in inſtrumento extendendo adſit dictio &c.D.de lib.& poſt. Maria. Soci.ſen. conſ.24.viſis, col.8. verſi.cùm ergo in terminis, Iaſ.in l.ex ea parte, col.2. verſi.ſimiliter non poſſet.D.de ver. obli. Deci.in l. ſemper in ſtipulationibus, col.pen.verſi.& pari ratione.D.de reg.iur.& in l.vt liberis, col.3.verſi. & pari ratione videtur.C.de collatio. & in cap.conſtitutus, col.3. verſi.vnde licèt, de reſcri. Corſe. in rub. de iureiu. in 27. priuile. Bauer. in d. trac. de virtu. iura. col.7. verſi.nam licèt not. rogatus, & Tiraq. in trac. de legi. connu. glo.7.num.122. incip. ex his autem: ſuper quo etiam videre poteris quæ latè de hac clauſula ad formam ſapientis, & de dictione &c. tradidere Docto.in d.§.idem credendum, & Fely.in cap. cùm P.tabellio, col.4. verſi. ſeptimò quæritur, de fi.inſtru. Rip.in l.ſi vnquam, in vlti. quæſtio. & ibi latè Tiraq. in præfa. in fi.C.de reuo. donatio. iterum & latiùs Tiraq. in trac. de iu.conſti.par.3. limita.31.& vlti. per totam.

19 ℭ Nec huic noſtræ ſententiæ ſufficienter, vt arbitramur, confirmatæ officere opinamur dicta Deci. d.conſ.532. & Goza.d. conſ.16. quia ea vera non videntur, quoniam hoc quoque caſu militant rationes Doctorum in locis prealle. & illa præſertim quòd iuſiurandum in ſalutis æternæ detrimentum non tendens ſeruandum eſt, cap. licèt mulieres, de iureiu. in 6. cum ſimili. quanquam etiam Deci. non aperiat de quo iureiurando ſtatutum per eum recitatum loqueretur.

20 ℭ Non obſtat etiam Barb.dictum d. conſ.21. lib.pri. quia & illud verum non eſt, immò communiter reprobatum, vt per Cagno.in l.ſi librarius, ſub num.43. in fi.D.de reg.iur. Ex quibus omnibus candide Lector habes opinionem hanc fortiſsimè defenſam & confirmatam: ſed quoniam ſupra diximus eandem opinionem procedere quando ſtatutum nullam iuriſiurandi mentionem facit, non exiſtimes tamen ſufficere ſi ſimpliciter de eo mentionem faciat illud reprobando, quia hæc res multis eget diſtinctionibus,

aliis ſcilicet diſtinguentibus an ſtatutum præſumat iuſiurandum metu & dolo extortum, aliis id tantùm admittentibus ſi cauſa id ſtatuendi concurrat, nonnullis etiam intereſſe exiſtimantibus an ſtatutum vtatur verbo præſumatur, an fingatur, vt latè diſſeruimus ſupra in glo.8. in ver.mariti,num. 90. incip.aut verò, cum mul.ſeq. vſque ad num.107.

21 ℭ Eſt tamen caſus nouiſſimè à ſacroſancto Tridentino concilio deciſus, ſeſsio.25. cap.16. quo non valet iurata mulieris obligatio ſine certa ſolennitate celebrata, videlicet quum mulier ingredi vult religionem, cuius renuntiatio aut obligatio iureiurando non firmatur, niſi facta ſit cum licentia Epiſcopi aut eius Vicarii, & intra duos menſes proximos ante profeſſionem.

22 ℭ TERTIO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, an iuſiurandum hoc caſu ſeruandum ſit, an verò ipſum quoque contractum validet (hæc enim inter ſe multùm differunt, vt videre poteris apud Butri. Abb.Imo. & Alcia. in d.cap. cùm contingat, de iureiu.apud Anch.& alios in cap. licèt, de iureiu. in 6. & apud recentiores in aut. ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vendi.) qua in quæſtione diutiùs immorandum non duximus, quando communis eſt ſententia contractum confirmare, vt contra But.in d.cap. cùm contingat, col.5. verſi.ex quibus concludo, iunctis præcedentibus, tenuerunt communem hanc eſſe opinionem atteſtantes, Imo. ibi col.62.verſi.iſtis ſic declaratis, & Aret.conſ.22.diligenter, col.fin. verſi. hoc præmiſſo,& Curt.Iun.conſ.47. habita, num.4.

23 ℭ QVARTO quæro, quid ſi mulier certiorata non ſit de tali beneficio, an nihilominus iuſiurandum per eam præſtitum contractum confirmet: quæ dubitatio ex ea pendet quæſtione, an mulier de S. C. Velleiani vel alterius iuris ſibi competentis beneficio, vel minor de in integrum reſtitutionis auxilio non certiorati, ſi iurenr, his beneficiis cadant, & cadere voluerunt multi quos congerit Tiraq. in l.ſi vnquam, in præfat. num.135. incip. & in hanc partem.C.de reuo. dona. & præterea Saly. & Caſtr. vterque in fin.ver. in l.fin.C.ad S. C. Trebel. Io.And. in cap.ſi diligenti, col.2. verſi. ad dubium tamen huius opi. iunctis præcedentibus, & ibi Butri. col. 6. verſi.fallit etiam quando eſt iuratum, Abb.col.4. verſi.& quod tenet D. Anto.Imo. col.2. verſi.in ea.gloſ.ibi mulier poteſt, Fely.col.4. verſi.primũ corolarium, & col.5. verſi. ſecundum corolarium, de for. compe. Alcia. in cap. cùm contingat, poſt prin. verſi. & iſtam concluſionem, de iureiu. Caſtr. conſ.122. viſo puncto ſupraſcripto, col.3. verſi. nec obſtat etiam, lib.2. Barb.conſ.vlt. illud referam, col.pen. verſi.præterea aſſeritur, lib.3. Clau.Aquen.in l.ſciendum, num.19.D.de verbo.oblig. Bertran.conſ.169. viſis duobus, col.pen. verſi.fortè verò opponetur, lib.pri. vbi hanc communem eſſe opinionem aſſerit, & in practica obſeruari, ideoque ab ea recedendum non eſſe, conſ.51. col.pri. vol.3. Fely.in cap. ex reſcripto, col. pri.verſi.vltimò no.de iureiu. Corn. in rep. aut.ſacramenta puberum, col. 11. verſi.tertiò quæro, & ibi poſt longam diſputationem ſequitur Io.Igne. col.12. verſi. tertiò principaliter limita, cum dua.col.ſeq.C.ſi aduer.vendi. Iaſ.in l.fin. cir.med.C.de iur. & ſac.igno. Alua.in cap.pri.§.item ſacramenta, col.4. verſi.vtrum autem, qui etiam de communi ſententia fidem facit, & ibi Afflic. in 3.nota. col.3. verſi.ſed iuxta prædicta, de pac. iur.fir. Curt.

Iun.conſ.47. habita, col.fin. verſi.poſtremò non obſtat, qui etiam communem hanc dicit opinionem, Io.Lup. in rep. cap.per veſtras.§.34. incip,ampliabis tertiò & decimò, col.2. verſi. ex quo infert, de dona. inter vir. & vxo. Alber. Brun. in trac. de for. & ſolen. tit.de proba. & præſump. for. & ſolen. char.8. col.pri. verſi. iuxta prædictam materiam, char. omnium 85. vbi communem hanc dicit opinionem, Mant.conſ.132.col.pri.in fi.Bolo. in pri. interpre. d. cap. ex reſcripto, de iureiu.Soc.Iun. conſ.65. viſo puncto, poſt prin. ver.& addo, vol.2. Pant. Cremen. in rep.l.2. num.178. & ibi Cagno.col.39.ver.ſecunda concluſio.C.de reſcin.vendi.Stepha.Aufre. in apo.deciſio. Tholo.149. Guli.Benedic. in rep.cap. Raynutius.in ver.teſtamentum, num.260. de teſta. Iac.Philip.Porti.Imo. lib.commu. opini.4. conclu.34. vbi plures ex prædictis citat, hancque opinionem veriorem eſſe dicit, Matthæ.Gribal. qui de communi ſententia fidem facit, in ſuo trac. commu.opin.in ver.certioratio, & in ver.iuramentum, verſi.iuramentum habet.

24 ℭ Non deſunt tamen qui contrarium teneant, quos etiam cumulauit idem Tiraq. in d.præfa.l.ſi vnquam, num.151. incip.& ne quos, vbi dum allegat Io.And. in Specu.tit. de obliga. & ſoluti.§.pri.col.6. in addi. incip. quomodo huic dicto, veriùs hæc additio eſt in tit.de renun.& conclu. col. 7. quod & repetiit idem Io.And. in d.tit.de obliga. & ſoluti.§.pri. col.4. in addi. incip. Vber. de Bob. & eam etiam opinionem veriorem dicit Alex. in l.ſciendum, num.34.D.de verbo. obliga. licèt ſubdat in practica à contraria ſententia recedendum non eſſe: & quam etiam tenent Bal.conſ.380. caſus talis, domina Angela, per totum, lib.3. qui id intelligit habita iuriſiurandi relaxatione, Bertran. conſ.162. ex themate mihi exhibito, col.2. verſi.fortè verò opponetur, lib.pri. conſ.181. quilibet eſt moderator, col. 3. verſi.ſed non videtur, eod.lib.pri. conſ.46.pro breuiori, col.pri.verſi.& cùm tempore, vol.2. conſ.71. ponitur in facto, cir.fin.verſi.præterea dicet, eod.lib.2. conſ.142. conſultatio, col.2. verſi.iuri autem, vbi tamen ſubdubitat, eod.lib.2. Paris.conſ.96. in præſenti, col.8. verſi.& etiam quia ipſe, ſub num.73. libr. pri. Ludo. Bolo. conſ.45. idcirco, col.3. verſi. præterea etiam, & col.fin. verſi.quartò quia, Deciſi.Tholo.149. præalle. Guid.Pap. conſ.130.col.2. in ſecun.dub.Soc.Iun. ſubdubius tamen,conſ.3.viſa & bene, col.fin. verſi.& hinc eſt, lib.2.Io.Neuiza. conſ.22. quàm bonus, col.5. verſi.quartò facit.

25 ℭ Qua etiam in re quantùm ad minorem ſunt qui diſtingunt, quòd aut minor contrahit cum authoritate curatoris, & non requiritur alia certioratio iureiurando interueniẽte: aut ſolus contrahit, & tunc ſecus, ita enim voluit Bal.in d.l.2. in ix.quæſtio.C.de reſcin.vendi. & in cap pri.§.item ſacramenta, in vlti. quæſtio. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum vbi ſupra, de pac.iur. firman. & videtur ſequi Alex.conſ.222. viſa facti, col.pri. verſi. videamus, & col.ſeq. vol.2. quæ diſtinctio, ſi vera eſſet, plurimum ad noſtrum propoſitum conferret, vt ſcilicet iuſiurandum mulieri de huius ſtatuti beneficio non certioratæ non obeſſet, ſi ſine conſenſu hic requiſito contraheret, tanquam hic conſenſus tutoris vel curatoris authoritati ſimillimus ſit, vt ſæpè diximus.

26 ℭ Nos tamen primam ſequimur opinionem, quæ communior videtur, vt

colligitur ex allegatis per Tiraq. quo loco eum ſupra citauimus, iunctis ſupra per nos additis: pro qua facit quòd in dubijs opinionibus tenenda eſt ea quæ animæ fauet, cap. iuuenis, de ſponſa. quæ etiam ſententia in practica obſeruatur, vt aſſerit Bertran.in conſ.ſupra commemoratis,& Docto.in aut. ſacramenta puberum.C. ſi aduer. vendi. quanquam contrarium ſeruari affirmet Imo.in cap.pen.col.7. verſi.item etiam limitentur, de emp.& vendi. ſed nos Bertran. aſſertionem veram eſſe experti fuimus in caſu noſtri Comenſis ſtatuti 332. in ciuili.diſponentis eum qui habet gratiam tempore limitatam redimendæ rei venditæ, ea in perpetuum & quandocunque velit vti poſſe: cui ſtatuto fuerat per minorem cum curatoris authoritate iureiurando renuntiatum: quam nos renuntiationem ob certiorationem dicti ſtatuti minori non factam, nullam eſſe dubitanter tamen conſulueramus: ſed obtinere non potuimus coram integerrimo viro Mag. D. Franciſco Ruſcha collega noſtro cauſæ conſultore: de cuius conſilio contrarium fuit iudicatum, ad quam ſententiam, cùm cauſa fuiſſet in Senatum introducta, noluit Senatus manum apponere,quanuis antea ſoleret: quare antequam appellationis cauſam cliens noſter proſequeretur, expenſis noſtris conſuluimus doctiſsimum virum Magn. D. Io.Cephalum quid de ea re ſentiret, miſsis etiam ad eum noſtris allegationibus: cuius votum nunquam habere potuimus: vnde eidem clienti noſtro perſuaſimus vt alium ipſe in noſtra Comenſi ciuitate conſuleret, qui conſultor, qui fuit Mag. D.Aloyſius Turrianus,non mediocris vir eruditionis, in eandem iudicis ſententiam inclinauit: quapropter idem cliens,nobis ſic ſuadentibus, deſerta appellationis cauſa, permiſit dictam ſententiam in iudicatum tranſire: quanquam etiam caſus ille magis erat dubius, quia d. ſtatutum 332. ob publicam videtur vtilitatem introductum in odium fœneratorum tales contractus cum pacto de retrouendẽdo in fraudem vſurarum facientium, vt per Barb.conſ.51.ſcripſit,col.11. in prin.verſi.conſideraui enim,lib.pri. quo caſu conſtat non poſſe iureiurando renuntiari, cap.ſi diligenti, de for. compe. Docto. in cap. cùm contingat, de iureiu. in l. nemo poteſt.D. de lega. pri. in l. ius publicum.D. de pac. cum ſimili. item quia iuſiurandum non fuerat ſpecialiter ſuper renuntiatione ſtatuti, ſed in fine inſtrumenti ſimpliciter præſtitum, ſcilicet de non contraueniendo omnibus & ſingulis ſupradictis in forma: ſuper quo tamen vide quę dicemus infra quæſtio.vij. & quia denique in caſu noſtro non contraueniebat is qui iurauerat ſed hæres eius: de quo tamen videnda ſunt quæ differemus infra quæſtio.xxi.

27 ¶ Et hanc opinionem in muliere ſaltem procedere, ſenſit etiam Iaſ. in d.l. ſciendum,col.13. verſi.tu autem reſponde.D.de ver.obli. & Neuiza.d. conſ.22. quo loco eum ſupra citauimus: cuius tamen contrarium ſeruari inquit Imo. in d.l.ſciendum, col.3. verſi.item nota ex gloſ.videlicet ſolere in inſtrumento mentionem fieri mulierem potiùs quàm minorem de beneficio ſibi cõpetenti certioratam fuiſſe: quam praxim videtur velle Imo. ſeruandam eſſe per l.minime.D.de legi.quod & repetijt in d.cap. cùm contingat, char.18. col.3. verſi. eſt tamen verum, de iureiu. quam etiam opinionem procedere quando minor iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, ſecus inquiens ſi ſimpliciter iurauit, tenuit Soc.Iun.conſ.48. viſo puncto, col.8. verſi.& quanuis, lib.pri. ſed & noſtram ſententiam in ſimili ſtatuto videtur tenuiſſe Alex. conſ.27. viſo libello, per totum, lib.pri. dum loquens de ſtatuto prohibente minorem ſine præſentia Vicecomitis

contra-

contrahere, concludit contractum per eum omiſſa ſtatuti ſolennitate celebratum iureiurando interueniente non ſolùm *ipſo iure* valere, ſed nec poſſe minorem, quanuis non certioratum, in integrum reſtitutionem petere: videtur enim præſupponere Alex. nullam quoque ſtatuti certiorationem factam fuiſſe.

28 ℭ Quam opinionem indiſtinctè procedere arbitramur reiecta illa Bald. diſtinctione, quam de minore facit, an cum curatoris authoritate contrahat, an ſine: quam expreſsim diſtinctionem reprobarunt Saly. in d. aut. ſacramenta puberum, col. 5. in fin. verſi. quæro ab extra nunquid ad hoc, & Raph. Cuma. in d. l. ſciendum, col. 2. in fin. verſi. tamen Bal. Rom. col. 7. verſi. ſecunda fuit, iunctis ſequentibus, Alex. col. 9. verſi. ſed potes ad iſta, Aret. col. 6. verſi. reuocatur tamen hoc, & Iaſ. col. 14. verſi. quanuis Bal. D. de verb. obli. Imo. in d. cap. pen. col. 8. verſi. item aduerte quia Bal. de emp. & vendi. Cagno. in d. l. 2. col. 39. verſi. ſecunda concluſio, ſub num. 107. dum Bald. reprobat. C. de reſcin. vendi.

29 ℭ QVINTO quæro, ſi quis maluerit contrariam, quæ certiorationem requirit, opinionem ſequi, an ſufficiat mulierem fuiſſe antea in alio inſtrumento certioratam: & ſufficere voluit Bar. loquens de certioratione S. C. Velleiani, in l. fin. C. eod. tit. ad S. C. Velle. per rex. in l. item veniunt. §. à quo. D. de pecu. vti legitur in antiquioribus Bar. codicibus, ſed veriùs eſt in titu. de peti. hære. ſicuti legitur in recentioribus, qui. §. à quo, eſt verſiculus. §. petitam autem: allegat etiam Bar. tex. in l. ſi quis ſtipulatus, in fi. D. de vſur. & puto voluerit citare tex. in l. ſi ſtipulatus ſis, eod. tit. de vſur. qui tamen tex. ad propoſitum noſtrum facere non videtur: ſed hæc opinio ſatis confirmatur ex ea regula, eum qui certus eſt, non eſſe amplius certiorandum, quando certioratio non requiritur pro forma, ſed ad effectum habendæ tantùm notitiæ, vt in caſu iſto videtur, de qua latè habetur per Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. 36. in glo. 2. num. 24. & 28.

30 ℭ SEXTO quæro, an in dubio facta præſumatur certioratio: de quo quia quantùm ad caſum noſtrum non admodum præſtat id ſcire, cùm eam firmauerimus opinionem quæ certiorationem non deſiderat, videbis glo. in l. fin. §. fin. in ver. ſi mulier. D. ad S. C. Velle. Caſtr. in l. fin. cir. fin. C. eod. tit. Butri. Abb. Imo. & Fely. in d. cap. ſi diligenti, quibus locis eos citauimus ſupra, de for. compe. eundem Butri. in d. cap. pen. col. pen. verſi. ſed in dubio, & ibi Abb. col. fin. cir. med. & Imo. col. 6. verſi. facit etiam, de empt. & vendi. Docto. in d. l. ſciendum, de verb. obli. Bolo. d. conſ. 45. quo loco eum allegauimus ſupra num. 24.

31 ℭ SEPTIMO quæro, an ea opinio, quam ſupra in iiij. quæſtio. approbauimus, procedat non ſolùm ſi ſpecialiter ſit iuratum ſuper hoc ſtatuto, ſed etiam ſi generaliter in fine inſtrumenti, hoc ſcilicet modo, & iurauit prædicta omnia eſſe vera, & attendere & obſeruare &c. vt inoleuit communis notariorum ſtylus: & videtur non procedere vt in ſimili diſtinguit Fely. in rub. de præſcrip. col. 6. in 4. fallen. quem ſequitur Curt. Iun. in l. petens, num. 16. in fin. C. de pac. quam Fely. diſtinctionem communem aſſerere videtur Soc. Iun. in conſ. 145. viſo puncto, num. 62. lib. pri. & pro qua diſtinctione nos quoque facere addimus, quòd licèt generalis aliàs diſpo-

ſitio

ſitio actum non comprehendat iuratum, vt latè docuimus ſupra hac eadem gloſ. num. 10. incip. hanc autem ſententiam, fallit tamen vbi non ſpecialiter, ſed generaliter præſtitum fuit iusiurandum; ſecundùm Gemi. conſ. 83. opponitur, in fin. quem refert & ſequitur apo. Rom. in ſingu. 7. incip. quòd diſpoſitio.

32 ℭ Verùm cùm hanc ex facto quæſtionem coram dicto Mag. D. Franciſco Ruſcha habuiſſemus, vt ſupra in iiij. quæſtio. retulimus, ſecundùm hãc opinionem obtinere non potuimus: qui D. Ruſcha reſpondebat Soc. Iun. vbi ſupra aſſertiuè non affirmare hanc communem eſſe opinionem, quoniam verbo videtur, vtitur, quam tamen nos reſponſionem paruipenderemus, quia etiam ſententia per verbum videtur, lata, valida eſt. l. diui fratres. §. rectè. D. de lib. cau. l. quid tamen. §. ſi arbiter, & ibi Bar. in ſecun. nota. D. de arbi. l. pri. in prin. & ibi etiam Bart. poſt prin. ver. quæro teſtis examinatus. D. de ven. inſpi. Iaſ. in l. apud Iulianum. §. ſi Titius, col. 3. verſi. ſextò pondera, de leg. pri. vbi in fortioribus etiam terminis loquitur, additis etiam his verbis, prima facie, vel prima fronte, niſi contrarium poſtea ſubdatur.

33 ℭ Magis tamen obſtare arbitramur quòd diſtinctio iſta videtur contra mentem aliorum Doctorum ſupra in iiij. quæſtio. allegatorum, qui ſimpliciter loquuntur quando mulier aut minor iurat ſe contractui non contrauenturum: & ad hoc faciunt optimè quæ diximus ſupra in gloſ. 8. in verb. mariti, quæſtio. xxiij. & in gloſ. 15. in verb. iurante marito vel agnato, quæſtio. ij.

34 ℭ OCTAVO quæro, quid ſi duplex concurrat prohibitio & impedimentum, puta quia mulier ipſa ſit etiam minor xxv. annis: quo caſu tenetur iuris quoque communis ſolennitatem obſeruare, vt diximus ſupra in gloſ. 2. in ver. mulierum, quæſtio. vlti. quæro inquam ſi huiuſmodi mulier contraxerit non ſolùm ſine viri aut agnati conſenſu, ſed etiam ſine tutoris aut curatoris authoritate, et etiam ſine iudicis decreto, ſi fortè immobilia alienet, addito de non contraueniendo iureiurando, an iusiurandum hoc vtrunque & ſexus & ætatis defectum ſuppleat: quod non videtur, quia duo vincula magis ligant quàm vnum, aut. defuncto. C. ad S. C. Tertyl. cum ſimili. & ita hac in ſententia fuit Curt. Iun. in aut. ſacramenta, col. 10. verſi. ſequendo modò. C. ſi aduer. vendi. quod & priùs ſenſit Bald. in tit. de pac. iur. firman. cap. pri. §. item ſacramenta, col. 3. verſi. item ſextò, dum iurisiurandum, inquit, ætatis defectum ſupplere, non alios etiam defectus.

35 ℭ Verùm Ang. in d. aut. ſacramenta, col. 2. verſi. aduerte etiam, alterius fuit opinionis, iusiurandum ſcilicet ſimpliciter præſtitum, in dubio ad omnem cauſam tanquam generaliter præſtitum videatur, referendum, ita etiam inquiens velle gloſ. & Docto. ibi, vbi idem etiam voluit Caſtr. in rep. col. 2. verſi. ſecundò limitatur, & col. ſeq. qui id verum intelligit de iure canonico, ſed de iure ciuili dicit iusiurandum minoris plures non ſupplere defectus, & ibi ſequi videtur ſubdubius tamen Corn. in rep. col. 10. verſi. 26. quæro, num. 33. & ſenſit idem etiam Caſt. in conſ. 8. in cauſa quæ vertitur coram Domino Vicario, per totum, lib. 2. & voluerunt etiam Butr. in

cap.

cap.pen. col.pen. verſi. quæro cum ea. gloſ. vſque in fin. de emp.& vendi. Abb. conſ.8. tria ad deciſionem, in ſecun. dub. iuncto pri. lib.2. & Deci. conſ.414. viſo eleganti, in fin. & Soc.Iun. conſ.3. conſideratis his, col.2. verſi. & dicitur per iuramentum, lib.3.

36 ¶ Nobis tamen ea placet opinio, vt diſtinguamus hoc modo, videlicet iusiurandum per minorem præſtitum, in dubio ratione minoris ætatis intelligendum, ſecus ſi generaliter præſtitum ſit, quia minor iurauerit ſe ex aliqua cauſa non contrauenturum, aut ſimilibus verbis vſus ſit, vti hodie ſolent notarij huiuſmodi minorum renuntiationes concipere: quæ quidem diſtinctio fuit Bart.in d.aut.ſacramenta, col.2. verſi.ad vnum tamen, vbi ſequuntur Albe.col.5. verſi.& primò illa, Saly. col.antep. verſi. quæro cum glo.quid ſi iſte, Fulg.col.3. verſi.in ea.glo.ibi de theſaur. Caſtr.col.3. verſi.tertiò principaliter, Aret.cir.fin.verſi.item quid ſi reſultet, Iaſ.col.11. verſi.primò limitat Bart. & iterum col.22. verſi.in tertia quærit gloſ. & Io. Igne.in rep.col.antep. verſi.ſimiliter incip.in tertia quærit glo. quam etiam diſtinctionem repetijt idem Bart. in l.2. col.3. verſi. quæro quid ſi minor, poſt gloſ. ibi pri.ante med. hoc idem ſentientem, & ibi etiam Albe.col.3. verſi.item quærit gloſ.ſi iuratum eſt, Bal.col.6. in ix.quæſtio. Ang. ſibiipſi contrarius, col.pen. verſi.in ea.glo. ibi operetur, Saly.col.4. in xi.quæſtio. Caſtr. col.pen. verſi. & hoc ſi venditor, Panta.Crem. num.176. cum ſex ſeq. & Hiero. Cagno. in ix. quæſtio. ſub num.103. & ſeq. qui alios citat concor.C.de reſcin.vendi. iterum Albe.in l.ſi quis maior, col.pri.verſi.ſed quid ſi minor.C.de tranſac. Alua.in cap.pri.§.item ſacramenta, col.6.verſi. quæro cum dicta gloſ. & ibi Præpo. Medio. col.4. verſi. eiuſdem initij, & Afflic. col.pri. verſi.ſed Bart.addit, de pac.iura. firman. iterum Fulg. conſ. 237. Finus Guidonius, col.pri. poſt prin. & iterum col.fin. per totam: & videntur tenere etiam Abb.in cap.cùm cauſa, col.3. verſi.in ea.gloſ.ibi ſed quid dices,& ibi Imo.col.5. verſi.in ead.gloſ.fin. de emp. & vendi. clariùs idem Abb.conſ.31. circa primum, col.pri. in fin.verſi.ſtatutum autem, lib. 2. iterum etiam Imo.conſ. pri. in caſu præmiſſo, col.9. verſi. ſed contra hanc reſponſionem, Alex.conſ.27. viſo libello, col.pri. verſi.tertiò quia, iunctis ſequen. ſi ſolerter expendatur, lib.pri. conſ.89. viſo puncto, col.4. verſi.nec huic reſponſioni, vbi communem hanc dicit opinionem, lib.2. conſ.127. viſo proceſſu, col.2. verſi.tamen quando minor, eod.lib.2. iterum Iaſ.conſ.118. contra donationem, col.2. verſi. & ſi contra prædicta, lib.4. Anto.Rub.Alexandri. conſ.12.viſis & diligenter, col.4. verſi.eſt igitur conſiderandum, Deci. conſ.239. primò non videtur, col.2. verſi. nec dicatur quòd iuramentum, Crot.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, col. 11.verſi.quintò fallit, num.50.& 51.D.de verb.obli. Bertran.conſ.71. ponitur in facto, cir.fin. verſi.inſuper, lib.2. conſ.181. quilibet eſt moderator, col.pen. verſi.& ſuppoſito, eod.lib.2. Crauet. conſ.7. Eynimundus, col.2. verſi.ampliùs voluit, lib.pri. conſ.188. Magnificus Senatus, num.3. eod.lib. vbi etiam declarat quid ſi enormiſſima læſio interceſſerit, Hippo. Rimi. inſti. qui.alie.lic. vel non, in prin. num.240. vſque ad num.260. vbi etiam num.258. ita intelligendum inquit Deci.in d.conſ.214. quando ſcilicet generaliter præſtitum fuit iusiurandum: & hanc eandem Bart. & ſequacium diſtinctionem ante hos omnes ab his tamen non commemoratus poſuit Hoſti. in cap.cùm contingat.§.fin.col.etiam fin. verſi.quid ſi deceptus eſt, de iureiu.

37 ℭ Illud autem apud omnes in rem tranſit iudicatam, iuſiurandum ſi fuerit limitatum, puta ratione minoris ætatis, ad alium defectum non trahi, ſecundùm Angel. in d. aut. ſacramenta, quo loco eum ſupra citauimus, Fulgo. d.conſ.237. col.pri. verſi.ſuper eo quod quæritur, Crau.d. conſ.7. num.5. libr.pri. & Rimi. vbi ſupra, num.253. quod ſatis probatur ex illa vulgata regula, limitatam cauſam limitatum producere effectum, l.in agris. D.de acqui. rer. dom. l. age cum Geminiano, vbi Docto.C. de tranſac. & ex alia quoque regula, vbi plura competunt remedia, vno ſublato aliud illæſum manere.l.ſi domus, vbi Docto.D.de ſerui. vrba.prædio.

38 ℭ NONO quæro, quid ſi mulier pubertati tantùm proxima ſit, an eo quoque caſu iureiurando obligetur: & non obligari voluiſſe videtur glo. in d. aut. ſacramenta, in gloſ.pri. & ibi clariùs Oldra. Petr. de Bellaperti. Cyn. Odofre. Guid. de Suza. & poſt eos Albe. col.3. verſi. quid de impubere, & iterum col.fi. in fin. vbi id verum intelligit in caſu illius aut. ſecus in caſu l.pri.C.eod.tit. Bal.col.2. verſi.modò venio ad verbum puberum, Ang. col.pri. verſi.in tex. puberum, & Fulgo.poſt prin. verſi.tria notabis; dum requirit xij. annos in fœmina, & xiiij. in maſculo, ad hoc vt obligentur iureiurando.C. ſi aduer.vendi. & iterum glo.fin. in l.fin. in ver. in eum potuerit.D. de lib.cau. & in cap.pri.§. item ſacramenta, in gloſ. etiam pri. ante med. verſi.quid ſi impubes iurauerit, & ibi Bald. col.2. verſi.ſecundò quæritur, dum expreſſim tenet iuſiurandum impuberis non conualidare contractum, licèt nutet in eo an periurium incurratur, & ibi Alua. col.2. verſi.quæro cum gloſ. an iſte tex. & Præpo. Mediol. col.etiam 2. verſi.eodem modo incipi.quæro cum gloſ.2. de pac. iur.firman. idem Bal. in l.pactum dotali, col.pri. verſi.item caue, qui id intelligit quo ad forum fori, non etiam poli.C.de collatio. iterum etiam Ang. in l.ſi quis pro eo, cir.finem prin. verſi.ſi tamen pupillus.D.de fideiuſ.Fulgo.conſ.237. Finus Guidonius, col.pri.verſi.pro quo facit, vbi hanc communem dicit opinionem contra Bart. Guli.Cun. in l.qui iuraſſe, in prin. & ibi Ang.& Caſtr.col.pri. verſi.item eſt verum, vbi etiam ſequi videtur Iaſ. col.pri. verſi.ſecundò limita.D.de iureiu. idem Caſtr. conſ.105.ſi non intereſſet iuramentum, in pri.dub. lib.2. vbi id intelligit ſaltem procedere quando impubes alienat immobilia ſine decreto legitimè interpoſito, Paris. in cap. in præſentia, num.30.de proba.

39 ℭ Contrariam autem ſententiam viſi ſunt tenuiſſe gloſ. in cap. pri. in verſi.peccata, quam ibi ſequitur Abb.& alij, de delic. pue. dum allegat d. l.qui iuraſſe, necnon & Iaco.Belui. & Andr.de Iſer.in d.§. item ſacramenta, & ibi clariùs Afflic. col.2. verſi.ſed quid ſi minor, Bart. in d.aut. ſacramenta, col.2. verſi.ſequitur in tex. puberum, qui ita communiter Doctores tenere affirmat,& ibi Saly.ſi ſolerter inſpiciatur, col.2.verſi.quæro iuxta ſecundum verbum, & Caſtr.in lectu.col.2. verſi.in gloſ.pri. ibi impuberis, qui hoc inquit procedere ſaltem de iure canonico, licèt ſecus dicat de iure ciuili, per illam aut. & ibi etiam Humber.de Bouen.in rep.col.2.verſi. ſecunda quæſtio, Franc.Aret. cir.prin. verſi.ſecundò no. & iterum col.pri. poſt med. verſi.ſecundò dixi, Corn.col.3.verſi.in tex.ibi puberum, & col. ſeq. Iaſ. col.5. verſi.quid de impubere, cum duo.ſeq. Io. Igne. ſubdubius tamen, & ſuper hoc cogitandum relinquens, ſed ita vt in hanc partē inclinare videatur in repet. col.4. verſi.ſequitur in tex. puberum, & Curt.Iun.

col.5.

col.5. verſi.glo.pri. in fin.cum dua.ſeq. qui communem hanc dicit opinionem, idem Bart. in d.l.qui iuraſſe, poſt medium prin. verſi. Canoniſtæ tamen, vbi etiam ſequi videtur Roma. poſt prin. iure ſaltem canonico inſpecto, cui ſtandum inquit; & Fulg. cir.medium prin. verſi.ad fin.gloſ. qui ita ſeruari dicit in foro quoque ciuili, Alex.poſt prin. verſi.item ſecus in iuramento.D.de iureiu. Hoſti. in cap. cùm contingat, ſub.§.fin. col.pri. in fin. verſi.& conſidera quòd dicit aut.puberum; & ibi Io.And. poſt prin.in ver. ſanctiones, Butri.col.5. verſi.per quæ puto, Imo.col.65. verſi.iuxta prædicta, & col.84. verſi.item poteſt dubitari, & col.98. verſi. D.Anto. hic, & col.99. verſi.ex prædictis, & verſi.item non obſtat quòd æquiparetur, de iureiu. Archi.in cap.quanuis, & ibi Pau. de Leaza. & poſt eos Gemi.col.3. verſi. in ead.gloſ. ibi puberis, vbi etiam ſequi videtur Philip.Franc. col.6. verſi.in gloſ. in ver.ſeruari, de pac. in 6. Calda. conſ.8. quæ puellæ, tit. de iureiu. Abb.conſ.39. duo ſunt, col.fi.verſi.ſecundò principaliter, vbi hanc communem dicit & Legiſtarum & Canoniſtarum opinionem, lib.pri.conſ. 108. illud in effectu, ante fin. verſi. & hac conſideratione, lib.2.in cap. ex literis, col.2. verſi.in gloſ.in ver.quam filijs, de ſponſa.Rom.in l. is cui bonis, col.7. verſi.ſed reſponde, & col.antep. verſi.ſed pupillus doli capax, & ibi Iaſ. col.pen. verſi.& licèt iſta, de verb.obliga. Corn.conſ.240. quanquam videatur, per totum, libr.pri. conſ.36. in hac conſultatione, col.2. verſi.& quòd dicta, lib.2. conſ.187. videtur in hac, col.pen. verſi.nec obſtat quòd bona, lib.3. quibus in locis communem hanc eſſe Canoniſtarum opinionem aſſerit, ideoque ſequendam in praxi, Dec.in l.pupillum, col.2. verſi. & per iſtum tex. & ibi Cagno. col. fin. verſi.ex prædictis infertur.D. de reg.iur. idem Dec.conſ.682, in cauſa Dominæ Lucretiæ, cir.fin. verſi.& quod dictum eſt, Afflic.deciſi.322. Dñs Ciccus, col.pri. cum dua.aut tri. ſequen. & deciſio.393. Hieronymus Ferraiolus, col.4. verſi.tertia concluſio, Cagno.in rep.l.3. num.101.C.de reſcin.vendi.quam etiam ſententiam ſaltem procedere quando impubes volens iurat, tenuiſſe videtur glo.xxij. quæſtio.iiij. cap.paruuli, in gloſ.pri.

40 ℭ Alij autem in hac fuerunt ſententia vt diſtinguatur, an debita ſolennitas, puta tutoris authoritas interceſſerit, necne, vt priore ſcilicet caſu pupillus doli capax iureiurando obligetur, poſteriore non vtique: inter quos Iac. Butri. in d.aut. ſacramenta.

41 ℭ Quartam etiam & vltimam opinionem ſcriptam reliquit Andr.Alcia. in d.cap.cùm contingat, nu. 91. de iureiu. volens petita iuriſiurandi abſolutione poſſe pupillum doli capacem contrauenire, ſecus ea non petita, & ſic ſentiens iuſiurandum tantùm eſſe obſeruandum, non etiam contractum conualidare, hæc enim inter ſe multùm differunt, vt videre licet in locis ſupra in iij. quæſtio. huius glo.per nos commemoratis: pro qua quidem ſententia Alcia. ponderat Hoſti. Io.And. Archi. Bart. & alios antiquiores in locis præallegatis ita loqui, huiuſmodi ſcilicet iuſiurandum ſeruandum eſſe; quod etiam addo fuiſſe de mente Imo.ibi in d. cap.cùm contingat, col.100. verſi.aduerte tamen, dum poſteaquàm tenuit opinionem, quam ſupra retulimus, pupillum doli capacem iureiurando obligari, æquum tamen inquit videri ſi appareat eum læſum ſaltem enormiter, debere abſolutionẽ concedi, impoſita congruenti pœnitentia, vt poſtea venire poſſit cõtra contractum ſaltem per in integrũ reſtitutionem: quod tamen

men

men dicit ſe non firmare, quia à nemine id tactum reperit, ſed ſatis æquum ſuo eſſe iudicio: in qua etiam ſententia clariùs fuit Franc. Arct. in d. l. qui iuraſſe, in fine prin. dum inquit, tunc demum ſe Bart. opinionem ſequi, quando vltra quòd quis eſt proximus pubertati, probatur etiam eum eſſe doli capacem: ſed ſi id non probatur, ipſum quidem minorem pubertati proximum periurio ligari, ſed tamen ſi enormiter lædatur, abſolutionem à iureiurando tanquam indiſcreto & temerario petere poſſe.

42 ℭ Nos tamen Bart. opinionem veriorem arbitramur, quam etiam communiorem eſſe ex prædictis colligitur, vt iuſiurandum ſcilicet contractum pupilli doli capacis confirmet, non autem obſeruandum duntaxat ſit iuſiurandum, & hanc arbitramur fuiſſe mentem Bart. & aliorum eius ſequacium, vel etiam probant iura per eos allegata, ideoque & Alcia. eam opinionem, quam ſupra ex eo retulimus, ſimpliciter non affirmauit, ſed ſtatim ſubiunxit hoc ſaltem procedere data enormi læſione, quia tunc concedenda erit abſolutio: quod & nos vltimum recipimus per nota. per Bar. Abb. & Imo. ibi in d. cap. cum contingat.

43 ℭ Illud autem dubitationem non habet, ſi ipſe impubes pubertati proximus aduerſario, cum quo contrahit, ſe adultum aſſerat, & ſe non contrauenturum iuret, iuſiurandum tunc contractum conualidare, ſecundum Gulie. de Cun. in d. l. qui iuraſſe, in prin. & ibi Caſtr. cir. med. verſi. dicit tamen Gul. Alex. col. pri. verſi. tamen Guli. de Cun. D. de iureiu. Guid. de Suza. in d. aut. ſacramenta, & ibi Albe. col. 3. verſi. quid ſi impubes pubertati proximus, qui id verum intelligit niſi ex aſpectu impubes communiter videatur, Iaſ. col. 4. verſi. limita ſingulariter, & Curt. Iun. col. 6. verſi. quartò pro iſta parte, Caſtr. in l. pri. col. 6. verſi. quid autem ſi pupillus. C. ſi mino. ſe maio. dixe. quam & opinionem vti communiorem ſequimur: quanquam Bal. in rep. l. 2. col. 43. verſi. quid ſi pupillus iurauit. D. de iureiu. dicat hoc quoque caſu iuſiurandum non confirmare contractum, ſed pupillum ipſum de dolo teneri.

44 ℭ Hanc autem concluſionem limitant Docto. in locis ſupra proximè allegatis non procedere quando impubes contraheret cum coniuncto, vt hoc ſcilicet caſu ipſi impuberi huiuſmodi aſſertio non noceat, quia non eſt veriſimile ipſum coniunctum illius ætatem ignorare, per l. octaui. D. vn. cogna. quibus & tu addere poteris hoc idem, coniunctum ſcilicet præſumi ſcire ætatem coniuncti, voluiſſe etiam Bart. in l. minor xxv. annis adito Præſide, in fin. ver. D. de mino. & in l. de ætate, col. 3. verſi. & circa primum D. eod. tit. Bal. in l. conuenticulam, col. pen. verſi. ſed quòd iſtud. C. de epi. & cleri. in l. teſtium, cir. fin. verſi. quæro ſi ſuper probanda. C. de teſti. Saly. in l. ſi minorem, col. 3. verſi. quid ſi obſtetrices. C. de in inte. reſti. mino. Alex. in l. Titius. §. Lucius, col. 2. verſi. limitatur etiam, de lib. & poſt. Soc. conſ. 153. quod eſt primum in ſecun. vol. incip. pulchra & ſubtilis, col. pen. verſi. amplius dico, Iaſ. in l. pri. col. 5. verſi. ſecundò adde. D. ſi cert. peta. Neui. libr. ſyl. nuptia. 2. num. 113. Andr. Tiraq. de retrac. tit. pri. in fine, num. 45. incip. & ſi qua.

45 ℭ Quod tamen ita accipiendum eſt, modò is coniunctus, qui alterius ætatem ſcire præſumitur, non ſit minoris aut paris ætatis, ſed longè maioris,

ita

ita quòd veriſimiliter id ſcire poſsit, vt declarat Bal.in l.de tutela, col.pri. verſi.ſecundò nota, & ibi Saly. cir.fin. Caſtr.in fin.verb.& Alex.poſt prin. C.de in inte. reſti. mino. idem Caſtr. in l.pri. in fin. etiam verb. & ibi ipſe quoque Alex. col.5. verſi.quid enim, Aret. col.3. verſi.& idem dicendum eſt, Soc.col.3. in fin.verſi.intelligas tamen, Io.Mar.Rimi.col.11.verſi. item limita, Franc.Nig. num.39. Curt. Iun. col.10. verſi. tertia ſit concluſio, & Purpu.num.100.D.ſi cer.peta. ex quibus intelliges hæc eadem & in vicino procedere: & vide etiam omnino ad prædicta quæ diximus ſupra in gloſ. 2. in verb. mulierum, quæſtio.vj. in fin. & in gloſ.8. in verb. mariti, quæſtio.xxiij.

46 ℂ DECIMO quæro, quid ſi priùs iurauerit mulier ſe ſine huius ſtatuti ſolennitate non obligaturam, & tamen poſtea ſe obliget interpoſito de non contraueniendo iureiurando, an valeat obligatio poſteriore iureiurando inſpecto, an verò non valeat priore attento: quod poſtremum videtur per cap. ſicut, pri.& cap. intellecto, de iureiu. & ita in muliere dotalem fundum cum iuramento alienante alio præcedente iureiurando de eo non alienando, nullam ſcilicet eſſe alienationem voluit gloſ. in cap. licèt mulieres, quod eſt 2. de iureiu. in 6. cuius infin. concor. citat Hippo. Rimi. inſti.qui.alie.lic. in prin.num.228.quam etiam opinionem, vltra per eum allegata, ſecuti ſunt Bart.in l.ſi prædium.C.de iu.dot.in l.is cui bonis, cir.fin. dum illam glo.allegat.D. de verb.obli. Hoſti. in cap. cùm cõtingat. §.fin. col.etiam fin. verſi.quid ſi minor vel mulier, & ibi Abb. col.4. verſi. circa primum, de iureiu. Anch.in d.cap.2. cir.fin. & ibi Gemi. in fin. verb. eod.tit. in 6. Afflic.cap.pri.§.item ſacramenta, col.pen. verſi.facit ad hoc, de pac. iura. fir. Corn. conſ.36. videtur prima facie, col. pri. verſi. quod idem, Aret.conſ.113.in præſenti, col.pen.verſi.illud autẽ, Marſi.in rub.D. de fideiuſ.in xxviij.quęſt. ſub nu.236.& 237. vbi ex hoc generaliter tradit, qui iurauit non alienare vel non fideiubere, ſi poſtea alienet vel fideiubeat cum iuramento, nullam tamen eſſe alienationem vel fideiuſsionem, Ambro.Opizo. in rep.l.filiusfamilias.§.diui, col.71. ver.limita etiam 14.D. de leg.pri. Neui.lib. ſyl.nupti.2. num.81.

47 ℂ Ex quo etiam fonte prodijt, quanuis rei immobilis alienatio per minorem ſine decreto iureiurando celebrata valeat, aut. ſacramenta.C. ſi aduer. vendi. non valet tamen ſi aliud præceſsit iuſiurandum de ea non alienanda, ſecundùm Io.Camp. in trac. dot. in quarta parte, quæſtio.xiiij. Iaſ.in l.duobus.§.fin. col.2.verſi.iuxta iſtum tex.D.de iureiu. & in d.aut.ſacramenta, col.17. verſi.quintò ſingulariter limita, & ibi Curt.Iun. col.etiã 17. verſ.quartò limitatur, & Afflic.in d.§.item ſacramenta, num.44.

48 ℂ Quam & nos opinionẽ noſtro in caſu ſequimur, eò quia mulier prohibetur alienare vel obligare res ſuas ſine ſolennitate hic expreſſa: ſcias enim Lector quòd quanuis illa gloſ. à multis citetur ſimpliciter voluiſſe, alienationem, licèt iureiurando interueniente factam, nullam tamen eſſe alio contrario iureiurando de non alienando præcedente, tamen verè ea loquitur in alienatione fundi dotalis, vt ſupra retulimus, & ſic rei prohibitæ alienari, & ita eam intelligunt & declarant Abb.in cap.intellecto, col.3. verſ.aduerte, & ibi Imo.in fin.verb. (dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in cap.cùm contingat, eod.tit.) de iureiu. idem Imo. in cap.dilecto, col.8.

verſ. ſed contra iſtud, & verſi. nam etiam de iure communi, de præben. in d. cap. cùm contingat, col. 82. verſ. item pro hoc videtur, & col. ſeq. in princ. iuncta etiam col. 84. verſ. ſi verò iuramentum fuit negatiuè, & ibi Alcia. in 6. nota. num. 14. de iureiu. idem Imo. in l. cùm vir, col. 8. verſi. item iuxta prædicta. D. de vſuca. Alex. ſuboſcurè in l. duobus. §. fin. poſt prin. & ibi Aret. col. fin. verſ. tertiò quærit hîc Bald. vſque in finem, & Iaſ. col. 2. verſ. tenendo tamen. D. de iureiu. idem Alex. conſ. 16. ponderatis narratis, col. 3. verſ. & non ob. id quod no. lib. 3. Philip. Perus. in d. cap. 2. col. 2. verſ. in ea. gloſ. ibi primum, de iureiu. in 6. Fely. ſuboſcurè in cap. ex parte Decani, col. 4. in 7. limita. de reſcri. & clariùs in cap. cùm M. Ferra. col. pen. in fin. & ibi Deci. col. 8. verſ. ſecundò Abb. & Rip. num. 83. cir. fin. de conſtitu. idem Fely. in cap. ſi diligenti, col. pen. verſi. interas, iunctis præceden. de for. compet. iterum Iaſ. in. §. item ſi quis poſtulante, col. 2. verſ. ſextò iuramentum, dum ſe remittit ad Imo. vbi ſupra, inſti. de actio. iterum etiam Deci. in l. pacta nouiſſima, col. 2. verſ. primò quia. C. de pac. Rui. conſ. 118. ſatis dubitabilis, col. pri. verſ. ſi ergo, & col. 2. verſ. ſed & ſi, lib. 2. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui, col. 23. verſ. tenendo tamen, iuncto verſ. non obſtat glo. & ibi Ferdi. Loaz. num. 162. & 163. D. de leg. pri. Io. de Sylua in trac. benefi. parte. 3. quæſtio. xxvij. gloſ. pragma. char. 156. col. pri. Geor. Natta in rep. cap. quanuis, col. 6. de pac. in 6. Chaſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 16. in gloſ. in ver. ne peult mettre, col. pri. & 2. in prin. & iterum conſ. 55. ſtante conſuetudine, col. 8. verſ. & omnes reſpondent, ſub num. 25. Porti. Imo. lib. commu. opinio. 4. conclu. 17. col. 2. verſ. iſtud intellige, qui illam latiſsimè gloſ. declarat: apud quos etiam videbis differentiæ rationem, quoniam ſcilicet quando concurrit iuris prohibitio, tunc ſublato vno iureiurando per aliud, in diſpoſitione iuris communis remanemus, quod ius irritam facit alienationem, ſed quando rei alienatio non eſt interdicta, licèt unum iuſiurandum aliud elidat, reuertimur tamen ad iuris diſpoſitionem, qua validus manet contractus, licèt is, qui iurauit, periurus ſit, ſecundùm Docto. in locis præalle. præſertim Alcia. Ex quibus verum videtur Campe. Iaſo. & Curt. Iun. dictum, de minore iurante ſe immobilia ſine debita iuris ſolennitate non alienaturum, & poſtea cum iuramento alienante, quia cùm & hîc concurrat iuris prohibito, prius iuſiurandum inſpiciendum eſt, & ita hac ratione voluerunt Abb. & Philip. Peruſ. in locis ſupra proximè allegatis: ſed falſum econtra videtur quod voluit Marſ. in d. rub. D. de fideiuſ. ſi generaliter, vt loquitur, intelligatur.

49 ¶ VNDECIMO pro præcedentis quæſtionis declaratione quæro, quid ſi prioris emptor iuriſiurandi notitiã non habuerit, an eo quoque caſu illud idem obſeruandum erit: quod negat Bal. conſ. 133. quædam puella, in pri. dub. lib. pri. in cap. cùm contingat, col. 5. verſ. modò venio, ſub num. 14. de iureiu. & Io. Fab. inſti. qui. alie. lic. in prin. col. pri. verſi. in glo. quid ſi fiat, vbi id intelligit maximè procedere, ſi idem emptor ignoret rem venditam eſſe dotalem, & ſic alienari prohitam, vt ſcilicet mulier ad intereſſe ſaltem teneatur, Imo. in l. cùm vir, col. 8. verſ. credo tamen in quæſtio. D. de vſuca. Alex. in apo. Bart. in l. ſi quis pro eo, col. 2. verſ. ſecunda alienatio. D. de fideiuſ. in d. conſ. 16. col. 3. verſi. poteſt etiam aliter, lib. 3. apo. Gemi. in d. cap. 2. in fi. de pac. in 6. Curt. Sen. in apo. Alex. in d. l. duobus. §. fin. in ver. non diſcutio, & ibi Iaſ. col. 2. verſ. ſecundò not. limita. D. de iureiuran. Curt. Iun. conſ. 168. habita diligenti, col. 8. verſi. præterea

d. gloſ.

d. gloſ. & in d. aut. ſacramenta, col. 18. verſi. iſtam tamen quartam limita. Deci. in d. l. pacta nouiſſima, col. 2. verſ. tertiò illa glo. C. de pac. & in d. cap. cùm M. Ferra. col. 9. verſ. ſecundò Abb. de conſti. (dum allegat Alex. in d. conſ. 16.) in l. pactum dotali, col. 4. verſ. ſeptimò limitatur. C. de collati. dum idem facit, Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 14. verſ. iſta limitatio. D. de ver. obli. Geor. Nat. in rep. d. cap. quanuis, col. 6. de pac. in 6. Io. Camp. in trac. dot. parte 4. quæſtio. xiiij. Rui. conſ. 118. ſatis dubitabilis, col. 2. verſi. ſed & ſi magna, eod. vol. 2. Neui. lib. ſyl. nup. 2. num. 81. Chaſſa. in d. conſue. Burgun. rub. 4. §. 16. in d. gloſ. in ver. ne peult mettre, col. 2. verſ. ſecundò limitat, & in d. conſ. 55. col. 8. verſi. & omnes reſpondent (dum citat Iaſ. in d. l. duobus. §. fin.) Porti. Imo. lib. commu. opini. 4. reg. 17. col. 3. verſ. item ſublimita: apud quos etiam comperies in dubio Ignorantiam præſumi, per l. veriùs. D. de proba.

50 ¶ Verùm contraria in ſententia fuit Imo. in d. cap. cùm contingat, col. 117. verſ. item adde tenendo, & ibi Alcia. nu. 14. & 15. de iureiu. & Hippo. Rimi. inſti. qui. alie. lic. in prin. num. 231. cum quat. ſeq. eo innixi argumento, quòd canones velint alienationem iureiurando factam valere non fauore emptoris, ſed quia iuſiurandum ſine peccato ſeruari poteſt, vnde ſecus eſſet ſi non poſſet, nec ignorantia emptoris ſibi prodeſſe debet, cùm lex reſiſtat, immò ſibi debet imputare emptor ſi diligenter non inueſtigauit an ſecundum iuſiurandum tale eſſet, quod ſine peccato ſeruari poſſet, an verò aliud contrarium præceſſiſſet, ſaluantes tamen Bal. opinionem, quãdo prius iuſiurandum mulier præſtitiſſet data ad hoc opera vt emptorem circunueniret, vel quando doloſè de eo in contractu nullam feciſſet mentionem: ſecus ſi ſimplicitate, vel quia de eo memor non fuerit: ſuper quo videbis ſi faciunt quæ diximus ſupra in gloſ. 2. in verb. mulierum, quæſtio. vj. & in gloſ. 8. in ver. mariti, quæſtio. xxiij. & ſubdunt Imo. & Alcia. vbi ſupra, in dubio dolum non præſumi, ſed ex coniecturis prudentem debere iudicem eum deprehendere, l. dolum. C. de dol. tu verò vide quæ in ſeq. quæſtio. dicemus, quæ cum hac ſimilitudinis plurimum habere videtur.

51 ¶ DVODECIMO quæro, an eadem gloſ. opinio in d. cap. 2. de pac. in 6. procedat ſiue prius iuſiurandum præſenti alicui cuius interſit, præſtitum ſit, ſiue ipſi ſoli mulieri: & Bal. in d. l. duobus. §. fin. in fin. D. de iureiu. inquit non procedere niſi præſtitum ſit alicui cuius interſit, puta ſi cui dixerit mulier, cedo tibi omnia iura quæ ſuper tali fundo habeo, & iuro me illum non alienaturam, & ibi ſequitur Iaſ. col. 2. verſi. limita tertiò, iterum Bal. in cap. veniens, cir. fin. verſi. ſecunda quæſtio eſt, eod. tit. de iureiu. & ſentit etiam Imo. in l. ſi æſtimatis, in fi. D. ſolu. matri. in l. cùm vir, col. 8. verſ. item iuxta prædicta. D. de vſuca. dum loquitur quando ad inſtantiam patris aut alterius mulier iurat ſe dotalem fundum non alienaturam, Alex. in d. conſ. 16. col. 3. verſ. poſſet etiam aliter, lib. 3. iterum Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte, col. 7. verſ. alia & melior. D. de no. oper. nun. Io. Camp. in trac. dot. parte. 4. quæſtio. xiiij. Dec. conſ. 536. in cauſa quæ agitur, col. pen. verſ. octauò obijcitur, & in l. pacta nouiſſima, col. 2. verſ. ſecundò illa gloſ. habet locum. C. de pac. in l. pactum dotali, col. 4. verſi. ſeptimò limitatur. C. de collati. (dum allegat Alex. in d. conſ. 16.) in d. cap. cùm M. Ferra. quo loco eum ſupra num. ab hinc 2. citauimus, de conſtitu. dum idẽ facit, Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 14. verſ. ſecunda eſt

modificatio.D.de verb.obli. Curt.Iun. in aut.ſacramenta, col.18. verſ.vltimò.C.ſi aduer. vendi. in conſ.168. habita, col. 8. verſi. nec etiam obſtat quòd in dictis, Geor.Natta in d.cap.quanuis, col.8. verſ.ſecundò adducit, de pac.in 6. Io.Lup. in rep.rub. de dona. inter vir.& vxo.§.54. col.2. verſ. ad cuius confirmationem, Chaſſa.in conſue.Burgun. rub.4.§.16. gloſ.pri. col.2. verſi.tertiò limitat, & in d. conſ.55. col.8. num.25. dum citat Iaſ. in d.l.duobus.§.fin. Porti. Imo. lib.commu. opini.4. conclu.17. col.3. verſi. ſublimita tamen, Marc.Ant.Nat.conſ.426. quanuis regulariter, num.9.& 10.lib.2.conſ.405. iam pridem,num.14.lib.3. dum ſe refert ad dicta per ſe ipſum vbi ſupra proximè.

52 ℭ Sed Alex. in d.l. duobus.§.fin. poſt prin. verſ.tamen Bald. hic, de hac limitatione dubitat, ex quo gloſ. in d.cap.2. de pac.in 6. ea ſe ratione fundat, quòd primum iusiurandum ſit licitum, ſecundum verò illicitum, ideoque primum ſit attendendum, & aſſeuerantiùs contrarium tenet Alcia. in d.cap. cùm contingat, quo loco citauimus eum in præceden. quæſtio. vbi id confirmat, quia iusiurandum ſibiipſi etiam ſoli præſtitum Deo principaliter directum videtur, cap.debitores, de iureiu. & habetur per Bart. in l.ſi quis pro eo.D.de fideiuſ. vnde debet acceptari poſſe à quolibet abſente, cuius interſit, per gloſ. in cap. quoties cordis oculus, pri. quæſtio.vij. Fely.in cap.ſi cautio, de fi.inſtru.ſubdens Alcia. poſſe fortè Bal.opinionem procedere quando nemo eſſet cuius intereſſet præter ipſam mulierem, & Alcia.ſequitur Hippo.Rimi. inſti.qui.alie.lic. in prin.num.236.cùm tri.ſeq. quam etiam opinionem addo ante eos tenuiſſe Aret. in d.l. duobus.§.fin. col.fin. verſi.tertiò quærit hic Bal.

53 ℭ Nos autem huius rei veritatem ex ea quæſtione pendere arbitramur, an iusiurandum ſibiipſi parte abſente præſtitum obliget tanquã Deo directum videatur, per d.cap.debitores, de iureiu.& obligare aſſeruit gloſ. in d.cap. quoties cordis oculus, pri. quæſtio.vij. in verb. & per te, in fin. quæ dicit me obligari ſi iurem tibi me Titio decem daturum, quod & ſenſit glo. licèt non clarè id firmet, dum vltimo loco pro hac opinione arguit ſecundùm nota.per Docto.in l.ſi idem cum eodem.§.fin.D.de iur.om.iud. gloſ. inquam in aut.ſacramenta, in verb.contractibus, cir.med. verſ.item quid ſi generaliter, & ibi Iaco.de Rau. Bart.col.2.verſi.no.ſignificationem, & col. fin. verſi.quæro quid ſi iuretur generaliter, Bal.col.fin. verſ.vlteriùs quæritur, quid ſi iuro generaliter, Fulgo.col.fin. verſ.in ea.gloſ.ibi tutor, & ibi Caſtr. in rep. col. pen. verſ.vltimò principaliter, dum tenet hanc opinionem de iure canonico procedere, licèt de iure ciuili diſtinguat, Humber. de Bouen. col.3. verſi.ſecundo verò caſu, qui idem facit, & iterum col.32. verſ.nec facit ad factum, vbi id intelligit quantùm ad obſeruationem iuriſiurandi, vt eccleſiaſtica ſcilicet cenſura iudicis officio cogi poſsit illud obſeruare, non etiam quantùm ad validitatem contractus, & Corn.col.6. verſ.quæro an requiratur, Iaſ.col.5. verſi.nam ad hoc, qui dicit cæteros omnes id ſequi.C.ſi aduer.vendi. Oldra.conſ.291. hæc ſunt rationes, col.2. verſ.confeſsio, iterum Bart.in l.ſi quis pro eo, col.2. verſi.ſecundò quæro. D.de fideiuſ. in l. cùm quis decedens.§.codicillis, poſt prin. & iterum col. 2.verſ.fallit ſi interuenit iuramentum.D.de leg.3.in l.ſtipulatio iſta habere licere.§.alteri, col.2. verſ.ſed quid ſi ſuper tali contractu (dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in d.l.ſi quis pro eo) vbi ſequuntur Alex. col.2. verſi.

primus quando eſt iuratum; & Iaſ. col. etiam 2. verſ. quartò no. limita. D. de verb. obli. Rom. in ead. l. in. §. ſi ſtipuler., col. fin. & ibi etiam Alex. cir. fin. & Iaſ. col. 7. verſi. ſecundò per iſtam fallentiam, vbi etiam in fin. verb. aliquid de materia tangit, iterum Bal. in l. pactum dotali, col. 2. verſ. nonò quæritur. C. de colla. In l. generaliter, col. fin. verſ. decimò quæritur. C. de non num. pecu. in rub. C. res inter alios actas, col. fin. verſi. ſed quid ſi vſus eſt, in l. rationes, cir. fin. verſ. aduerte ſi iſta. C. de proba. in l. iam & poſtea. §. iuſiurandum. D. de iureiu. in cap. ſi cautio, col. pri. verſi. quidam dicunt, & ibi Imo. col. 2. verſ. item fallit quando confeſsio, Abb. ſi rectè inſpiciatur, col. 4. verſ. & no. ſingulariter, & Fely. col. 6. verſ. modò prædicta regula, de fi. inſtr. idem Bald. in conſ. 133. quædam mulier, cir. med. pri. dub. lib. pri. vbi id intelligit verum modò poſtea ad partis notitiam deueniat, in conſ. 344. in cauſa domini, cir. med. verſ. ad ſecundum, lib. 4. But. in cap. cùm contingat, col. 3. verſ. & hæc opinio, & ibi Imo. col. 85. verſi. item vlteriùs poteſt dubitari, vſque ad verſ. de donatione autem, vbi hanc opinionem ab aliorum impugnatione tuetur, de iureiu. Ancha. in clem. vni. col. 3. verſ. decimoſecundò no. eo. tit. & in clem. vni. in fine prin. de vſur. in conſ. 20. pro reſolutione dubiorum, in 3. dub. iterum Butr. in procem. Grego. col. pen. verſi. ſic poteſt, & ibi Abb. col. etiam pen. verſ. ſed dubitandum eſt, & Fely. col. 6. verſ. circa quod dicunt, idem But. in cap. cùm dilectus, quòd eſt vlti. col. pen. verſ. octauò eſt videndum, de ſucceſ. ab inte. iterum etiam Abb. in cap. ſicut, col. 2. verſi. nota ex ſecunda, Raph. Comen. conciuis noſter, conſ. 182. viſa copia, cir. fin. verſi. ampliùs cùm fidem, iterum quoque Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum, in fin. verb. D. de acqui. hære. & Fely. in cap. olim, col. 5. in prin. verſ. primò ſi eſſet, iunctis præceden. de reſcrip. iterum etiam Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 58. verſi. limita ſingulariter, ſub num. 149. D. de iureiu. Afflic. deci. Neapo. 135. quidam Venetus, col. fin. verſ. item non obſtat quòd non fuit, Marſ. ſing. 302. tu ſcis regulam, cir. med. verſ. alius eſt caſus.

54 ℂ Contrarium tamen, niſi huiuſmodi iuſiurandum præſtitum ſit in præſentia publicæ perſonæ, puta iudicis aut notarij pro abſente recipientis, tenuerunt glo. in l. pri. in gloſ. pri. in prin. C. ſi aduer. vendi. Petr. de Bellaper. Iaco. But. & Cyn. in d. aut. ſacramenta, & ibi Albe. col. 5. verſi. quærit glo. ſi iurauit generaliter, Saly. col. 3. verſ. quæro cum glo. & col. ſeq. & Iaſ. qui ſibiipſi contrarius opinionem mutauit, col. 20. verſi. ſum in tertia parte, vbi dicit ita tenere omnes vltramontanos; & Io. Igne. col. 36. verſ. eodem modo incip. ſum in tertia parte, Io. Fab. in. §. ſi quis alij, col. 3. verſ. ſed quid ſi quis alteri, inſti. de inuti. ſtipu. vbi id limitat in caſu cap. quanquam, de vſur. in 6. intelligitque poſſe tamen iurantem per eccleſiam compelli iuſiurandum obſeruare, Bal. in cap. cùm contingat, col. 5. verſ. quinta concluſio, de iureiu. Ange. in aut. de iureiu. à mor. præſti. cir. fin. verſi. in gloſ. quæ incipit.

55 ℂ Pro qua poſteriori opinione videtur caſus in l. certum. §. ſi quis abſente, & ibi glo. no. in verb. de operis. D. de confeſſ. quo tamen tex. non obſtante nos priorem ſequimur opinionem ea ratione quam ſupra adduximus, quòd iuſiurandum Deo principaliter dirigitur, qui vbique præſens eſt: & ad d. §. si quis abſente, reſpondeo, loqui de iure ciuili, quo iure contraria procedit ſententia: at ſecus de iure canonico, quod in caſu iſto at-

tendendum eſt in foro quoque ciuili, cùm agatur de materia ad canones ſpectante, & peccatum concernente, & ita reſpondet Alex. in d.§.alteri, & Fely.in d.procem.Grego. & in d.cap.ſi cautio, quibus locis eos ſupra citauimus, vbi etiam Fely. in d.cap.ſi cautio, id quod dictum eſt, contrariam poſſe opinionem de iure ciuili procedere, limitat locum non habere in confeſsione in vltima voluntate facta, vti loquitur Bar.in d.l.cùm quis decedens.§. codicillis, de leg.3. & eſt tex. in l.rationes, cum aut. ſeq. incip. quod obtinet.C.de proba. & ita de iure quoque ciuili loquitur Bald. in d.c.cùm cõtingat: ſuper quo tamen, quatenus ex Fely. proximè diximus, iure etiam ciuili id non procedere in confeſsione in teſtamento celebrata, videbis pro declaratione ipſum quoque Bart. in d.§.codicillis, col.pri.verſi. hæc faciunt, & in l.Lucius.§.quiſquis,2. & ibi Caſt. & Imo.D.de leg.2. & quæ nos diximus ſupra in gloſ.22. in verb. nec in vltimis voluntatibus, num.10. vſque in fin.

56 ¶ Quam quidem opinionem, quatenus affirmauimus, iuſiurandum abſente parte præſtitum obligare, intelligimus procedere ſiue promiſsio ſimpliciter fiat abſenti, ſiue præſenti pro abſente, puta ſi Titio promittam me decem daturum Seio, quibus in terminis loquitur gloſ. in d.cap. quoties cordis oculus, & licèt contrarium in primo caſu voluiſſe videatur Abb. in d.cap. ſi cautio, col.4. verſi. tertiò principaliter, & col. ſeq. & expreſsiùs Baue. in trac. de virtu. iura. num.21. & 22. tamen Docto. in locis præalle. idem ſentiunt in ipſo primo caſu quod in ſecundo, & verè eadem militat ratio, quòd iuramentum Deo principaliter dirigatur, qui vbique præſens eſt, quòdq. idipſum iuſiurandum, quod ſine æternæ ſalutis interitu ſeruari poteſt, ſeruandum ſit, & Abb.vbi ſupra, ſi rectè inſpiciatur, loquitur quando non interuenit iuſiurandum; & ita loquuntur etiam iura per eum allegata, quo caſu vera illa diſtinctio videtur.

57 ¶ Quam etiam præterea tenet Alex.conſ.180. in cauſa Angelorum, col. 2.in fin.verſi.non obſt. etiam ſi dicatur, lib.2. ſuper quo etiam videbis But. Abb.& Fely. in procem. Grego. in locis ſupra num.ab hinc.2. allegatis & ipſum etiam Fely. in cap. ſi cautio, col.7.verſ. fallit ſecũdò,de fi.inſtr. Deci. conſ.163.in cauſa matrimoniali, col.pri.Rui.conſ.141. viſo prolixo, col.2. verſ. & quanuis, vbi communem hanc dicit opinionem, vol.5. Pariſ.conſ. 7. bene egit, col.2.verſ. eò etiam quia ſumus, num.12. lib.4.Soc.Iun.conſ. 90. abundè, col.2. verſ. ſed vlteriùs, lib.2. conſ.5. in præſenti cauſa, col.2. verſ. & vltra dominum conſultorem, & verſ. præterea etiam, lib.3. Crau. conſ.281. in hac cauſa, col.2. verſ. ſecundò vltra confeſsionem, iuncta col. 4. verſ. ſimiliter non obſtat, & verſ.ſeq. lib.pri. Albã in rub. de ver. obli. num.60. & quæ nos diximus ſupra in gloſ.22. in ver. nec in vltimis voluntatibus, ſub num. 11. incip. ſed an id quod dictum eſt: quibus in locis tractatur an de iure canonico valeat confeſsio parte abſente facta: & vide etiã ad materiam quod not.Abb. in cap. illud, col.2. verſ.no. ex ſecunda parte, de iureiu. Non omitto tamẽ Lector quòd vbi vera eſſet eorum opinio, qui diſtingũt an primũ iuſiurãdũ præſtitũ ſit pręſente eo cuius intereſt, nec ne, & an ſecũdus emptor illius notitiã habuerit, an ignorantiã: tũc vtroq; concurrẽte, videlicet ꝙ primũ iuſiurandũ pręſente parte cuius intereſt pręſtitũ ſit, & ꝙ ſecũdus emptor id ignorauerit, adhuc primũ iuſiurãdũ obſeruãdũ nõ obſtãte ſecũdi emptoris ignorãtia, ſecundũ Nattã d.cõſ.426.n.16.lib.2.

58 ℂ DECIMOTERTIO, quia ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. 21. aſſeruimus Iudęam quoque mulierem hoc ſtatuto comprehendi, ideo quæro, an id quod ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. 2. diximus iuſiurandum per mulierem de non contraueniendo præſtitum, contractum ſine huius ſtatuti ſolennitate celebratum confirmare, procedat etiam in Iudæa ſic iurante: quod ab ea pendet quæſtione, an Iudęus iureiurando obligetur: in qua Doct. vario ſunt modo locuti, vt latè per And. Tira. in trac. de iu. primo. quæſtio. lxvi. num. 27. cum mult. ſeq. vbi num. 27. 28. & 32. in fini. citat tenentes non obligari: quòd & præterea ſenſit glo. in aut. iuſiur. quod præſta. ab his, in prin. in ver. CHRISTVM, Baue. in trac. de virtu. iura. quæſtio. xxii. Bero. in cap. pri. num. 195. de conſti. Hippo. Rimi. inſti. de dona. §. pri. num. 275. cum duo. ſeq. Et ad hoc facit, quòd iuſiurandum ei in litem contra Chriſtianum non defertur, ſecundùm Imo. conſ. 2. in caſu propoſito, poſt prin. nec etiam in ſupplementum probationis, ſecundùm Bal. in l. qui accuſare, col. pri. verſ. ex hoc etiam apparet. C. de eden. Alex. in l. admonendi, in fin. ver. & ibi Cur. Sen. col. 49. verſ. octauò limitatur, ſub num. 202. Iaſ. in rep. Ticinen. char. 24. col. 2. verſ. trigeſimo ſextò iſtud iuramentum, & Caccialup. col. 46. verſ. trigeſimo octauò, & Cur. Iun. col. antep. verſ. circa iſtud, qui limitat id non procedere inter ipſos Iudæos. D. de iureiu. Mars. ſing. 41. Iudæus non poteſt, Plot. in rep. l. ſi quando, num. 868. C. vn. ui.

59 Non deſunt tamen qui contraria in ſententia fuerunt, iuſiurandum ſcilicet à Iudæo quoque obſeruandum, quos etiam congerit Tiraq. vbi ſupra, num. 29. & præter allegata per eum glo. in l. non erit, poſt prin. verſ. Diuus Pius. in ver. propria, & ibi ſequuntur Bar. qui eam legit cum l. 3. §. iurari, Bal. qui legum ordinem ſeruat, Saly. qui idem facit, Fulg. Rom. col. pen. in fi. verſ. in gloſ. ſuper ver. propria, Caſtr. ante med. verſ. ſi autem diuerſarum, qui legit eo modo quo Bar. Alex. qui eodem modo legit, col. fin. per totam, Io. Mar. Rim. col. pen. verſ. in ea gloſ. in fi. qui ipſam gloſ. dicit communiter approbatam, & Iaſ. ſuboſcurè tamen, col. 3. verſ. glo. in ver. propria. D. de iurein. Odofre. in l. Iudæi. C. de Iudæ. iterũ Bar. in rub. prooem. Digeſto. col. 2. verſ. ſed quæro, quid in iuramento, & ibi Alex. in apo. ipſius Bar. in ver. inter Iudæos, & ibi etiam Parpa. & poſt eum Hiero. Cagno. col. 5. verſ. ſubiungit Bar. Ang. conſ. 94. pro parte, col. pri. verſ. quintò iuramentum, iuncta col. 4. verſ. reſtat igitur, nam ibi loquitur in Iudæo, vt patet ex caſus poſitione, licèt in caſu ſuo Ang. ibi col. fin. verſ. ad quintum, contrarium alia ratione teneat, quia ſcilicet ſeruata non fuerat forma in trãſactione, de qua ipſe loquitur, a iure requiſita, And. de Iſer. in conſti. Sici. incip. ſi quis in poſterum, col. pen. & ibi Afflic. num. 47. idem And. in conſti. incip. eos qui ſcienter, in prin. Abb. conſ. 39. duo ſunt, col. fin. verſ. nec obſtat quòd iſti, lib. pri. Imo. conſ. pri. col. 3. verſ. item non videtur bona quinta reſponſio, in clem. pri. col. pri. verſ. quæro quid ſi Iudæus, & ibi etiam Cardi. Zaba. col. fin. verſ. quintò quæro, qui dicit ita etiam tenere Lau. ibi de teſti. præpo. Medio. in cap. pri. §. item ſacramenta, col. pri. poſt prin. verſ. addo ad hoc etiam, de pac. iura. fir. Fely. in cap. fina. ante fin. verſ. vltimò tangit Io. de Ana. de Iudæ. in cap. pri. col. pri. verſ. ſi enim eſſet iurandum, de fid. inſtru. Iaſ. in rub. de no. oper. nun. col. pri. num. 2. in fin. & ibi Clau. Aquen. col. pri. verſ. ſed poſito.

60 ℭ Quam & nos poſteriorem ſequimur opinionem: quam & veriorem arbitramur, quoniam dubium non eſt Iudæos legi eſſe Moſaicæ & ſic veteri teſtamento aſtrictos, & ad eius obſeruationem per ſæcularem quoq. iudicem cogi poſſe; ſecundùm Inno. in cap. quod ſuper his, col. 2. verſ. in omnibus autem prædictis, iunctis præceden. de vot. & nos aliquid diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quęſtio. xxi. ſed iuriſiurandi obſeruatio ex veteris quoq. teſtamenti præcepto emanauit, dum dixit Deus, redde domino iuramenta tua; & probatur etiam in cap. & ſi CHRISTVS, & ibi not. Abb. col. 2. verſ. no. ibi redde domino, de iureiu. & not. Alex. conſ. 59. viſo inſtrumento, col. 2. verſ. item quia; lib. pri. in conſ. 125. viſis & cõſideratis, col. 5. verſ. & iuramentum, eod. lib. pri. in l. ſi donatione, col. 3. verſ. vltimò pro hoc. C. de collati. Soc. Iun. conſ. 31. conſideratis his, col. 5. verſ. & primò dici poſſet, lib. 3. conſ. 130. videtur in hac, col. 2. verſ. ſolùm dicã, eo. lib. 3. & ita, ne aliena nobis aſcribamus, arguunt Abb. in d. cõſ. 39. & Imo. in d. conſ. pri. quibus locis eos ſupra citauimus.

61 ℭ Quam opinionem procedere intelligimus, vt non ſolùm per laicum iudicem cogi poſſit Iudæus ad iuriſiurandi obſeruationem; ſed etiam per Summum Põtificem, aliumq. eccleſiaſticum iudicem; quanquã Soc. conſ. 66. fruſtra, col. pen. verſ. poſtremò, hæc omnia, lib. pri. velit per Imperatorem tantùm cogi poſſe, poſt Bal. qui id ſentire videtur, in cap. pri. §. item ſacramenta, col. 3. verſ. quæro nunquid iſta, de pac. iur. fir. ex hoc inferens Soc. iuſiurandum Iudæi contra l. ciuilem præſtitum, illius contractum non confirmare.

62 ℭ Nec obſtat pręcipuum eorum, qui contrarium cenſuerunt, fundamentum; de his quæ foris ſunt nihil ad nos, cap. gaudemus, de diuor. cum ſimili. quia id intelligitur quò ad pęnas ſpirituales, quia eccleſia quò ad has pœnas de eis non iudicat, cùm non ſint de eccleſia; ſecus quò ad alia, cap. poſt miſerabilem, de vſur. cap. poſtulaſti, de Iudæ. vel id exponitur, vt ad fidem præcisè compelli non poſſint, ſed voluntariè inducendi ſint; xv. diſtin. cap. de Iudæis, ita per omnia d. cap. gaudemus, declarat Alex. conſ. 99. viſa inquiſitione formata, poſt prin. iuncta col. fi. verſ. nec obſtat quòd ſtatutum, lib. 6.

63 ℭ Et iſta opinio, qua dictum eſt, Iudæum iureiurando obligari, præſertim procedit, ſi res agatur inter Iudæum & Chriſtianum; vti cum hac ſententia tranſit etiam Caſtr. conſ. 90. viſa quadam ſcriptura, col. fin. verſ. ſi tamen, lib. 2. vbi Iudæum, inquit, iurantem in contractu cum Chriſtiano celebrato, teneri ipſum iuſiurãdum obſeruare, non ex eo quòd Deum offendat, ſed quia offenderet Chriſtianum, arg. nota. per glo. in d. cap. poſt miſerabilem, de vſur. ſecus ſi iuret in contractu cum alio Iudęo facto: quã diſtinctionem ſequitur Maran. in trac. ord. iudi. parte 3. num. 51. vſq. ad num. 58. vbi etiam latiùs declarat obſeruandum ſine dubio eſſe iuſiurandum à Iudæo præſtitum, quando interpoſitum eſt ſuper actu valido, puta teſtimonium perhibendo, vt ſcilicet ſi tunc Iudæus falſum iuret, de periurio coerceri poſſit.

64 ℭ DECIMOQVARTO quæro, an ea ipſa opinio, quam ſupra affirmauimus, locum habeat non ſolùm ſi Iudæus per Deum ſuum iurauerit,

rit, ſed etiam ſi per CHRISTVM; & videtur locum non habere quando per CHRISTVM, quoniam glo. in d. l. non erit, in ver. Diuus.D. de iureiu. & qui eam ſequuntur, loquuntur quando iurat per Deum ſuum, vnde ſecus videtur ſi per CHRISTVM, in quibus terminis loquitur glo. in aut. iusiu. quod præſta. ab his, in prin. quæ glo. quæ aliàs ſibi inuicem pugnare videbantur, ſic conciliari poſſunt: & idem quod prior illa gloſ. ſenſit Spe.tit. de iura. cal.§.reſtat, col. fin.verſ. ſed pone,Iudæus,dum iudicem inquit non debere facere iurare Iudæum ſuper Euangelijs, quia iu raret quicquid vellet, ſed ſecundùm legem ſuam,cuius ipſe formam ponit, quem ſequitur Abb.in cap.pri.col.4. verſ. qualiter autẽ de iura.cal.& Imo. in d.clem.pri.col.pri.verſ.quæro quid ſi Iudæus, de teſti.& non eſſe Iudæo iusiurandum per CHRISTVM aut eius Euangelia deferendum,tenent & Bar. in l. ſi quis ex argentarijs .§. ſi initium, in ſecun. lectu. col. 4. verſ. primò dixi.D. de eden. in l. iusiurandum & ad pecunias.§.ait Prætor, in fi. & ibi Iaſ.col.2. verſ.vlt. no.D. de iureiu. Bal. in rub.D. de iuſti. & iur. poſt prin. Ang. in aut. iusiu. quod præſta. ab his, cir. prin. But. in procem. Grego. col. 3. verſ. ſed in terris, Cardi.Zaba. d. clem. pri. col. fin. in v.quæſti. de teſti. iterum Iaſ. in rub.D. de no. oper. nun. num.2. in fi. Dec. in l. pactum, col. 4. verſ. finaliter tamen .C. de colla. Maran. in trac. ordi. iud. parte 3. num. 50. vbi alios citat concor.

65 ℂ Verùm nos in ea ſumus opinione,vt licèt Iudæo per CHRISTVM deferendum non ſit iusiurandum, quia præſumendum eſt eum in contemptum CHRISTI falſum iuraturum, ſi tamen delatum fuerit & iuratum, obſeruandum ſit iusiurandum: qua in ſententia fuit ipſe etiam Bar. in d. procem. Digeſto. ita inquiens ſentire Inno.in d. cap. & ſi CHRISTVS, & eſt poſt prin. in ver. iurandum, dum Chriſtianum, inquit, per alienos Deos iurantem peccare quidem,ſed tamen teneri quod iurauit adimplere, ſed è contra Chriſtianum ab infidelibus iusiurandum ſecundùm eorum re ligionem recipientem non peccare: quem ſequuntur prẹterea But. ibi col. 2. verſ. no. quòd licèt, & Abb.cir. fin. ver. ex his deciditur, de iureiu. & Bar. in d. procem. Digeſto. ſequitur Parpa. ibi,& poſt eum Cagno. col. 5. verſ. ſubiungit Bar. Ang. in procem. inſti. col.2.verſ. nam talia verba, Bal. in l. 3. §. iurari, in lectu.anti. quam tamen nos videre non potuimus,& ibi Albe. & poſt eos Alex. cir. med. verſ. & idem erit, in Iudæo, & Iaſ. col.3. verſ. gloſ. in verb.propria.D. de iureiu. vbi Alex. hoc intelligit procedere in iureiurando promiſſorio & obligatorio, & ſic de futuro: ſecus in litis deciſiuo, per tex. ibi in verſ. ſed ſi quis illicitum, licèt etiã dici poſſet aliud de iure ciuili, vt ibi, aliud de iure canonico per tex. in cap. quanuis, cum cap. ſeq. xxij.quæſtio. pri. vbi licèt iurare quis non debeat per falſos Deos aut Dæmonia, ſi tamen iurauerit ſuper re licita, obſeruandm eſt iusiurandum, vbi etiam glo. in ver. ſociat, aliter reſpondet ad d. l. non erit.§.pen. quòd loquatur inter homines eiuſdem fidei.

66 ℂ DECIMOQVINTO quæro, quid ſi mulier iurauerit in die feſto: & dicendum videtur non teneri iusiurandum obſeruare per cap.pri. de fer. vbi probari videtur iuramentum in die feriato præſtitum non obligare, quod ſic allegat Lanfran. de Oria. in rep. cap. quoniam contra falſam,in prin.char.pen.col. illius char.3. verſ. nullum enim iuramentum,ſub num.43. de proba. vbi ex hoc decidit officialem in die feſto ſe ſtatuta ſer-

uaturum

uaturum iurantem in periurium non incidere, ſi ea non ſeruat, & ibi ſequitur Celſ. in eius addi. & Thom. Ferra. cau.3.communiter per ciuitates,vbi idem dicit in ſcholari iurante, quum matriculatur, ſe Rectoris mandatis pariturum, vel in Rectore iurante, vt moris eſt Paduæ, in feſto ſancti Laurentij ſe contra ſtatuta non facturum,& D. Plot. in rep. l. ſi quãdo, nu.755. C.vn. ui, vbi hoc ad huius noſtri quoq. ſtatuti terminos extendit.

67 ¶ Et idem videmus in teſtibus, qui ſi in die feſto iurauerint, etiam ſi poſtea in non feriato depoſuerint, nullum tamen eorum eſt teſtimonium, ſecundùm Spec. tit. de feri.§.ſequitur, col.2. verſi.quid ſi tunc teſtis, vbi id declarat non procedere in valetudinarijs, aut his de quorum morte aut abſentia dubitetur, Bar. in l.ſi quãdo, in ſec.lec. col.pri. verſ.pro hoc dico, & ibi Bal. col.antep. verſ.& ideo, Ang.cir.prin. Saly. col.pen. verſi.item ſecundùm Nic.& Caſtr.cir.fin.C.de teſti.Alex. conſ.213. viſo & opportunè, col.2. verſ.nec poteſt dici, lib.2. in l.pri.§.nuntiatio, col.4. verſi.pro hoc, ſub num.19.D. de nou. oper. nun. & ſentit etiam gloſ. pri. in clem.pri. de offi.dele. præſertim dum citat Spec.vbi ſupra,& ita in teſtibus à nobis fuit aliàs iudicatum : in criminalibus tamen hoc non obſeruatur, in quibus die quoque feriato teſtium iuramenta recipiuntur vigore ſtatutorum & noua. conſtit. ſtatus Mediolani permittentium in his cauſis hoc etiam tempore procedi poſſe : an autem in ciuilibus ſi teſtis in die iuridica iurauerit, poſſit in die poſtea feriata depónere, uidebis gloſ.pri. decidentem poſſe, in d. clem.pri. & ibi Doct. de offi.dele. Bal. & alios in d.l.ſi quando, Alex. d. conſ.213. dum allegat gloſ. in d.clem.pri.

120 ℂ Ad quod etiam facit quod in ſimili dicimus, fortiorem præſumptionem tollere minus fortem.l.qui duos.§.fin. vbi Soc.in 4.not.D.de reb.dub. l.Diuus, cum gloſ.in verb.exiſtimari, & ibi Bart. col.2. verſi.ſecundò not. quòd vna præſumptio.D.de in inte. reſti.l. ſi hi qui, & ibi not. Saly. poſt prin. verſi. item quòd præſumptio.C.ad l.Iuli. de adul. cap. literas, & ibi no. Bald. ante fin. verſi.item dicit Ber. Abb. col. pri. verſi. nota quòd vbi dux, & Feli. col.etiam pri. verſi.in tex. ibi veriſimiliùs, de præſump. gloſ. fin.in fin. in cap.tranſmiſſæ, & ibi Abb.in fin. qui id pulchrè declarat procedere ſi vna ſit fortior altera, ſed ſi ambæ ſint pares, tunc ſe inuicem tollere, qui fili. ſint legi. Alex. conſ.124. quoniam abundè, col.fin. cir.med. lib.6. Soc. conſ.128. iuſtiſsime iudex, col.2. verſi.quarta concluſio, libr. pri. Iaſ. in l.ſi quis id quod, col.4. num.22.D.de iur. om. iud. in l.ſi quis in fundi vocabulo, col.5. verſi.capio gloſ.2.D.de leg. pri. in l.licèt Imperator, col.2. verſi.nota ſecundò, eo.tit. in l.quod in rerum.§.ſi vſumfructum, cir. prin. eod. etiam tit. in l.Titia.§.idem reſpondit cùm Septitius, col.fin. verſi.& tenendo.D.de verb.obli. Dec.conſ.77. viſo puncto, col.pen.verſi. & iſta eſt, conſ.344. applaudent, in fin. in cap.quoniam Abbas, col.7.verſ. & ex his infertur, de proba. in l. poſtquam liti, num.23.C.de pac. in l. ſi donatione, col.2. verſi. prædictis tamen.C.de colla. in l.in contrahenda, col.2. verſi.& no. quòd iſta.D.de reg.iur. Ruin. conſ.91. circa ea, col.2. in fin. verſi.& vbi etiam fuiſſet, lib.5. Nico.Euer. in locis lega. in loco à veriſimili, col.6. verſi. & procedit, char.34. Alcia. in trac. præſump. reg.3. præſump.24. Soc.Iun. conſ.158. abundè, col.8. verſi.& ex prædictis, lib. 2. conſ.168. præſentis, num.36. eo.lib.2. Crauet. conſ.56. Antonius, col. 4. num.14. lib.pri. conſ.266. in cauſa, col. fin. verſi. reſpondeo etiam aliter, eo.lib.pri. D.Io.Ceph.conſ.10. ex ſcripto, num.13.& 14. lib.pri.conſ. 23. feudum, num.33. eo.lib. conſ.93. in teſtamento, num.10. & 11. eod. etiam lib. conſ.108. licèt regulariter, num.14. eo. quoque vol. conſ.138. teſtamentum, num.13. eod.item vol.

121 ℂ Verùm Bart. in d.l.ſi apud minorem, hoc ſimpliciter non admittit, priuilegium ætatis potētius eſſe priuilegio ſexus, dum poſteaquam id an-

notauit, ſubdit,non tamen ætatis priuilegium ſuperare Velleianum intantùm, inquantùm ſuperat habentem Macedonianum, quia in illo non diſtinguitur, in hoc autem diſtinguitur, an reus ſit ſoluendo necne: præterea Alex. ibi in apo. Bar.inquit, verum non eſſe, illius tex. diſpoſitionem procedere, quia ætatis priuilegium ſit potentius, ſed quia minor ibi tractabat de damno, ideo in pari cauſa tractans de damno præfertur tractanti de lucro, allegando ita illum tex. intelligere Bar.in l.maritum, in fin.ſed veriùs eſt cir.fin. verſi.præterea in pari.D.ſol.matri. qui tamen non loquitur de d.l.ſi apud minorem, ſed de.§.præce. illam l.& ſic de duobus minoribus, dum in pari inquit cauſa præferendum de damno tractantem, vti & hoc ad literam probat ille.§.

122 ℭ Nihilominus concludendo exiſtimo verum eſſe minorem præferri, ſi is tractet de damno, & mulier de lucro: ſecus ſi econtra, per ea quæ dicemus infra quæſtio.xxxvj. & in hoc ſatis concordat tex. in d.l.ſi apud minorem, in pri.reſpon.dum negat, minorem agere poſſe contra mulierem, quando ipſius mulieris actio contra priorem debitorem ſoluendo exiſtentem ſalua manet: ſed ſi ambo certent de damno, tunc licèt in duobus minoribus præferatur qui conuenitur, & qui rem conſumpſit, d.l. verùm.§. fin.de mino. tamen d.l.ſi apud minorem, quæ ſubſequitur d.§.fin. in ſecun. reſpon. multùm me facit in oppoſitum dubitare, quia licèt ſit damnum minoris ſi prior debitor non ſit ſoluendo, & dici poſſit deceptus minor, etiam ſi à principio debitor ſoluendo non fuerit, vt ibi conſiderat Bar. tamen hoc non eſſe ſoluendo debitorem, eſt etiam damnum mulieris, quia non poterit cum effectu conſequi ab ipſo debitore quod pro eo promiſit, eſt enim regulare,eum qui pro alio intercedit, contra eum, pro quo intercedit, regreſſum habere, per actionem ſcilicet mandati, ſi illius mandato interceſſit, & ſi ſine, per actionem negotiorum geſtorum, ſi negotium vtiliter geſſit, tot.tit. D.&.C.manda. & de neg. geſ. ideo tu Lector iudicium facito vtra tibi opinio ſequenda ſit.

123 ℭ TRIGESIMOQVINTO quæro, quid ſi mulier cum filiofamilias contrahat mutuam ei pecuniam dando: quæ quæſtio ſatis decidi poteſt ex tex. in d.l. verùm.§.fin. verſi.planè ſi minor.D.de mino. vbi minorem dicitur filiofamilias maiori pecuniam credentem reſtitui non obſtante S.C. Macedoniano prohibente filiumfamilias ex mutuo obligari, vt ſic magis ætatis ratio quam S. C. habeatur: ad quod etiam propoſitum noſtrum confert quod Bal. ibi annotauit, dum aliam tex. rationem adducit, nempe quòd priuilegium ætatis fauorabile eſt, S. autem C. Macedonianum odioſum: ideoq; odia reſtringi, fauores autem ampliari debent, cap.odia, de reg.iur. in 6. nam & hoc noſtrum ſtatutum eſt fauorabile, vt diximus ſupra in præfat. in pri.dub. & ideo præferri debet S. C. Macedoniano odioſo: vnde maior eſſet dubitatio ſi mulier cum filiofamilias contrahat ex alia cauſa quàm mutui, extante ſtatuto prohibēte eum ſine conſenſu patris generaliter obligari, vt extat hic Mediolani, cap.416. infra eod. vol. & Comi,in cap.67. in ciuili. & certè ſi dicimus dictum ſtatutum eſſe odioſum, idem dicendum erit quod iam diximus: ſi verò fauorabile affirmamus, tunc diſtinguendum opinamur eo modo quo infra in ſequenti quæſtio. dicemus: quod ſtatutum an ſit fauorabile, an odioſum, colliges ex his quæ diximus ſupra in gloſ.3. in verb.ex cōtractu vel quaſi, num.

26. incip.nos autem, & in glo.18. in verb.ſiue fuerit filiusfamilias, num.2. incip.veruntamen, iunctis his quæ aſſeruimus in præfa.in ſecun.dub.

124 ℂ TRIGESIMOSEXTO quæro, quid ſi mulier alteri ſe mulieri obliget: & videtur ſe ſtatuti huius exceptione rueri non poſſe, ea & non contemnenda quidem ratione, quòd priuilegiatus contra æquè priuilegiatum ſuo non vtitur priuilegio, vt probatur in.§.ſed & hoc præſenti, in aut. de ſan.epi. in aut. niſi rogati.C.ad S. C. Trebel. in l.ſed & milites, cir. fin.D.de excu.tuto. in l.ſi hominem.§.fin.D.depo. in l.priuilegia, vbi gloſ. & Docto.D.de priui.credi. & not. Iac.de Aret.in l.cùm pater.§.euictis, & ibi Bald.& Imo. poſt prin.D.de leg.2. Oldra.conſ.119. Titius condidit teſtamentum, in fin. iterum Bal.in l.2.C.de priui.Fiſ. in cap.pri. col.2. verſi. ſed contra hoc, & ibi Deci.col.9. verſ.ſecundò reſtringitur, de proba. vbi ex hoc dicunt Fiſcum non vti priuilegio ſuo aduerſus alium Fiſcum, Saly. in aut.caſſa, ante fin.verſi.vbi autem clericus.C.de ſac.ſan.eccle. Ane.conſ. 37.contra Ioannem, col.pri. verſi.item cùm ſint, Abb.in cap.ad aures, poſt prin. verſi.ſecundò ex eo collige, de reſcri. Rom. in l.pro hærede.§.Papinianus, col.2. verſi.punctus iſte.D.de acqui. hære. Ruin. in rep.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm, col.40. verſi.rurſus attentari poteſt, ſub num.109.D.de lib.& poſt. Soc.Iun. conſ.74. viſo teſtamento, col.6. verſi.præterea prærogatiua, lib.pri. Bello.conſ.76. non parui, num.14. Prob.in addi. Io.Mona. in cap.ſi à ſede, num.12. de præben. in 6. de quo etiam latè per Io.Andr. in cap.in iudicijs, ferè per totum, de reg.iur. in 6.

125 ℂ Sed verius eſt ſi vna certet de damno, altera de lucro, præferendam de damno certantem: ſi autem vtraque de damno, potiorem eius cauſam eſſe, quæ conuenitur, & quæ rem conſumpſit, puta ſi mulier alteri mulieri pecuniam credat, quæ eam amittat vel dilapidet, per tex. hoc duobus in minoribus diſponentem, in d.l.verùm.§.item quæritur ſi minor.D.de mino. vbi Bart.& Bal.not. hoc intelligentes procedere in duobus æquali priuilegio priuilegiatis, quod & quatenus dictum eſt, priuilegiatum de damno tractantem præferri tractanti de lucro, probat tex.in l.fi.D.ex qui.cau. maio. vbi abſens cauſa reipublicæ læſus reſtituitur aduerſus alium ea quoque de cauſa abſentem: & tex.in cap.auditis, de reſtitu.in inte. vbi vna eccleſia ob probationis omiſsionem grauiter læſa, contra aliam eccleſiam in integrum habet reſtitutionem: & tex.in l.pri.C.ſi aduer. Fiſc. vbi minori in venditione etiam cum Fiſco celebrata læſo datur reſtitutio: quam etiã regulam tradiderunt Spec. tit.de reſti. in inte.§.quis autem, col.6. verſ.itẽ no. quòd priuilegiatus, ſub num.17. Bart.in aut. quas actiones, col.2.verſ. ſi verò vterque eſt priuilegiatus, & ibi Saly. col.pri. & clariùs Caſtr. col.2. num.6. & Iaſ.col.3. verſi.hinc ſumpta occaſione.C.de ſac.ſan.eccle. Bal. in aut. perpetua, in fin.verb.C.eo.tit. iterum Saly. in aut.qui rem,col.pri. cir. fin. & ibi Dec. col.pen. num.21.in fin.C.eo.etiã tit. idem Saly.in l.generaliter, poſt prin. verſi.item no. quòd inter duo.C.ad S. C.Velle. Anc.conſ. 37. contra Ioannem, col.pri. verſi.nam cùm dictus, Abb. in cap.ſuper ſpoliatione, col.pri. verſi. ex hoc, de ordi.cogni. in cap.in præſentia, col.12. verſi. quæro vtrum, & ibi Dec. col.28. verſi. non obſtant iura, de proba. iterum Abb. in cap.auditis, col.2. verſi.ex quo videtur, de in inte. reſtitu. in cap.cùm cauſam, poſt prin. verſi.no. ex tex. de præben. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in d.cap. in præſentia, Caſtr.conſ.37. vt bene attinga-

tur, in fin.lib.2. Ang.Aret. in.§.rurſus, col.2. verſi.in ea.glo.ibi.D.ex qui. cau. & ibi Iaſ. col.9. verſi.ex hac parte gloſ.inſti.de actio. Alex.in l.Marcel lus, in prin. col.3. verſi. quam communem.D.ad S. C. Trebel. in conſ.55. quoniam cauſa, ante fin. verſi.hoc præſuppoſito,lib.5. & in apo. Bart.in l. ſi apud, in verb.potentius.D.de mino.Guli.de Cun. Bald.Albe.& Caſtr.in l.ſi quis.D.de pac. vbi ex hoc perbellè decidunt, ſi vir & vxor inopia labo rent, & proinde dubitetur an dotis exactio fieri debeat inquantùm maritus facere poſsit, meliorem eſſe repetentis conditionem, quia is dicitur tractare de damno, alter de lucro, Feli. in cap. dilecti filij, col.5. verſi. ad exemplum, de except. Marſi. ſing.99. priuilegiatus, Paris. conſ.53. dominus Hieronymus, col.9. verſi.prout idem dicendum, lib.3.qui & loquitur in terminis ſtatuti prohibentis minorẽ contrahere vel ſe obligare ſine certa ſolennitate, volens ſcilicet minorem ſine ſtatuti ſolennitate cum alio mi nore contrahentem obligari, ea ratione quam ſupra in principio quæſtionis adduximus, quòd priuilegiatus contra æquè priuilegiatum ſuo non vti tur priuilegio, ſubdens id ſaltem procedere quando vnus tractat de lucro, alter de damno, nihil tamen decidens quando vterque certat de damno, Prob.in addi. Io.Mona. in cap.cùm perſonæ, col.pri. num.4.& 5.de priui. in 6. Tiraq.in trac.retrac. tit.pri.in fin.nu.50.incip.ſed de hac,cum duo.ſeq.

126 ℂ Cuius deciſionis, quam nos ſupra firmauimus, ratio, ex mente Spec. quo loco eũ ſupra citauimus, & Bart.& Bald. in d.l.fin.D.ex qui.cau.maio. & Abb.in d.cap.auditis, col.2. verſi.nonò nota, & Prob. in d.c.cũ perſonæ, illa eſt, quia quando vnus eſt læſus, alter non, dici non poſſunt æquè priuilegiati, ex quo priuilegium ratione læſionis conceditur, & vnus tantùm læſus reperitur: vnde cùm vnus ſit priuilegiatus in genere, alter in ſpe cie propter læſionem, conſequens eſt vt priuilegiatus in ſpecie præferatur, priuilegiato in genere, vt præter Docto.in locis præalle. voluit Bar. in aut. quas actiones, col.2. verſi.quandoque quilibet eſt priuilegiatus.C.de ſac. ſan.eccle. & Rom. in aut.ſimiliter, char.antep.col. illius char.2.verſi.quod quidem mihi.C.ad l.Falci.

127 ℂ Quibus concinnit quod dicitur præſumptionem in ſpecie tollere præſumptionem in genere, ſecundùm Bart. in l.cùm de indebito, in prin. & ibi Bal.cir.prin.D.de proba. eundem Bal. in l.ſiue poſsidetis, col.pri. in vlt.oppo.C.eo.tit.Firmia.in ſuo reper. in verb.præſumptio, verſi.10.Alex. in l.ſi priùs, col.8. verſi.hoc probo.D. de no. oper. nun. in conſ.77. in cau ſa, col.2. verſi.nec prædictis, num.9. libr.pri.rep. conſ.62. vol.3. Marſi. in prac. crimi.§.diligenter, col.40. verſi. pro quo etiam facit, ſub num.198. Grat. inter conſ.matrimo. conſ.35. in fin. Balb. in trac.præſcrip. parte pri. princi.quæſtio.v. col.fin. verſ.nec ob.ſi opponatur: ſic et quatenus dictum eſt, præferendum qui pecuniam conſumpſit, hoc etiam probat tex.in duobus quoque minoribus loquens, in l.ſi minor xxv. annis.D.de mino.

128 ℂ TRIGESIMOSEPTIMO quæro, an poſsit ſaltem ſocio fundum, quem cum eo communem mulier habet, alienare: & non poſſe videtur, ſicuti dicimus in pluribus emphyteotis, quorum vnus non poteſt partem ſuam ſine conſenſu domini in alterũ transferre, vt voluerunt Guli. Cun. & Albe.in l.cùm hi.§.ſi vni, & ibi Iaſ.num.3.D.de tranſac. Bal.in l.du dum, cir.med. verſi.ſecundò quod intendit, vbi pònderat ita etiam velle

gloſ.

gloſ. ibi, in verb.niſi lex.C.de contra. empti. Alex.in l.ſi domus.§.fin. col. etiam fin. num.7. & ibi etiam Iaſ.col.quoque fin. verſi.tertia concluſio, id ſequitur,licèt dicat in practica magnam eſſe authoritatem tenentium contrarium.D.de leg.pri. iterum Alex. in l.qui Romæ.§.duo fratres, col.pen. verſi.item inquantùm Bar. in x.quæſtio. & ibi etiam Iaſ. col.antep.verſi.ſecundò concludit.D.de verb. obliga. iterum Iaſ. in l.fin. col.40. num.146. C.de iu. emphy.

129 ℭ Verùm contraria in ſententia fuerunt Io.Andr. in addi. Specu.tit. de loca.§.nunc aliqua, in lxxij.quæſtio. num.93. in verb.Fiſci, in prin. Bart. in d.l.cùm hi.§.ſi vni, & ibi Caſtr.num.3.idem Bar.in d.l.ſi domus.§.fin. & ibi Ang. in fin. verb.iterum Bar.in l.& ideo.D.de condi.furti. in l.pri.cir.med. C.de impo.lucra.deſcri.lib.10.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres,in x.quęſtio. col.pen. verſi.circa primum, & ibi Areti.col.etiam pen. verſi.ſuper primo, qui communem hanc dicit opinionem (vti etiam facit Iaſ. ibi, col.quoque pen.cir.med.licèt ipſe, vt iam retulimus, alterius ſit ſententiæ) & Rip.num. 87. Calda. conſ.10. ſi eccleſia in emphyteoſim, Saly. in l.ea lege, col.pen. verſi. quæro circa idem.C.de condi. ob cau. in l.fin. col.3. in fin. verſi. ſtat ergo.C.de iu.emphy.Alex.conſ.189. viſo & maturè, col.3. verſi.nec etiam videtur, lib.2.

130 ℭ Nos autem priorem ſequimur opinionem, per ea quæ diximus ſupra in gloſ.pri.quæſtio.xv. quæ etiam verior videtur, quoniam fundamentum quo Bar.& eius ſectatores mouentur, per huiuſmodi alienationem domino præiudicium non parari, eò quòd quilibet perſonali ei ſit actione obligatus, facilè tollitur: immò in contrarium retorquetur, quia ſecundùm Alex. in d.l.ſi domus.§.fina. ſi plures fundum conduxerunt ab vno domino, quilibet non eſt obligatus niſi pro parte quam cōduxit: ſi autem vnus tantùm conduxit, cui poſtea plures ſucceſſerunt, & tunc idem, quoniam ſecundùm Iaſ. in locis prealle. perſonales actiones pro hæreditarijs portionibus diuiduntur,l.pri.C.ſi cert.peta.l.pri.& ſecun. & tot. tit.C.de hære. actio. quanquam ad hoc conetur reſpondere Rip.in d.§.duo fratres, num. 87. Ad l.autem voluntas.C.de fideicom.reſponde vt diximus ſupra in glo. pri. num.36. incip. & ex his. Ad .l.pater filium.§.quindecim.D.de leg.3. dic ibi teſtatorem prohibuiſſe ne liberti alienarent alij,quod verbum, alij, non includit ipſos libertos, ſecundùm Bar. ibi.

131 ℭ Ad cap. autem ex inſinuatione,de iu.patro. vbi ſecundùm Caſtr.in d. §. ſi vni, probari videtur ius patronatus per vnum patronum alteri poſſe compatrono donari: cui addere potes ita illum etiam tex. intellexiſſe glo. in cap. nemini,in glo.mag.16. quæſtio.vij. & in clem.fin. in ver. liberè,vbi Docto. de iu. patro. Fely. in cap. quæ in eccleſiarum, col.34. verſi. octaua declaratio, de conſti. Iaſ. in d.§. duo fratres, col.antep.verſi. ad idem facit quod vult, Afflic. in cap.pri.§. præterea Ducatus,in 3.not. num.8. & 9. de prohi.feu.alie. per Fride. reſpondere potes ſecundùm glo. ibi in d.cap. ex inſinuatione,in ver. contuliſſet.quam ibi ſequitur But. poſt prin.ver.oppo. hic innuit,& glo. in d.cap. nemini,rationem eſſe quare ibi neceſſarius non fuerit Epiſcopi conſenſus,quia ſcilicet ambo illi fratres patroni erant inſolidum: ideo frater qui in alium ius ſuum contulit,non dicitur fratri aliquid in rei veritate dediſſe, ſed ius fratris proprium eidem relaxaſſe, vt ſolus

præſentare poſſit: quod & voluit ipſe Caſtr. conſ.432. cùm ſtatutum, col. 2. verſi. ſecundò videtur, lib.pri. & Afflic. in conſtitu. Sici. incip. conſtitutionem, col.7. verſi.& pro hoc facit, ſub num.17. aut etiam dicere poſſumus in eo cap. non probari compatronum alteri poſſe compatrono ius ſuum donare ſine licentia Epiſcopi, quia ibi nullum ſit verbum, illum fratrem, cui donatio facta eſt, compatronum fuiſſe: quod duobus potuit modis contingere, ſecundùm Abba. ibi, & tunc ſecundùm eundem Abba. reſponderi poteſt, donationem clerico nomine eccleſiæ recipienti factàm eſſe, ideoq; neceſſarium non fuiſſe Epiſcopi conſenſum.

132 ℭ Præterea quicquid ſit in emphyteota, diuerſa eſt ratio in caſu noſtro, quoniam emphyteota alienare prohibetur fauore domini: at mulier ſuiipſius fauore ob imbecillitatem ſexus, vt diximus ſupra in præfa. ſed prohibitio, quæ fauore prohibiti emanauit, ad eam quoque alienationem trahitur, quæ ſocio fieret, ſecundùm eundem Bar. in d.§. ſi vni, per illum tex. cir. med. vbi ſequitur Caſtr. num.4. Bal. in cap. vni. col. fi. poſt prin. de aliena. feu. vbi idem inquit in prohibitione fauore cauſæ ob publicam vtilitatem introducta.

133 ℭ TRIGESIMOOCTAVO quæro, quid ſi contrahat cum ſancto aliquo homine huius fortè ſtatuti ignaro: & certè hoc caſu valere contractum per mulierem omiſſa hac ſolennitate celebratum, faciunt quæ latè congeſſit Tiraq. in trac. de pœn. cau.51.

134 ℭ Veruntamen contrarium expreſſè conſuluit Corn. loquens in ſtatuto prohibente mulieres & minores ſine certa ſolennitate contrahere, Corn. inquam in conſ.35. ſemper mihi, col.2. lib.3. vbi inquit, etiam ſi ſtatutum rationem exprimat id ſcilicet ſtatuere ne mulieres & minores ſeducantur, hanc tamen rationem eſſe impulſiuam non finalem: ideoque ſtatuti diſpoſitionem non ceſſare, licèt ratio ceſſet, quia fortè minor aut mulier contrahat cum ſancto homine, qui eos non ſeducat: cui quantùm ad id, ceſſante cauſa impulſiua, diſpoſitionem tamen non ceſſare, addere poteris infini. concor. per Tiraq. adductos in trac. ceſſan. cau. ceſ. effec. limita. pri. apud quem etiam comperies quando finalis vel impulſiua præſumatur. Nouiſſimè tamen cogitandum videtur ſuper hac Corn. ſententia, ex his quæ diximus ſupra hac ead. gloſ. in xxix. quæſtio. & mult. ſeq. & quam in omnem caſum intelliges procedere niſi tamen contractus verè ipſi ſit mulieri vtilis, ſecundùm ea quæ dicemus infra in 50. quæſtio.

135 ℭ TRIGESIMONONO quæro, quid ſi cum eccleſia aut clericis contrahat: quam quæſtionem tetigit & indeciſam reliquit Iaſ. in l. ſiliusfamilias.§. diui, col.9. in fi. verſi. quam intellige procedere, ſub num.54.& 55. D. de leg.pri. ſed eam decidit Bal. in l. generali, in fi. C. de ſac.ſan.eccle. inquiens hoc caſu huic non eſſe ſtatuto locum, cuius concor. infini. citat Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. num. 162. cum duo. ſeq. & præterea Calda. conſ.13. pro parte, col.pri. verſi. in contrarium facit, Io. de Arno. commen. 197. incip. ſtante hoc, Philip. Fran. in rub. de teſta. in 6. col. 5. verſi. & facit quod dixit Bal. Io. Duran. de arte teſta. tit.pri.cau.2.nu. item 2. Nico. Boe. in conſue. Bituri. tit.pri.§.4. in glo.pen. in ver. ne peut donner, in fi. D. Io. Cepha. conſ.109. Ioannes Baptiſta, num.19.vol.pri. D.

Aegi. Boſſi. tit. de princi.num. *339.* vbi ſtatutum inquit verbis quantumcunque generalibus vtens, clericos non comprehendere, & ibi concor. citat, comūnemque hanc eſſe opinionē aſſerit: & facit quod not. Bello.conſ. *16.* ſtat ſtatutum, in prin. vbi communem dicit ſententiam, ſtatutum prohibens mulierem teſtari, locum non habere cùm ad pias cauſas teſtatur.

136 ℭ Non deſunt tamen qui contrarium teneant, quos etiam commemorat Tiraq. vbi ſupra, num. 165. cum mult. ſeq. & præterea Ferro. in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iu.perſo.§.*3.* col.*6.*verſi. in pia etiam cauſa: quæ poſterior opinio verior videtur, quoniam quando ſtatutum concernit ſolennitatem in contractu adhibendam, tunc etiam comprehendit contractum cum clerico aut eccleſia faciendum, vt ſentit Fede. de Sen. & clariùs But. Abb. & alij quos recenſet Tiraq. in d.glo.8. num.168. cum duo.ſeq. & præter eum, Signo. conſ.21. ſtatuto ciuitatis Mediolani, per totum, max.col.*6.* verſi. eſt enim vna limitatio, Albe. in trac.ſtatu. parte 2. quæſtio.ij.incip. ex prædictis oritur, in fi. Bal. in l.pri. col.20.verſi. ſed hîc quæro, an arctet clericum, & verſi. ſequitur, in rep. mag.C. de ſum. trini. vti allegatur ab Alex. quo loco eum ſtatim citabimus, quam tamen nos repe. videre non potuimus, idem Bal. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, col.fin. verſi. ſed nunquid eſt contra eos, & ibi Dec.col.pen.verſi. ſecundus caſus, de conſti. iterum Bal. in cap. clerici, ante med. verſi. ſed hîc queritur de tali dubio, de iudi. Saly. in aut. caſſa, col.fin.verſi. quæro modò.C. de ſac.ſan.eccle. Cardi. Floren. in cap. perpendimus, in ix. quæſtio. de ſenten.excom. vbi id verum intelligit, modò talis ſolēnitas de facili ſit obſeruabilis, vt videtur in caſu noſtro. Rom. conſ.*166.* viſo diligenter, col.pri. vbi ex hoc reprehendit Bal. in d.l. generali, ad id non animaduertentem, Alex. conſ.*93.* viſis diligenter, col. fin.verſi. etiam facit quod not. Bal. & verſi. ad idem etiam quod not. Saly. lib.2. ſi tamen ſolerter inſpiciatur, quia dum dubitat, loquitur tantùm quando ſtatutum alienationem in non ſubditos ſimpliciter prohibet, Corn. ſiue quiſquis is eſt inter eius conſilia, conſ.*64.* conſuluit D. Guido, per totum, maximè col.2.verſi. ſortificantur, iuncto verſi. igitur in forenſe, lib.3. vbi etiam col.2.verſi. & hoc modo, ſequitur declarationem Cardi. Floren. vbi ſupra, & ibi etiam col.3. eorum diſtinctionem reprobat, qui intereſſe exiſtimarunt, vtrum in ſeculari, an in canonico ſoro ageretur, Opizo. in rep. l. filiusfamilias.§. diui, nu.78. & ſeq.D. de leg.pri. vbi Cardi. ſequitur, Hippo. Rimi. inſti. de donati.§.pri. num.388. iuncto num.411. cum tri. ſeq. vbi & ipſe ex hoc Bal. & ſequacium dictum arguit, & ibi etiam num.*385.*vſque ad num. 432. ex hoc eorum opinionem tuetur, qui tenuerunt, in donatione eccleſiæ facta quingentorum aureorum ſummam excedente, inſinuationem requiri.

137 ℭ Quam & nos ſententiam ſequimur: quanquam contrarium ſentiat Fulg.conſ.104. quædam domina Lucia, col.fin.verſi. ſupereſt videre, quem ſequitur Soc.Iun.conſ.95.præſens conſultatio, col.pri.verſi.nec obſt. quòd in prædicto, lib.2. quod & voluit Capi. deciſi.201. in cauſa, num.4. ſed poteſt dici Fulg. loqui quando ſtatutū diſponit ſuper eo ſuper in quo eccleſia vel clerici ſunt expreſsè priuilegiati, vt ipſe in caſu ſuo ſupponit: de quo tamen tu videbis Hippo. Rimi. quo loco eum in præce. verſi. citauimus: ad quod etiam facit quod diximus ſupra in glo.21.in ver. occaſione dotis ſuę, nu. 4. incip. qua in controuerſia: Soc. autem Iun. loquitur in vltima voluntate,

tate,

tate,& quando teſtator clericus eſſet, de quo & tu vide Bar. in l. pri. col. 9. verſi. quintò quæro, & ibi recen. C. de ſum. trini. Bal. & Saly. in aut. caſſa. C. de ſac. ſan. eccle. But. & Abb. in cap. quod clericis, de for. compe. Imo. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. pen. verſ. ſi autem quæritur, de conſti. Corn. d. conſ. 64. col. fin. verſi. conſtat enim, lib. 3.

138 ℭ Et facit etiam quòd ratio eorum, qui ſuper eo, de quo principaliter loquimur, in diuerſa fuerunt ſententia, in eo verſatur, quòd deficiat poteſtas ſtatuendi in clericos tanquam laicis principibus non ſubiectos: quæ ratio ceſſat in ſtatuto contractus ſolennitatem reſpiciente, quod forenſes quoque quanuis ſtatuentibus non ſubditos in eorum loco contrahentes comprehendit, vt aſſeruimus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. 10. & ita arguit Corn. d. conſ. 64. col. 2. verſi. ſi igitur, lib. 3.

139 ℭ Quæ etiam ſententia minorẽ hoc in Mediolanenſi ſtatuto dubitationem habet, cum hæc omnia ſtatuta per ſummũ ſint Pontificem confirmata, quanuis etiam idem eſſet ſi ſtatutum communi omnium & clericorum & laicorum cõſenſu factum foret, vt per Bal. in cap. cùm veniſſent, col. 3. verſi. opp. dicitur hic, & ibi Abb. col. pri. verſi. ſecundò not. de eo qui mit. in poſ. cum alijs per Tiraq. adductis in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 13. nu. 2. & ita expreſsim in hoc ſtatuto voluit idem Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. nu. 173. incip. ex quibus. Hanc tamen ſententiam à nobis ſupra affirmatã procedere intelligimus niſi mulier aliquid faciat aut eccleſiæ ſe obliget pro ſalute animæ, puta ei aliquid donando, per dicta ſupra in glo. pri. quæſtio. 26. & 27. & hoc modo ſaluari poteſt dictum Bal. in d. l. generali, qui ſic loquitur, & ita illud declarat Io. Crot. in rep. l. nemo poteſt, col. 13. verſi. ſecundò limitatur. D. de leg. pri.

140 ℭ QVADRAGESIMO quęro, an mulier poſsit ſine huius ſtatuti ſolennitate iuſiurandum litis deciſiuum deferre: quod videtur, ſicuti & emphyteota poteſt ſine conſenſu domini, ſi credimus Rom. idipſum aſſerenti, in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. pupillus, cir. fin. verſi. vlteriùs facit iſte tex. D. de iureiu. vbi mouetur quia iuſiurandum & tranſactio æquiparantur, l. 2. D. de eod. tit. ſed vaſallus poteſt ſine conſenſu domini tranſigere, cap. ſi vaſallus de beneficio, tit. ſi de feu. fue. conten. inter vaſal. & ali. ſeu veriùs ſi de feu. defun. con. ſit inter dom. & agna. & per dictum Spec. tit. de arbi. §. reſtat, & eſt in verſ. ſed nunquid vaſallus, vbi exiſtimat vaſallum poſſe ſine conſenſu domini compromittere.

141 ℭ Nobis tamen contraria magis ſentẽtia placet, quã cõtra Rom. tenent Guli. Cun. in d. §. pupillus, & ibi Iaſ. col. pri. idem Iaſ. in l. fin. col. 35. verſi. xi. quæro, ſub num. 123. C. de iu. emphy. qui reſpondet ad dictum Spec. illud ſcilicet verum non eſſe, vti & nos latiùs etiam in muliere ex hoc ſtatuto ſine certa ſolennitate alienare prohibita, aſſeruimus ſupra in glo. pri. quæſtio. xciij. Ad dictum autem cap. ſi vaſallus de beneficio, reſpondet Iaſ. loqui in vaſallo, & non procedere in emphyteota, aut & meliùs ſubdit idẽ Iaſ. dici poteſt id ſimpliciter non procedere, ſed diſtingui, an vaſallus vel emphyteota poſsideat, & an rem aduerſario tradat, an verò ipſe eam retineat: tu verò latiùs dicas vt nos diximus ſupra in d. glo. pri. quæſtio. xi. & mul. ſeq.

142 ℭ Præterea quicquid ſit in emphyteota aut vaſallo, pupillũ, qui proximè noſtrũ ad caſum accedit, cùm & is ob intellectus imbecillitatẽ ſua prohibeatur negotia ſine tutoris authoritate adminiſtrare, certũ eſt huiuſmodi non poſſe iuſiurandum deferre.l. pri. poſt prin. verſ. ſi pupillus. D. quar. rer. acti.non dat. & melior tex.in l. tutor pupilli .§. prodigus. D. de iureiu. vbi dicitur, prodigum, omneſq; alias ſimiles perſonas non poſſe iuſiurandum deferre, & in d. l. iuſiurandum quod ex conuentione.§. pri. D. eod. tit. vbi generaliter traditur, ei qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem non habet, & qui alienare nõ poteſt, interdictã quoque eſſe iuriſiurandi delationem, & ibi hoc not. Bal. Ang. & recentio.

143 ℭ QVADRAGESIMOPRIMO quæro, & an e contra ipſi poſsit mulieri hoc iuſiurandum omiſſa ſtatuti ſolennitate deferri, & ſimiliter dicendum eſt non poſſe, argumento quoque pupilli, cui pariter ſine tutoris authoritate non defertur.l. iuſiurandum & ad pecunias .§. pupillo. D. de iureiu.

144 ℭ SED HIC QVADRAGESIMOSECVNDO dubitatur, quid ſi delatum ipſi mulieri ſine hac ſolennitate fuerit iuſiurãdum, quæ iurauerit, an valeat quod iuratum eſt: & certè ſi iurauerit pro ſe, certũ erit valere, per tex. in l. qui iuraſſe, in prin. D. de iureiu. vbi poſteaquam quis iurauit obſeruandum eſt iuſiurandum aduerſus eum qui illud detulit, nulla habita diſtinctione cuius ſexus ætatisue fuerit qui iurauit: & id in pupillo pro ſe iurante annotauit etiam gloſ.in l.iuſiurãdum quod ex conuentione .§. pupillus, in ver. debet, & ibi Docto. D. eo. tit. & in l. iuſiurandum, & ad pecunias .§. pupillo, in ver. etiam, pupillo, eo. quoque tit.& ad hoc optimè faciunt quæ dicemus infra quæſtio 50.

145 ℭ Sed ſi iuret mulier contra ſe, res dubitationem habere videtur, nam quòd hoc caſu cuſtodiendum non ſit iuſiurandum, facit quoniam ita quoque in pupillo conſtitutum eſt, ſecundùm Alex. in d. l. qui iuraſſe, in prin. col.2.in prin. verſi.quantùm autem, & ibi Iaſ.col.pri.verſi.nota ꝙ pupillus.

146 ℭ Contrarium tamen concludendum eſt in caſu noſtro, quoniam ratio prædictæ deciſionis ſecundùm præalle. Docto. eſt, quia pupillus non eſt doli capax, vt dicit tex. in d. l. qui iuraſſe, in fine prin. ideoq; iureiurando non obligatur, aut.ſacramenta puberũ, à cõtrario ſenſu, & ibi not. Docto. C. ſi aduer. vendi. ſed mulier tanquã doli capax iuſiurandum etiam extraiudicialiter ſine huius ſtatuti ſolennitate præſtitum cogitur obſeruare, vt diximus ſupra hac eadem gloſ. quæſtio.ij. quo fit vt & aliud ſit in pupillo pubertati proximo, quia cùm is ſit doli capax .§. pupillus, cum glo. in ver. infantiæ proximus, & ibi Docto. inſti. de inuti. ſtipu. iureiurando obligatur, vt aſſerit Alex. in d. l. qui iuraſſe, quo loco eum ſupra citauimus, & eſt cõmunis Docto. ſententia, quã & nos ſecuti fuimus ſupra hac etiam gloſ. quæſtio.9.

147 ℭ QVADRAGESIMOTERTIO quæro, an mulieri prætermiſſa huius ſtatuti ſolennitate aliquid ſolui poſsit, ita vt ſoluens liberetur: & Rui.conſi. 159. ſuper eo de quo, col.2.verſi.& non tantùm, lib.5.loquens de ſtatuto prohibente minorem contrahere aut obligari ſine conſenſu propin-

propinquorum,decidit eum non poſſe etiam ſolutionem recipere, quia re cipiendo ſe obligat ad non petendum, quæ obligatio ei à ſtatuto interdicitur: quod maximè ſubdit procedere ſi expreſsè promitteret non petere, aut non contrauenire,quia cùm ſtatutum,inquit,obligationem prohibeat, cenſetur etiam pactum de non petendo prohibere, allegat doctri. Bar. in l. ſi vnus .§. pactus ne peteret .D. de pac. & eſt in col. 4. verſi. quod facit pro ſtatuto: cui addere poteris infini. Bar. concor. quos congerit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 5. num. 4. incip. ſed quid, de quo nos quoque diximus ſupra in gloſ.4. in ver. vel diſtractu, in prin. Et facit quòd idem in pupillo quoque conſtitutũ eſt, cui debitor ſine tutoris authoritate ſoluens non liberatur .§. at ex contrario, inſti. qui. alie. lic. l. pupillo, in prin. D. de ſoluti.niſi iudicis iuſſus interceſſerit, vt in d. §. at ex contrario, verſ. ſed hoc etiam, & l. ſancimus, pri. & l. conſtitutionem . C. de admi. tuto. & niſi pupillus ſaluam habeat pecuniam, aut ex ea locupletior factus ſit,d. §. at ex contrario, verſ. ſin autem aliter, & d. l. pupillo, in fi. vbi etiam probatur id generaliter procedere in omni perſona alienare prohibita, vt ei ſcilicet ſolui non poſsit,vti per illum quoque tex.voluit Ferro. poſt Albe. quem citat, in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iur. perſo. §. 3. col. pri. verſ. & qui alienare, vbi id trahere videtur ad id de quo ſpecialiter tractamus: quantùm autem ad id quando cum aliena mulier iactura locupletaretur, vide quæ latiùs diximus ſupra in glo. 24. in ver. nec in caſu quo realiter & verè,per totam: quantùm autem ad illud an iudicis authoritas conſenſum ab hoc ſtatuto requiſitũ ſuppleat,tractatũ à nobis eſt ſupra in glo.8.in ver. mariti,nu.35.incip.igitur,& ſeq.& in glo.10.in ver.cũ ipſo marito,quæſt.ij.

148 ¶ QVADRAGESIMOQVARTO quæro, quid ſi econtra mulier alteri indebitum puta ſine huius ſtatuti ſolennitate promiſſum ſoluerit, an repetitionem habebit,& habiturã arbitramur,primò per id quod diximus ſupra in glo. pri. num. 77. incip. trigeſimo, & 105. incip. poteſt & generaliter,& ſeq. vbi aſſeruimus mulierem, quę non ſeruata huius ſtatuti forma poſſeſsionem in alium tranſtulit, eam repetere poſſe.

149 ¶ Secundò quoniam mulier ſine ſtatuti huius ſolẽnitate contrahens nec naturaliter quidem obligatur, vt traditum eſt à nobis ſupra in glo. 16. in ver. non valeat, quęſtio.iij. ea enim eſt vera & cõmunis regula, ſoluentem nec naturaliter ſaltem obligatum repetere: ſecus in naturaliter obligato.l. fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor,verſ. naturales obligationes.D. de fideiu.l. hæres à debitore.§.quòd ſi hic ſeruus.D.eo.tit.l.frater à fratre,& ibi Doct. D. de condi. inde.l.naturaliter, in prin. & .§. fi. & ibi gloſ. in ver. repetit. D. eo.tit.l. quod pupillus, vbi Docto.D.eo.etiam tit. Iaſ. in.l.pri.§. ſi quis ita, col. pri. num.5.D. de ver. obli.

150 ¶ Immò ea regula, quatenus dictum eſt naturaliter obligatũ ſoluentem repetitionem non habere, intelligitur in ſoluente per errorem iuris aut facti non probabilis, ſecus ſi probabilis.l. cùm quis, vbi glo. vni. in prin. quam ibi ſequuntur Docto. C. de iur. & fac. igno.& glo.pri. in l.pri. & ibi Bar. col.3. verſ. his præmiſsis,& col. ſeq.Ang. col.2. verſ. ſequitur in gloſ. Alex. col.2. verſ. iuxta pręd1cta, & Iaſ. col.9. verſ. ex vltima parte gloſ.qui concor.citat.D. de condi. inde. & pręter allegata per Iaſo. idem Bar. in .l. naturaliter .§. fi. cir.prin. & ibi Ang. etiam cir.prin.verſ.& intellige,& Iaſ.

etiam cir. prin. qui Ang. & Iaſ. illum. §. legunt ſimul cum prin. legis. D. eo. tit.

151 ℂ Sed & propiùs ad terminos huius ſtatuti facit, quòd eadem concluſio, qua diximus ſoluenti naturaliter obligato repetitionem non dari, in muliere tuta S.C. Velleiano locum non habet. l. quanuis. §. interdum, & ibi Bar. D. ad S.C. Velle. ſicut nec in pupillo ſine tutoris authoritate, aut furioſo, vel eo cui bonis interdictum eſt, ſine curatore ſoluente. l. interdum, & ibi Docto. D. de condi. inde. & not. glo. vni. in d. l. cùm quis, poſt prin. & ibi Bar. & alii. C. de iur. & fac. igno. idem Bar. in. l. pri. col. 4. verſ. his præmiſsis, vbi & alii ſequi videntur. D. de condi. inde.

152 ℂ Tertiò quia exceptio ex hoc ſtatuto deſcendens eſt fauorabilis, vt iam diximus ſupra in præfa. in 2. dub. ſed fauorabilem habens exceptionem, ſi ſoluit, repetit. l. qui exceptionem, vbi gloſ. Bar. Iaſ. & alii. D. de condi. inde. Bar. ex hoc ad propoſitum noſtrum infert, tutum exceptione ſtatuti prohibentis mulierem aut minorem ſine conſenſu propinquorum contrahere, ſoluentem repetere, eo quòd ex hoc ſtatuto fauorabilis oriatur exceptio, vbi tamē Bar. & alii, quod dictū eſt, habētem odioſam exceptionē nō repetere, ita demū verum intelligunt, ſi per errorem iuris ſoluat; ſecus ſi per errorem facti probabilem tamen; quod & per omnia annotauit gloſ. in d. l. cùm quis, poſt med. verſ. ſi autem perpetua, & ibi etiam Bar. col. fin. verſ. ſecundum membrum, & verſ. tertium membrum, Caſtr. col. fin. & Iaſ. col. etiam fin. verſ. in ea. glo. ſi autem perpetua, & verſ. in ea. glo. ibi, in ver. odioſa. C. de iur. & fac. igno. & glo. fin. in. l. ex diuerſo, & ibi Docto. D. ſol. matri. idem Bar. in. l. qui inuicem, cir. fin. & ibi alii etiam Docto. D. de condi. inde. iterum Bar. in. l. ſi cùm dos, in prin. in 3. oppo. D. rer. amo. Docto. in. l. qui ſe debere. D. de condi. cau. dat. non ſecu. vbi odioſam tunc demum exceptionem repetitionem dicunt impedire, ſi contra naturalem ſit æquitatem, & ſoluens tractet de lucro.

153 ℂ Quartò & vltimò, quia contractus per mulierem contra ſtatuti huius formam factus, ipſo eſt iure nullus, vt aſſeruimus ſupra in glo. 16. in ver. non valeat, quæſtio. pri. ex quo conſequens fit ſoluenti repetionē non dari, vt probatur in. l. quod dicitur, pri. cir. prin. iuncto. §. ſi dos. D. de impen. in re. dota. fac. dum cir. prin. dicitur, impenſas dotali in re factas ipſo dotē iure minuere, & dum in d. §. ſi dos, deciditur, maritum qui dotem impenſis in ea factis non detractis ſoluerit, earum tamen repetitionem habere; hanc eandem etiam concluſionem probat. l. qui inuicem, & ibi hoc annotarunt gloſ. vni. Bar. & Iaſ. vterque cir. med. D. de condi. inde. Tiraq. in rep. l. ſi vnquā, in ver. reuertatur, num. 348. C. de reuo. dona. vbi alios citat concor. & præterea idem Bar. in. l. ſi cùm dos, in prin. in 2. oppo. D. rer. amo.

154 ℂ QVADRAGESIMOQVINTO quæro, ſi mulier aliquod habuerit priuilegium, puta immunitatem non ſoluendarum gabellarum, an per actum poſsit contrarium, vt per ſolutionem ſola illi renuntiare: quæ quæſtio ſatis ex præcedenti deciſa videtur, ex quo diximus indebitum quoque, quod plus eſt, ſolutum repetere poſſe; verùm ne hac etiam in re authoritate careamus, hoc ſcilicet modo priuilegium non amitti, voluit Alex. loquens in ſtatuto prohibente commune ſiue vniuerſitatem ſine certa ſolennitate obligari, in conſ. 190 maturè digeſtis, cir. fin. lib. 2. cui dum moue-

tur,

tur, ſtatutũ prohibens obligationem, cenſeri renuntiationem quoq; prohibere, addes alios concor. quos adduximus ſupra in glo. 4. in ver. vel diſtractu, per totam, & ſupra hac ead. gloſ. quæſtio. xxix. num. 106. incipi. animaduertendum.

155 ¶ QVADRAGESIMOSEXTO quæro, an per hoc ſtatutum mulieri remiſſæ videantur aliȩ ſolennitates a iure communi vel ab aliis ſtatutis requiſitæ, ita ſcilicet, vt ſi adhibita huius fuerit ſtatuti ſolennitas, valeat contractus non obſtante alio iuris communis vel ſtatuti impedimento: & dicendum eſt remiſſas non videri, per nota. per Caſtr. conſ. 82. in iſta donatione, in 2. dub. lib. 2. vbi ſtatutum inquit requirens conſenſum propinquorum in contractibus mulierum, locum non habere in donatione inter virum & vxorem, tanquam aliàs inutili, quem ſequitur Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in ver. libertis, num. 113. incip. illam tamen. C. de reuo. dona. & in priori loco ſtatim allegando: & per id quod iterum tradit Caſtr. in conſ. 106. hoc exordio, incipiendo à ſecundo, in pri. dub. lib. 2. vbi loquens de ſtatuto requirente certam in contractibus minorum 20. annis ſolennitatem, per hoc alias inquit remiſſas non cenſeri iuris communis ſolennitates, videlicet curatoris authoritatem, iudicis decretum, legitimamq; alienandi cauſam, quem ſequuntur Dec. conſ. 110. verè vt puto, col. pri. & conſ. 222. viſo puncto, col. 2. in fin. verſ. non ob. ſi dicatur quòd ſtatutum, & Tiraq. quo poſteriori loco cum ſtatim citabimus.

156 ¶ Et per id quod not. Tiraq. in d. trac. de leg. connu. gloſ. 5. num. 41. incip. ſed & eſt aliud, & ſeq. vbi generaliùs dicit, ſtatutum mariti conſenſum in contractibus vxoris requirens, de contractibus validis non etiam inualidis intelligendum, quia non eſt, inquit, veriſimile, ſtatutum quod contractũ ſine certa ſolennitate factum irritat, de inualido intellexiſſe, quia hoc ſuperfluum eſſet, quoniam quod nullum eſt, ampliùs annullari non poteſt, l. nam & ſi ſub conditione, cir. med. D. de iniu. rup. & irri. fac. teſta. cum ſimili. & clariùs ita hanc quæſtionem decidit Deci. in d. conſ. 110. in pri. dub. & Tiraq. in d. trac. de leg. connu. glo. 8. quæſtio. vi. Ex quibus ſatis liquere poteſt, mulierem, ſi filiafamilias fuerit, non poſſe ſe obligare ſine cõſenſu patris, aut aui in cuius poteſtate eſt, iuxta ſtatutum Mediolani 416. infra hoc eod. vol. & Comi. 67. in ciuili. præter ſcilicet ſolennitatem ab hoc ſtatuto requiſitam, vbi tamen d. ſtatutum de filiofamilias loquens, locum habeat in filiafamilias, de quo diximus ſupra hac eadem gloſ. num. 104. incip. illud autem.

157 ¶ QVADRAGESIMOSEPTIMO quæro, quid ſi mulier alienauerit ſine hac ſolennitate rem alienari prohibitam, puta emphyteoticam ſine conſenſu domini, an caducitatem incurrat, quam quæſtionem latè tetigit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. xxiiii. & in trac. retrac. tit. pri. §. pri. in glo. 2. num. 6. quibus in locis per multa quæ allegat, negatiuam ſequitur opinionem, quæ etiã magis cõmunis videtur, vt colligitur ex allegatis per eum, quam etiã præterea tenent Fely. in cap. nobis, poſt med. verſ. facit quod dicit Bal. de ſymo. Iaſ. in l. 2. §. quòd ſi in patris, col. 6. verſ. ad idem & vltimò. D. ſol. mat. Cur. Iun. in l. vbi pactum, in fin. ver. C. de tranſac. & in ſtatuto prohibente nobili actionem cedi ſub pœna amiſsionis iuris cedentis, vt ſcilicet cedens pœnam euitet, ſi inutilis aliàs ſit ceſsio, voluit

ſuit Crau. conſ. 191. in cauſa, num. 6. & 7. lib. pri. & in vaſallo feudum ſine conſenſu domini alienante, vt illud non amittat, ſi ex alio capite nulla ſit alienatio, cōmunem dicit opinionem Illuſtris D. meus, vir non mediocris eruditionis, D. Iulius Clarus, ob eximias illius virtutes Mediolanenſis Senator meritiſsimus, eiuſdemq; Mediolanenſis prouinciæ Regens apud Sereniſsimū D. noſtrum Philippum Hiſpaniarū Regem, lib. ſenten. recepta. 4. quæſtio. xxxi. num. 32. licèt ipſe aliter diſtinguat, vt ſtatim dicemus.

158 ℂ Verùm animaduertendum eſt, hanc ſententiam communiter receptā, eſſe contra aliam communem opinionem à nobis ſupra relatam in glo. pri. quæſtio. xc. num. 354. incip. quò verò, & ſeq. vbi aſſeruimus, prodigum atque etiam mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate delictum in faciendo committentem non excuſari, ſi de pecuniaria pœna agatur; de qua & nos tractamus, per quæ apparet non obſtare adducta per Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. xxiiij. præſertim in fi. vnde neceſſe eſt fateri alterutrā ſententiam falſam eſſe: ſed nos tenendo eam opinionem in qua fuimus ſupra in d. gloſ. pri. d. quæſtio. xc. veriorem arbitramur eorum partem qui exiſtimauerunt, mulierem emphyteoſim irrequiſito domino alienantem à iure ſuo cadere, quos commemorat Tiraq. in d. trac. de leg. connu. glo. 8. num. 206. incip. contrarium tamen: & ſic contraria ſententia procedere poſſet in caducitate quæ ob ceſſationem ſolutionis canonis introducitur, quia iſtud eſt delictum in negligendo, in quo & prodigus & mulier excuſantur, vt diximus ſupra in d. gloſ. pri. num. 313. incip. aut verò loquimur: non enim par eſt ratio delicti in faciendo commiſsi, & delicti in omittendo, arg. nota. per gloſ. & Docto. in l. ſi mora. D. ſolu. matri.

159 ℂ Ex his igitur Lector diſtinctionem habes, an agatur de caducitate ob alienationem, & verior ſit contra Tiraq. ſententia: an verò tractetur de caducitate propter omiſſam canonis ſolutionem, & tunc illius opinio procedat: quæ ſententia quantùm ad primum caſum ſaltem procedit quando dolus interuenit, ſecundùm Clau. Aquen. à nobis relatum in d. glo. pri. num. 355. Niſi quis ſuſtinendo Tiraq. & communem Docto. ſententiam, dicat diuerſam eſſe rationem in caſu iſto, quia ea quæ diximus in d. glo. pri. num. 354. & 355. procedunt quando perſona prohibita contrahere ſine certa ſolennitate delictum committit, ex quo condemnatur pœna pecuniaria Fiſco applicanda, hic autem quando pœna pecuniaria erga partem læſam coercetur: ſed reſponderi poteſt ex dicto glo. in l. item veniunt. §. in priuatorum, in ver. in publica. D. de peti. hære. de qua etiam mentionem fecimus ſupra in glo. 4. in ver. vel diſtractu, num. 6. Et poſſet alio quoque modo diſtingui, vt in vaſallo diſtinguit illuſtris D. meus D. Iulius Clarus quo loco eum ſupra citauimus, an peruentum ſit ad veram traditionem, an ad fictam tantùm, ſcilicet per conſtitutum, de quo & tu an traditio poſſeſsionis per conſtitutum faciat emphyteotā rem emphyteoticam ſine conſenſu domini alienantem, caducitatem incurrere, videbis Tiraq. in trac. de iu. conſti. parte 3. limita. 26.

160 ℂ QVADRAGESIMOOCTAVO quæro, quid ſi mulier rem ſine ſtatuti ſolennitate alienauerit, eamq; effectualiter tradiderit, quæ apud emptorem perierit, cuius erit periculum: & primùm videtur mulieris eſſe, quoniam cùm tranſlatum in emptorem non ſit dominium vetante hoc ſta-

tuto, conſequens ſit rem perire periculo eius qui eſt dominus .l. pignus .C. de pigno. actio. ſed contra illud ſtatim occurrit, hoc modo ſtatutum iſtud in fauorem mulierum introductum, vt aſſeruimus ſupra in præfa. in earum odium & damnum retorqueri, contra l. quod fauore .C. de legi. & .l. nulla iuris. D. eod. tit. ſed rem perſtringẽdo hanc quæſtionem latè tetigit Tiraq. in trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. 34. vbi varias refert opiniones, tandem verò ipſe ſequi videtur diſtinctionem Rip. in cap. cùm eccleſia Sutrina, col. 20. verſ. prædicta etiam concluſio, de cau. poſ. & proprie. diſtinguentis vtrum conſtet rem fuiſſe eodem modo perituram penes mulierem, & mulieris ſit periculum: aliàs autem emptoris: cui addo eam opinionem, emptoris eſſe periculũ, vltra per Tiraq. allegata, tenuiſſe etiam Rom. ſing. 331. ſecundùm vete. impreſ. & ſecundùm nouiſ. 335. incip. tu ſcis, aliàs tu ſai, & Io. Anto. Trigo. ſing. 39. ſtatuto cauetur. Addo præterea aliam & quartam opinionem diſtinguentem inter cõtractus vltro citroq; obligatorios, vt eſt emptio & venditio, & non vltro citroque obligatorio, vt mutuum, vt priore caſu periculum ſpectet ad mulierem, poſteriore ad emptorem: quã poſuit Io. Mar. Rimi. in .l. non omnis .§. ſi pupillus, in fi. D. ſi cer. peta.

161 ℭ Nos tamen Rip. & Tiraq. diſtinctionem ſequimur, quam etiam addimus tenuiſſe Alcia. in d. §. ſi pupillus, col. fi. verſ. qua ratione, quæ etiam eſt de mente Deci. ibi, ante fin. verſ. & ad idem: pro qua, vltra ea quæ adducit Tiraq. vbi ſupra, facit tex. in .l. verùm .§. pen. D. de mino. vbi minor non reſtituitur ſi locupletem adijt hæreditatem, quæ naturali rerum interitu damnoſa poſtea effecta eſt, quoniam id quod fato ei contigit, cuiuis potuit patrifamillas quanuis diligentiſsimo contigiſſe: præterquam tamen in caſu de quo ibi: & tex. in .l. ſi is qui Reip. D. ex qui. cau. maio. vbi abſens Reip. cauſa in integrum reſtitutionem non habet, ſi damnum illud, ob quod reſtitui deſiderat, præſens quoque paſſurus erat.

162 ℭ Nec obſtare arbitramur eorum fundamentum, qui indiſtinctè exiſtimarunt periculum emptorem ſequi, ea ratione, quòd ſi in ipſum emptorem mulier dominium nõ transfert, hoc cõtingit iure ſpeciali huius ſtatuti, quo caſu locum non habet regula d. l. pignus, ſecundùm gloſ. in d. §. ſi pupillus, in ver. eius, quam ibi ad hoc not. Docto. quia hæc limitatio vera non videtur: quod ſic propius ad terminos noſtros probatur: certum eſt mulierem marito donare non poſſe, nec econtra, virum vxori, tot. tit. D. & .C. de dona. inter vir. & vxo. item certum eſt dominia traditionibus transferri .l. traditionibus .C. de pac. ſed ſpeciale eſt in donatione inter virum & vxorem, vt dominium non transferatur .l. 3. §. ſciendum .D. de dona. inter vir. & vxo. & not. Bar. & alij in .l. 3. §. ſi vir vxori. D. de acqui. poſſeſ. & tamen nos habemus, ſi res per mulierem viro aut econtra donata & tradita perierit, periculum ad emptorem pertinere, tex. eſt not. in .l. ſi id quod donatum, in prin. D. de dona. inter vir. & vxo. & licèt glo. in .l. quod vxor viro, quã ibi ſequuntur Caſtr. & Alex. D. de acqui. poſ. dicat huius rei, illo tamen tex. non commemorato, rationem eſſe, quia donatarius non tenetur niſi quatenus factus eſt locupletior, vt eſt tex. quem gloſ. allegat, in l. ſi ſponſus .§. ſi conceſſa .D. de dona. inter vir. & vxo. & præterea tex. in .l. ſed ſi vir ex lana .§. quod legaturus, & .§. ſi vir vxori munus .D. de eo. tit. tamen ipſemet tex. in d. l. ſi id quod donatum, hanc ipſam rationem adducit, quòd res donata manet eius qui illam dedit, vbi & glo. in ver. meritò,

fatetur

fatetur hanc bonam eſſe rationem, per tex. in d. l. pignus, licèt etiam ſubdat aliam validiorem eſſe, quia donatarius non tenetur niſi quatenus fit locupletior: ex quibus intelligis veram non eſſe gloſ. in d. §. ſi pupillus, cũ præſertim nihil alleget, & licet Docto. ibi, pro ea adducant eam regulam quòd hoc modo introducta in fauorem, retorquerentur in odium, tamen ad id patet reſponſio ex dictis Dec. ibi, col. pen. verſ. ſed in prædictis, & Tiraq. vbi ſupra, num. 279.

163 ℂ Et prædicta intelligo vera quando res periit ſine culpa eius qui eam à muliere habuit: ſed ſi eius culpa interceſſerit, quicquid gloſ. 2. in d. l. ſi id quod donatum, in caſu illius legis dixerit, puto in caſu noſtro ſpectandam contractus naturam, an in eo culpa præſtetur necne, de quo in l. contractus, vbi Docto. D. de reg. iur.

164 ℂ QVADRAGESIMONONO quæro, an ſtatuti huius exceptio poſſit non ſolùm à muliere ſed à tertio quoque contrahente allegari, puta ſi mulier velit ſtare contractui ſine huius ſtatuti ſolennitate celebrato, aduerſario recuſante, ſtatutiq; exceptionem deducente: & certè Caſtr. conſ. 91. in cauſa appellationis, col. 3. verſ. ſecundò dicitur, lib. pri. loquens de ſtatuto prohibente mulierem ſine proximorũ conſanguineorum præſentia obligari, negat aduerſario ſtatuti huius exceptionem competere, ſed ſoli mulieri, quæ & ipſum poteſt aduerſarium ad contractus obſeruationem compellere: quod & repetijt in conſ. 119. videtur dicendum ſuper primo, in 2. dub. lib. 2. quem ſequitur Tira. in d. trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. x. vbi id latè confirmat.

165 ℂ QVINQVAGESIMO quæro de alia quæſtione ſimili præcedenti, quid ſi cõtractus omiſſa ſtatuti huius ſolennitate factus, ipſi fuerit mulieri vtilis, an valeat: quod latè tractat Tiraq. in d. trac. de legi. connu. gloſ. 8. quæſtio. item viij. vbi valere concludit, poſt alios multos quos citat, quod & repetit in trac. le mort ſayſit le uif, parte 7. decla. pri. num. 5. & vltra per eum allegata, idem voluerunt Rom. in l. mutum. §. fi. poſt med. verſ. idem & in contractu, iunctis præceden. D. de acqui. hære. Alex. in apo. Bar. in l. apud Iulianum. §. fi. in ver. dicit ſtatutum, cir. med. verſ. itaq; omnia. D. ex qui. cau. in poſ. ea. Feli. conſ. 15. dirige domine, col. 5. verſ. præterea conſidero, in cap. edoceri, col. 7. verſ. dum dicit Abb. de reſcri. præſertim dum ſe refert ad dicta per ſeipſum in cap. cauſam, de iud. Soc. in trac. fallen. reg. 261. minor ſi ex forma, fallen. 3. Io. de Arno. ſing. 14. ſcis quòd dixi, Maran. in ſuo ſpeculo aureo, parte 4. in 10. diſtin. iudicio. num. 29. & 30. Pariſ. conſ. 96. in præſenti, col. antep. verſ. præterea tollitur, lib. pri. Cur. Iun. in l. ſi vnus. § pactus, num. 77. D. de pac. Mar. Anto. Nat. conſ. 173. accedo, col. 2. verſ. hinc videmus, lib. 1. Chaſſa. in conſue. Burgun. tit. 4. §. pri. in glo. in ver. contraulz entre les vifz, col. 3. verſ. limita quintò, Ferro. in conſue. Burdiga. tit. de ſta. & iur. perſo. §. 3. col. 4. verſ. & ſi egiſſet, & iterum col. 5. verſ. & ſi iudiciũm, Boe. in conſue. Bitur. rub. pri. §. 4. in glo. in ver. de ſon. mary, col. 2. verſ. & ſic notat.

166 ℂ Et facit etiam quia idem eſt in eccleſia ſine debita iuris ſolẽnitate rem alienante, quia ſi vtilis fuerit alienatio, propter vtilitatem ſuſtinebitur, vt præter allegata per Tiraq. vbi ſupra, num. 62. incip. nec id, voluerunt alij

plures quos congeſſit Iac. Philip. Porti. Imo. lib. commu.opini. 4.conclu. 13. in prin. & prætерea Dec. in l. non omnis .§. ſi pupillus, poſt prin.verſ. & ad hoc .D. ſi cer. peta. ex quibus conſtat hanc magis communem eſſe opinionem.

167 ℂ Et quanquam aliqui reclament,de quibus per Tiraq. quo priore loco eum ſupra citauimus, & pręterea multi alij de alienatione rei eccleſiæ loquentes, quos etiam retulit Iac.Philip.Port. vbi ſupra,cir. med. verſ. contrarium tenet, & Rolan. à Val. conſ. 99. pro fundamento, col. pen. verſ. ſecundò reſpondetur, lib. pri. vbi loquitur de alienatione rei tam eccleſiæ quàm minoris, vtroque aſſerens caſu hanc communem eſſe opinionem,Iaſonis authoritate fretus,in l.contra iuris, in fi. D. de pac. qui tamen in alienatione rei eccleſiæ duntaxat loquitur,& atteſtatur ſolùm ita communiter teneri per Doc. in l. cùm hi .§. cauſa, verſ. quid ergo, ſed veriùs eſt in .§. eam tranſactionem .D. de tranſac. quod quidem verum eſt, ita Docto. ibi communiter tenere, ſed tamen alibi magis communiter cõtrarium tenent, vt colligitur ex Tiraq. & Port. in locis prealle. qui etiam Port. in hoc omnes inquit conuenire, eccleſiam contractum nullum vtilem tamen poſſe ratum habere: ſuper quo & tu vide quæ nos dicemus infra hac ead. glo. quæſtio.lvij. & lviij.

168 ℂ Nos tamen priorem opinionem, tanquam, vt diximus, magis communem ſequimur: pro qua etiam faciunt quæ aſſeruimus ſupra in glo. pri. num.17. incip. veruntamen,& in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio.xviij. & ita in quęſtione,de qua principaliter loquimur,ſcio in hac Mediolani ciuitate iudicatum fuiſſe, doctiſſimo viro & amico noſtro Mag. D. Franciſco Piono aduocantę; quæ opinio potiſsimùm procedit in noſtro Comenſi ſtatuto eo vtente procemio, ne mulieres decipiantur, &c. nam cùm tunc conſtet de ratione ſtatuentium, quæ hoc caſu ceſſat, debet etiã ceſſare diſpoſitio .l. adigere .§. quanuis .D. de iu. patro. & ita in ſpecie voluit Barb. conſ. 53. clementiſsimum Deum, col.3. verſ. & ſi mihi dicatur, lib. 4. quanquam etiam hanc eandem rationem hoc etiam in ſtatuto ſtatuentes mouiſſe, aſſeruimùs ſupra in præfa. in pri. dub.

169 ℂ Hanc tamen concluſionem limitat Rip. in l. is cui bonis, col.12.verſ. tenendo ſententiam, ſub num. 47. D. de ver. obli.niſi ſcilicet ex hoc contractu nullo ſequatur alienatio: quam tamen nos limitationem veram non arbitramur, per ea quæ diximus ſupra, præſertim de alienatione rei eccleſiæ,quæ licèt aliàs ſit nulla,valet tamen ſi vtilis ipſi eccleſię fuerit,ſecundùm communem Doctorum ſententiam, quam nos ſupra ſecuti ſumus.

170 ℂ Veriùs tamen eadem concluſio limitari ſeu declarari poteſt vt intelligatur modò euidenter de vtilitate conſtet, ſecundùm Dec. conſ. 532. pro vera reſolutione,col.2. verſ. præterea,quem ſequitur Tiraq.in trac.de legi. connu. glo. 8. quæſtio. etiam viij. nu. 89. & nos etiam aliquid diximus ſupra in glo. pri. quæſtio.viij. num. 17. incip. veruntamen, apud quem Dec. vbi ſupra, col. 2. verſ. non obſtat etiam, aliam comperies limitationem, concluſionẽ ſcilicet locũ non habere quando ex pacto partes conueniſſent vt ſecundùm formam ſtatuti contractus fieret,quia tunc ſcilicet ſatis nõ erit vtilem eſſe contractũ omiſſa ſtatuti ſolennitate celebratum, vt ibi per eum.

171

171 ℭ QVINQVAGESIMOPRIMO quæro, an in dubio contractus per mulierem geſtus vtilis præſumatur, an verò damnoſus: & Bal. conſ. 353. ſicut ciuitas, circa prin. lib. 3. loquens in eccleſia pecuniam mutuo accipiente, inquit non præſumi eam in vtilitatem eccleſiæ verſam, ſed id probari oportere ab eo qui eam mutuauit.

172 ℭ Sed veriùs receptum eſt diſtinguendum eſſe, an requiſita ſolennitas interuenerit, & vtilis præſumatur: ſed ſi non interuenerit, tunc contra, vt in alienatione rei eccleſiæ, vniuerſitatis, & minoris tradit Bal. in cap. pri. §. & quia, col. 2. verſ. quærit Iacobus, qui feu. dar. poſ. in l. quæcunque, colum. 2. verſi. ſcias tamen .C. de bon. quæ lib. cum concor. per Tiraq. adductis in trac. de legi. connu. glo. 8. num. 64. & 89. & præterea Barb. conſ. 53. præclarè, col. 5. verſ. item quia huiuſmodi, lib. 2. vide tamen omnino quæ diximus ſupra in glo. præce. quæ eſt 24. quæſtio. iiij.

173 ℭ QVINQVAGESIMOSECVNDO iuxta etiam prædicta quęro, an poſſit mulier confiteri vtilem eſſe contractum, ita vt illi ſtari confeſſioni oporteat, neque contraria probatio admittatur: & putem nō poſſe, per ea quæ diximus ſupra quæſtio. ab hinc ij. num. 170. & quæ aſſeruimus ſupra in glo. pri. nu. 83. & 86. & iterū quęſtio. 86. & per ea quę tradit Abb. in cap. cùm contingat, col. 12. verſ. ſecundo membro, de iureiu. & in diſpu. 2. incip. ſtante ſtatuto, col. 7. verſ. aut ſubeſt cauſa, vbi loquēs de ſtatuto cōtractum minoris ſine conſenſu propinquorum interpoſito etiam iureiurando celebratum irritante, tanquam dolo extortum præſumatur iuſiurandum, inquit poſſe quidem minorem non ſolùm in foro conſcientiæ ſed & contentioſo confiteri doloſum non eſſe contractum, modò tamen confeſſio requiſitas habeat ſolennitates: de quo etiam diximus ſupra in glo. 8. in ver. mariti, num. 100. incip. an autem per partis, ex quibus ſatis intelligere potes concluſioni locum non eſſe, ſi mulier id cum ſtatuti ſolennitate confiteatur: eſt enim generale & in confeſſione neceſſariam eſſe ſtatuti ſolennitatem, vt diximus ſupra in d. glo. pri. d. quæſtio. 86. & quantùm ad id quod dictum eſt de foro cōtentioſo, vide quæ diximus ſupra in d. glo. pri. d. quæſtio. 86. & quantùm ad id quod dictum eſt de foro conſcientiæ, vide quæ diximus ſupra in glo. 16. in ver. non valeat, quæſtio. ij.

174 ℭ QVINQVAGESIMOTERTIO quęro, an poſſit saltē cogi mulier iurare an cōtractus ei ſit lucroſus nec ne: & Abb. in d. cap. cū cōtingat, col. 13. verſ. & ꝑ hoc habes, de iureiu. ſentit poſſe, dū poſtquā dixit id qđ in pręce. quę. retulimus, ex hoc, inquit, bonā collige cautelā, vt deferatur minori vel mulieri iuſiurandū an doloſus verè ſit cōtractus, vel nō: nō aperiens tamen an id intelligat modò idipſum iuſiurandum deferatur ſeruata ſtatuti forma, an non ſeruata, ſed tamen veriùs videtur vt intelligatur modò ſtatuti ſolennitas ſeruetur, ex quo priùs idem Abb. dixerat nō poſſe ipſū minorē aut mulierē, prætermiſſa ſtatuti ſolēnitate, in foro cōtentioſo doloſum nō eſſe contractū fateri, & probatur ex his quę diximus ſupra hac ead. gloſ. quęſtio. 41.

175 ℭ QVINQVAGESIMOQVARTO etiam iuxta præcedens thema quæro, ſi mulier vtiliter contraxerit ſine ſtatuti ſolēnitate, quia fortè fundum emerit, an poſſit poſt contractum paciſci cum venditore de eodem fundo eidem retrouendendo: quam quæſtionem tractauit Tiraq. in d. trac.

r 3 de

de legi.connu. glo. 8. quæſtio.ix. num. 90.& in trac. retrac. tit.1. in fi.num. pri. vſque ad num. 17. vbi concludit in ipſo contractu hoc poſſe, non etiã poſtea ex interuallo: quod & nos ſequimur.

176 ℂ QVINQVAGESIMOQVINTO quæro, an poſſint coniuges, quando matrimonio copulantur, conuenire, vt vxori liceat ſine conſenſu viri obligari: quod non arbitramur, ſicuti in ſtatuto diſponente virum poſſe agere nomine vxoris, tenuit Chaſſa. in cõſue.Burgun.rub.4.§.5. gloſ. pri. in fi. quem ſequi videtur Tiraq. de retrac. tit. pri. §. 10. glo. vni. num. 11. incip. idem quoque: quod & nos verum arbitramur, per ea quæ diximus ſupra hac ead. gloſ. quæſtio. pri. præſertim iuncta regula l. quod ſponſæ.C. de dona. ante nup.

177 ℂ QVINQVAGESIMOSEXTO quæro, quid ſi mulier nupta contrahat ſine conſenſu viri, ſed contractus effectum conferat in tempus ſoluti matrimonij, an valebit quod actum fuerit: & Dec.conſ.502. ex duobus, col.pri.verſ. & in caſu iſto, & Rui. conſ.145. circa primum, col.2. verſ. nec obſtat quòd dicta promiſſio, lib. pri. eodem in facto conſulentes decidunt non valere.

178 ℂ Verùm Tiraq. hanc quæſtionem tangens, & de prædictis mentionem faciens in d. trac. de legi. connu. glo. 8. in vlt. quæſtio. contrarium tenere videtur, dum huius inquit quæſtionis deciſionem pendere ex eo, an hoc ipſum ſtatutum ſit introductum ad integrandam mulieris perſonam, an ob mariti præiudicium, de quo dicit ſe dixiſſe in eo. trac. in glo. 6. num. 37. & ſeq. vbi introductum putat ob viri intereſſe; cui quantùm ad priorem locum, addere poteris tex. in l. impuberem.§. ſi dominus. D. de falſ. vbi pater & dominus filio aut ſeruo prohibiti legatum aſcribere, quia tractatur de eorum intereſſe, cùm ſibiipſis quæratur. l. de eo. D. eod. tit. poſſunt tamen aſcribere hac adiecta conditione, cùm emancipatus erit filius, aut ſeruus liber factus, quoniam tunc eorum intereſſe ceſſat.

179 ℂ Nos tamen priorem ſequimur opinionem, quoniam certum eſt hoc noſtrum ſtatutum non ob maritale præiudicium, ſed ob mulierum imbecillitatem emanaſſe, vt affirmauimus ſupra in præfa. in pri. dub. & quia idẽ ſtatutum à principio reſiſtit obligationi aliter factæ, dum ſi contractus, inquit, aliter factus fuerit, non valeat, & latè diximus ſupra in glo. pri. num. 121. incip. ad dictum autem, cum mul. ſeq. quo caſu, quum lex aut ſtatutum initio obligationis reſiſtit contractui ob imbecillitatem conſilij prohibiti, tunc non valet actus etiam in tempus permiſſum collatus, caſus eſt in l. ſi minor, & ibi not. Bar. & Bal. D. de ſer. expor. allegatus per Rui. vbi ſupra, qui refert eum etiam in id annotaſſe Bar. in l. pri.§. nuntiatio, col. pen. verſ. ſed quando citatio fit. D. de no. oper. nun. & Imo. in l. in tempus, in prin. D. de hære. inſti. quibus addere poteris eundem Bar. in l. ſi conſtante.§. quoties, col.2. verſ. ad aliud quod dicit glo. ſub num.7. D. ſol. mat. in l. alia.§. eleganter, cir. med. verſ. non obſtat quod dicit, eod. tit. Bal. in d. l. quod ſponſæ.C. de dona. ante nup. Iaſ. in d. §. nuntiatio, col. antep. verſ. inquantùm quærit & concludit Bar. & iterum verſ. ſecundò circa illud.

180 ℂ Et dum Bar. in d.§. nuntiatio, quo loco eum ſupra citauimus, ex hoc

inſert nõ valere citationẽ in die feriata in honorem Dei factã, vt quis cõpareat in die non feriata, an hoc verum ſit, videbis Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. in fine, nu. 78. & duo. ſeq. ita vt memineris hic Mediolani ſeruari vt valeat.

181 ℭ Aduerte tamen Lector cãdide ne decipiaris, quoniã ſi contrariã ſequi opinionem malueris, quam tamen nos omnino reſpuendam cenſemus. nihilominus dicendum non eſſet contractum à ſola muliere factum, & in tempus ſoluti matrimonij collatum, valere, quia id ita demum verum eſſet, ſi agnati conſenſus ab innupta ſecundùm formam huius ſtatuti adhibitus fuiſſet: nam Tiraq. & alij ſupra allegati, de conſenſu uiri duntaxat dubitarunt, quoniam ſtatutum, de quo ipſi loquuntur, prohibebat nuptam tantùm ſine maritali conſenſu contrahere.

182 ℭ QVINQVAGESIMOSEPTIMO quæro, an poſſit mulier contractum, omiſſa ſtatuti huius ſolennitate inutiliter geſtum, ratum habere: quod in minore, qui ſolus prædium alienauit, vt ſcilicet alienationẽ durante minori ætate ratam habere poſſit, negat Barba. conſi. 42. illud in medium, col. 6. verſ. non obſtat ſi dicatur, lib. pri. quod & in ſtatuto prohibente ipſum minorem ſine certa ſolennitate contrahere, voluit Rom. conſi. 12. viſo facto, col. fi. ver. ad ſecundum.

183 ℭ Verùm contrariam opinionem in hoc ſtatuto expreſſim tenuit Tiraq. in dic. trac. de legi. connu. glo. 8. quæſtio. x. cir. prin.

184. ℭ Quas opiniones, quæ inuicem contrariæ videntur, nos ſic ad concordiam reduci poſſe arbitramur, diſtinguendo, quod aut loquimur an poſſit ſola mulier ratum habere, & dicendum eſt non poſſe, quia licèt minor contractum in minori ætate factum, in quo læſus ſit, maior factus ratum habere poſſit, tot. tit. C. ſi mai. fac. rat. habu. l. maritum .C. ſol. mat. cum ſimi. ſicuti & pupillus pubertatem ingreſſus, contractum pupillari tempore celebratum ratificare poteſt. l. pupillus, in prin. D. de nouati. hoc tamen noſtrum ad propoſitum non confert, quoniam ſtatutum hoc de muliere nupta & innupta loquitur, vnde quamcunque ad ætatem perueniat, in eodem ſemper muliebri ſexu remanet, & per conſequens prohibitionis cauſa ſemper militat, quæ fuit infirmum ipſius mulieris conſilium, vt diximus in præfa. in pri. dub. vnde etiam videmus minorem, actum, quem in minori ætate facere prohibetur, non poſſe etiam eundem ea durante ratũ habere, & ita loquuntur Rom. & Barb. vbi ſupra, & probat tex. in l. doli, verſ. idemq; eſt in minore .D. de nouati. & propiùs ad terminos noſtros, quantùm ad mulierem, eſt tex. in d. l. doli, verſ. diuerſum, pri. vbi probatur ſicut mulier non obligatur pro alio intercedendo, tot. tit. D. & .C. ad S. C. Velle. ita etiam non obligari ſi iterum intercedens eandem repetat obligationem; & Tiraq. vbi ſupra, ſi rectè inſpiciatur, loquitur quando ſtatutum prohibet nuptam duntaxat mulierem ſine conſenſu viri contrahere, & quãdo tempore ratihabitionis mortuus eſt maritus, quo caſu exiſtimo eum verum dicere: nam eo caſu militare videtur eadem ratio, quæ in minore maiore facto, præſertim quia illud ſtatutum, de quo Tiraq. loquitur, factum videtur ob mariti præiudicium, vt aſſeruimus ſupra in præfa. in pri. dub. quæ ratio ipſo marito mortuo ceſſat: an autem ad id cogi poſſit mulier, diximus ſupra in glo. 8. in ver. mariti, quæſtio. vlt.

185 ℭ Et prædicta multùm cõfirmat notabilis Franci.Aret.doctri.conſi.127. eximie domine, col. pri. verſ. venio nunc,vbi quando,inquit,in actus con fectione aliqua ſolennitas requiritur, ſi tempore ratihabitionis faciendæ qualitas, propter quam illa ſolennitas requirebatur,ceſſet, tunc ſine ea ſolennitate ratihabitionẽ fieri poſſe: ſicuti ipſa qualitas ceſſat in caſu de quo Tiraq. loquitur, vti & in minore facto maiore; ſecus ſi nõ ceſſet,vt in hoc noſtro ſtatuto: quod & ante eum,ab eo tamen non commemoratus, voluit Rom. conſ. 54. viſis, col. 2. verſ. ſecundò idem probatur, dum inquit,quũ prohibitionis cauſa perpetua eſt, tunc actum nouo conſenſu non confirma ri; ſecus ſi ſit temporalis,& tempore noui conſenſus ceſſet;& ſubdit Rom. etiam quando temporalis eſt prohibitionis cauſa, ſi dolus interueniat, non obeſſe tamen ratihabitionem ignoranti dolum adeſſe:ad quod etiã faciunt quæ diximus ſupra hac ead. gloſ. quæſtio. xxv.

186 ℭ AVT VERO loquimur, & iſta lviij. ſit quæſtio, an poſſit mulier ipſum contractum nullum, ratum habere, adhibita ſtatuti ſolennitate: & primùm videtur non poſſe, quia contractus contra huius ſtatuti formam factus,ipſo eſt iure nullus, vt aſſeruimus ſupra in glo. 16. in ver. non valeat, quæſtio. pri. quo caſu non admittitur ratihabitio, gloſ. eſt in cap.cùm nos, in ver.ratam, in fin. ver. de his quæ ſi. à præla. ſi. conſ. cap. cum concor. per Tiraq. adductis in rep. l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 415. C. de reuo. dona.

187 ℭ Contra verò videtur poſſe; ſicuti dicimus in alienatione rei eccleſiæ omiſſo Epiſcopi cõſenſu celebrata,quæ,ſi expedire videtur,poteſt eiuſdem Epiſcopi conſenſu adhibito rata haberi,cap. ſi qua de rebus, 12. quęſtio. ij. & not.Inno. in cap.pri. in prin.de his quæ ſi.à præla.ſi. conſ.capi.& gloſ. in cap.pri.in ver.ſede vacante,in tit.ne ſede vacan. cũ concor. per Porti.Imo. cumulatis,lib.cõmu.opini.4. conclu.13.in fi. & hanc poſteriorem ſententiã ſequimur, intelligentes tamen eam, modò & ipſa mulier, vt iam diximus, in ipſa ratihabitione per virum aut agnatum facienda interſit, aliàs ſecus; & ita intelligenda ſunt quæ diximus ſupra in glo.7. in ver. conſenſus, quæſtio.xij. vbi aſſeruimus conſenſum ab hoc ſtatuto requiſitum non poſſe ex interuallo per ratificationem accommodari: nam ibi locuti ſumus quando mulier in ipſa ratificatione non interuenit: ſed ſecus ſi interuenit, & ita loquimur hic: quod poſtremum ſatis etiam probatur ex his quæ diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. x. vbi affirmauimus mulierem, quæ ſola hęreditatem adiuit,poſſe iterum pendente etiam iudicio eam ſolenniter adire. Quam ſententiam nullam habere dubitationem arbitramur,ſi intelligimus cõtractum effectum habere à die ratihabitionis, ſecus ſi à die contractus, vti loquuntur in contrarium allegata: de quo tamen vltimo paulò poſt latiùs diſcutiemus.

188 ℭ QVINQVAGESIMONONO quęro,an in hac ratihabitione partis quoque præſentia ſit neceſſaria: & nõ eſſe videtur probare tex. in l. Pomponius ſcribit, in prin. cum glo. in ver. probauero,(& ibi Bar. col.2. verſ. venio ad primum, & col. 3. verſ. item opp. de l. diſpenſatorem). D. de neg. geſ. qui tamen tex. loquitur de præſentia eius qui negotium geſſit: ſed eum cum d. gloſ. ſic intelligunt idem Bar.in aut.ſacramenta,col.2.verſi. contrarium puto, & ibi Saly.col.3.verſi. tertiò quia, Iaſ. col.5.verſi.omiſſis

leuibus,

leuibus,& Cur. Iun. num.138.C. ſi aduer. vendi. idem Bar.in l. quo enim. §. pri. in fi. ver. D. rem rat. habe. in l. certum.§. ſi quis abſente, cir. med. D. de confeſ. in l. non ſolùm.§. ſi liberationis,col.2. verſ. item hoc tenet,dum illam glo. citat .D. de lib. lega. Ang. in .§. ſi verò expreſſim, col.3. verſi.& hoc patet, in aut. de hære. & Falci. Alua. in cap. pri. §. item ſacramenta, col. 6. verſi. & hanc partem, & ibi Præpo. Medio. col.4. verſi. ſed in alia gloſ. de pac. iur.fir. Alex.conſ.126. viſis his, cir. fin. verſi. nec ob.ſi diceretur, lib. 5. Maran. in ſua prac. iudi. parte 6. tit. de confeſ. num. 17. Marc. Ant. Nat. conſ. 45. requiſitus,in fin. ver. lib. pri.

189 ℭ Contrariam tamen opinionem nos veriorem arbitramur, ſiue intelligamus de præſentia mulieris, ſiue illius cum quo mulier contraxit, nam quantùm ad mulieris præſentiam, eam ſcilicet eſſe neceſſariam, ſatis diximus ſupra in præcedenti quæſtio. ſed & idem de præſentia eius cum quo contractum eſt opinamur, per ea quæ aſſeruimus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio.xij. & mult. ſeq. vbi affirmauimus conſenſum ab hoc ſtatuto requiſitum in ipſo actu eſſe interponendum, nam ſi in ipſo actu interponendus eſt, neceſſe eſt actum iterum geri, & ſic partis præſentiã interuenire.

190 ℭ Ad allegata autem in contrarium reſpondetur ea loqui in vera & propria ratihabitione, cuiuſmodi non eſt iſta, ſed noui potiùs actus celebratio: quod & ex eo patet, quòd propria ratihabitio retro trahitur, cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. cum ſimili. in ſeq. quæſtio. allegandis: ſed hæc non trahitur, vt ibidem aſſeremus in verſi.incip. verùm quod noſtrum: & ita in ſimili voluit Bal. conſi. 475. quidam Io.Abbas, col. 2. verſi.quæro igitur, lib.pri. quem ſequitur Tiraq. in trac. de leg. connu. glo. 6. num. 10. incip. immò plus, vbi concor. citat.

191 ℭ Ad idem eſt Fran. Aret. doctrina in conſi.127. eximie domine, col.2. verſi. venio ad tertiam, vbi duplicem inquit eſſe ratihabitionis ſpeciem: alteram quando ratus habetur actus qui non erat à principio nullus, ſed à futuro euentu pendebat, ſcilicet à ratihabitione, vti eſt quum quis ſine mandato meum geſſit negotium, quia non obligor donec ratum habeã. l. ſi pupilli.§. item quæritur.D. de neg. geſ.& hoc caſu neceſſaria non eſt in ratihabitione partis præſentia, ſecundùm gloſ. in d. l. Pomponius ſcribit; alterã autem quando quis ratum habet actum à ſeipſo aut ab alio nulliter geſtum, & tunc partis præſentia opus eſt: quod Aret. probat eiſdẽ rationibus quas & nos ſupra, antequam eum vidiſſemus, adduximus, quia ſcilicet hic actus ratus habitus, valet vt nouus, non autem retro trahitur, ideo in eo eædem ſolennitates requiruntur, quæ in nouo actu deſiderantur.

192 ℭ SEXAGESIMO iuxta præcedentia quæro, an hic actus cum ſtatuti ſolennitate ratus habitus, effectum habeat à die ratihabitionis, an à die celebrati contractus: & videtur à die contractus, quia generale eſt ratihabitionem retro trahi, & mandato comparari, l. donationes quas parentes, cir. fin. & ibi gloſ. in ver. ratihabitiones, & Docto. C. de dona. inter vir. & vxo. l. fin. poſt prin. & ibi gloſ. in ver. nouella. C. ad S. C. Macedo. l. licèt, & ibi glo. fin. & Bar. D. de iud. l. ſi fundus. §. pri. & ibi etiam gloſ. in ver. deducta, & Bar. poſt prin. D. de pigno. l. Iulianus, & ibi Docto. D. qui ſatis. cogan. l. vero procuratori .§. fi. & l. ſolutã, cir. prin. D. de ſoluti. l. ſeruo inuito,

inuito, in prin. D. ad S. C. Trebel. l. pri. §. deieciſſe, verſ. ſed & ſi cum quis. D. de ui & ui arma. l. pri. §. ſi ratum habuerit, & ibi glo. pri. D. quod iuſſ. l. pri. in prin. D. de appel. reci. l. ſemper qui non prohibet, in fi. D. de reg. iur. l. hoc iure. §. pri. D. eod. tit. cap. 2. de clande. deſpon. cap. ſignificatum, & cap. ſeq. de regu. cap. pen. de ſenten. excommu. in 6. cap. fin, in fi. de iureiu. eo. lib. 6. cap. ratihabitionem, de reg. iur. etiam in 6. & not. gloſ. in cap. 2. in ver. ratihabitio, de pac. Ang. conſi. 161. viſo puncto, cir. fin. Anch. conſi. 123. vnus ex procuratoribus, col. 2. verſi. quò ad primum, Alex. conſi. 197. circa primum, col. pri. in fi. verſi. aut voluit, lib. 2. conſi. 117. viſo proceſſu, col. fin. verſi. & talis expreſſa, lib. 5. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, col. 33. verſi. ſecundò & fortiùs, & col. 37. verſi. ſecundus articulus. D. de vſuca. Dec. in l. illud, col. 2. verſi. & vlteriùs. C. de collati. Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 10. num. 61. incip. 12. quæro, vbi alios citat concor.

193 ℭ In contrarium tamen videtur tex. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. D. de acqui. hære. in l. obligari. §. tutor. D. de aut. tuto. in §. tutor, inſti. eod. tit. in l. obſeruare, in fi. D. de offi. procon. & lega. in l. quid ergo, in prin. D. de his qui not. infa. in l. ſi ante acceptum, in fi. D. iudi. ſol. & in l. ſi pupilli. §. item quæritur, verſ. item ait. D. de neg. geſ.

194. ℭ Verùm quod noſtrum ad caſum pertinet, Bar. in d. l. fin. cir. prin. C. ad S. C. Macedo. hanc ſic antonomiam ſoluit, quòd aliquando conſenſus alicuius requiritur nullo tempore limitato, & locum habent iura dicentia ratihabitionem retrotrahi & mandato comparari; aliquando uerò deſideratur cum temporis præfixione, & tunc retro non trahitur, ſi conſenſus præfixo tempore iam lapſo adhibeatur; quod & repetijt in d. l. quid ergo, in prin. & ibi Bal. & Caſtr. qui illam legem legit ſimul cum §. notatur, legis liberorum, cir. fin. D. de his qui not. infa. idem Bar. in d. l. vero procuratori. §. fin. in prin. D. de ſoluti. in d. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxo. dum ſe remittit ad dicta per ſeipſum in d. l. fin. quæ etiam diſtinctio fuit de mente gloſ. licèt Bar. eam non referat, in d. cap. ratihabitionem, in glo. vni. poſt prin. de reg. iur. in 6. & Bal. in d. l. fin. col. pri. verſ. tertiò quando, & verſ. quintò quando, cum infini. concor. per Tiraq. cumulatis in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 10. num. 84. incip. 14. quæro, cum duo. ſeq. & præterea Saly. in d. l. fi. col. pri. verſ. aut actus ille, & ibi Caſtr. cir. med. dum Bal. ſequitur, Rapha. Cuma. in d. l. ſi is qui pro emptore, col. 3. verſ. ſimiliter fictio, Alex. conſi. 81. reuocatur in dubium, col. pen. verſ. non enim poſt latam, lib. 5. Aret. conſi. 122. in cauſa quæ vertitur, col. pri. verſ. ſed ratificatio: ſed nos habemus conſenſum, de quo ſtatutum hoc loquitur, in ipſo actu interponendum eſſe, nec ex interuallo præſtitum valere, ſecundùm ea quæ diximus ſupra in gloſ. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. 12. & mult. ſeq. igitur conſequens eſt vt in quæſtione noſtra retro non trahatur.

195 ℭ Sed hic obſtare videtur, quòd prædicta loquuntur in ratihabitione per eum ſolum facienda, cuius nomine geſtum eſt negotium; ſed nos loquimur quando etiam is qui actum geſsit, iterum de nouo illum gerit cum debita ſolennitate, vt iam ſupra diximus, quo caſu actus retrotrahendus videtur: ſicuti in pupillo obſeruatur, qui ſi ſine tutoris authoritate actum aliquem gerat, puta ſi nouum opus nunciet, & poſtea cum tutoris autho-

ritate

ritate eandem repetat nuntiationem, confirmatur, retroque trahitur nuntiatio, vt voluit Bar. in l. de pupillo, in fine prin. vbi ſequi videtur Ang. etiã in fine prin. & clariùs Imo. qui illam l. legit cum. §. ſi in publico, legis in prouinciali, cir. fin. verſi. in glo. ſuper ver. rata, Alex. qui ſimiliter legit, col. 3. verſi. dicit tamen Bar. Iaſ. col. 4. verſi. glo. in ver. rata, & Clau. Aquen. col. pri. verſi. & dum Alex. D. de no. oper. nun.

196 ℭ Nos tamen, hoc non obſtante, priorem ſequimur opinionem, quoniã verum non videtur hoc Bar. dictum, per tex. in d. l. obligari. §. tutor. D. de aut. tuto. vbi tutoris authoritas in ipſo negotio præſtanda eſt, & poſt interpoſita non valet, & ſic retro non trahitur, cum concor. ſupra in d. glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xij. & ſupra hac eadem quæſtio. num. 193. incip. in contrarium tamen, allegatis: & ita hoc ipſum Bar. dictum meritò reprobarunt Raph. Cum. Rom. & Hier. Trot. ibi in d. l. de pupillo, in prin. & ipſemet etiam Alex. ſibi contrarius in apo. Bar. ibi, & Tiraq. in d. trac. de leg. connu. glo. 6. num. 15. incip. fallit ſeptimò, vbi ex hoc in terminis ſtatuti viri conſenſum in contractibus vxoris requirentis, inquit contractum ſecundo loco cum viri conſenſu per mulierem factum nõ retrotrahi ad diem prioris contractus per ipſam mulierem ſolam inutiliter celebrati, vbi dicit hanc contra Bar. opinionem nonnullos quoque alios ſenſiſſe, quos ibi refert ſub num. 10. & 11. vbi etiam reſpondet ad id quod pro Bar. defenſione adducunt Alex. & Iaſ. videlicet quòd quanuis non retrotrahatur authoritas de per ſe, per d. §. tutor, retrotrahitur tamen ſimul cum ſecundo actu valido: reſpondet enim Tiraq. hanc eſſe verborum tantùm differentiam, non autem effectualem, cùm nihil interſit an retrotrahatur authoritas, an ipſe ſecundus actus, quod & nos verum opinamur.

197 ℭ Præterea tu Lector candide animaduerte, quòd etiam ſi Bar. ſententia vera eſſet, tamen noſtro in caſu non obſtaret, quoniam ipſe loquitur quando pupillus tutorem non habet, nec reperit iudicem à quo ſibi eum decerni petat, vti & clariùs loquitur Iaſ. ibi in d. l. de pupillo, col. fin. verſi. non ob. quòd extrema: ſed diuerſum eſt in caſu noſtro, quia mulierem nuptam præſupponimus virum habere, innuptam agnatum: & ſi agnatum non habet, prouidet ſtatutum iudicis authoritatem adhibendam: quid autem ſi nec iudicis copia haberi poſſit, diximus ſupra in glo. 14. in ver. cum authoritate alicuius iuſdicentis, quæſtio. item xiiij. eademque vlti.

198 ℭ Quam opinionem ex alio quoque fundamento confirmamus, quòd contractus omiſſa ſtatuti huius ſolennitate celebratus, ipſo eſt iure nullus, vt diximus ſupra in glo. 16. in ver. non valeat, quæſtio. pri. quo caſu nunquam retrotrahitur ratihabitio, ſecundùm Bar. poſt Iaco. Butri. in l. obſeruare, col. pri. verſi. ad hoc opp. D. de offi. procon. Bal. in l. fin. poſt prin. verſi. quæro de iſta, & Saly. etiam poſt prin. verſi. opp. quòd ratihabitio, & Caſtr. cir. med. verſi. Bal. etiam ponit, dum Bal. ſequitur. C. ad S. C. Macedo. Alex. conſ. 78. viſo & diligenter, col. pen. in prin. verſi. vel etiam poteſt reſponderi, lib. 5. repe. conſ. 26. lib. 6. Aret. conſ. 127. eximie domine, col. 2. verſi. & iſta ſecunda, vbi in id plures alios etiam concor. inducit, & expreſſim loquitur etiam ſi actus ob defectum ſolennitatis ſit nullus, Dec. in l. ſemper qui non prohibet, col. fin. verſ. quartò regula, & ibi Cagno. col. pen. nu. 12. dum ſequitur Dec. D. de reg. iur. idem Dec. conſ. 367. viſo puncto,

col.

col. 2. verſi. nec huic fundamento, & conſ. 645. præſuppoſita, in fin. ver. Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 416, incip. quòd qualiter. C. de reuo. dona. ſicque concluditur, huiuſmodi contractum ratum habitum, vt nouum valere, non vt antiquum, & ita eſt Aret. doctri. in d. conſ. 127. col. 2. verſi. quid plura, vbi generaliter tradit, quando nõ lex ſed homo ratũ habet actum à ſe nulliter geſtum, tunc vt nouum, non vt antiquum ſuſtineri.

199 ¶ Ad idem etiam facit, quia iſte conſenſus pro forma requiritur, vt expreſſum in ſtatuto conſenſum conſanguineorum in contractu mulieris requirente, voluit Bal. in l. pri. num. 44. C. qui admit. quod etiam ex eo patet, quòd ſtatutum hoc actum aliter factum irritat, ſecundùm not. per Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 4. in ver. ne peult, col. pri. 2. & 3. quo etiam caſu ratihabitio non trahitur retro, ſecundùm Inno. in cap. pri. ante med. verſi. ſed dices, de eo qui dux. in matri. quam pol. per adul. Bal. in l. fin. col. pri. verſi. ſextò vbi conſenſus, & ibi Saly. col. 2. in prin. verſi. & ex his infertur quòd in actibus. C. ad S. C. Macedo. eundem Bal. in l. executorẽ, col. 5. verſi. ſed quid ſi notarius. C. de exe. rei iudi. Dec. in l. ſemper qui non prohibet, col. fin. verſi. quintò fallit, & ibi Cagno. num. 21. dum Dec. ſequitur. D. de reg. iur. & Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 10. num. 87. incip. & facit, vide tamen quæ diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xi. vbi ponitur caſus in quo retro trahitur ratihabitio, rationibus ibi adductis, & quæ diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. xix.

200 ¶ SEXAGESIMOPRIMO quæro, quid ſi tempore ratihabitionis defectus aliquis ſuperuenerit in re ſuper qua contractũ eſt, ita quòd perierit, an valida ſit ratihabitio: & dicendum eſt inualidam eſſe, per tex. in l. neceſſario, in prin. verſi. ſanè ſi pendente. D. de peri. & cõmo. rei vendi. vbi venditio ſub conditione facta perimitur, ſi res interim pereat, & in l. quoties, vbi Bar. & alij. D. de noua. vbi idem dicitur in nouatione ſub conditione celebrata, cum quo concor. & tex. in l. cum qui ita. §. fin. & ibi Doct. D. de verbo. obliga. & facit tex. in l. qui balneum. §. Titia. D. qui poti. in pigno. habe. per quæ iura ratihabitionem impediri, ſi res ſuper qua contractum eſt perempta ſit, ita quòd de nouo contrahi non poſſit, voluerunt Specu. tit. de obli. & ſolu. §. pri. col. 2. verſi. item pone, obligaſti. vbi ex hoc decidit, ſi quis me ignorante Digeſtum meum Titio obliget, poſtea autem ego omnia bona mea pignori dem Seio, deinde ratam habeam obligationem de Digeſto Titio factam, Titium tamen in eo quoque Digeſto præferendum, Dyn. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem, & ibi Bar. cir. med. verſi. item opp. D. de adul. vbi ex hoc decidunt, eum, cuius nomine facta eſt pax, ſi offendatur antequam ratificet, non poſſe de pace rupta agere, idem Dyn. in l. Pantonius. D. de acqui. hære. iterum etiam Bar. in l. bonorum, col. 2. verſi. tertio caſu. D. rem rat. habe. in l. ſi is qui pro emptore, col. 3. verſi. vides ergo. D. de vſuca. Bal. in l. fin. col. pri. verſi. octauò quando actus, & ibi Saly. col. pri. verſi. vbi autem. C. ad S. C. Mace. idem Bal. in aut. ei qui, col. pri. verſi. quæro nunquid. C. de temp. appella. vbi ex hoc dominũ inquit non poſſe inutile procuratoris mandatum ratum habere, poſteaquam nullum iam pronuntiatum eſt, Alex. d. conſ. 78. col. pen. in prin. verſi. quartò reſpondeo, lib. 5. conſ. 81. reuocatur, col. pen. verſi. præterea ratihabitio, eod. lib. 5. in l. quod meo, col. pri. verſi. item iſtud, & col. ſeq. D. de acqui. poſſeſ. Dec. conſ. 460. viſo puncto, in fin. ver.

201 ℭ Quod & ſenſerunt domini de Rota deciſ. 150. licèt amicus meus, tit. de reſti. ſpolia. in nou. dum dicunt mihi ſpoliationis interdictum non dari, ſi quis meo nomine poſſidens ſine mandato, ſpolietur antequam ego ratū habeā. quos ſic citāt & ſequuntur But. in cap. cùm veniſſent, in fi. & ibi Abb. col. 2. verſi. & faciunt hæc ad quæſtionem, eo. tit. de reſti. ſpolia. Alex. in d. l. quod meo, & Deci. d. conſ. 460. quibus locis eos ſupra citauimus, Corn. conſ. 110. in iudicio, col. pen. verſi. & ſi hodie, lib. 2. vbi etiam allegat Bene. Cap. in d. cap. cùm veniſſent: & non eſt ſuper hoc dubitandum, quoniam ſupra in præce. quæſtio. aſſeruimus ratihabitionem non retrotrahi ad diem celebrati contractus, ſed nouum vti actum valere, nam ex his conſequens fit in caſu noſtro nouum non poſſe actum fieri, ex quo non reperitur res ſuper qua contrahatur.

202 ℭ SED ET ILLVD pro præcedentis quæſtionis declaratione quę ro, quod erit loco lxij. quæſtionis, quid ſi defectus quidem in re ſuperuenerit, ſed poſtea ceſſauerit, an tunc ratihabitio impediatur: & Bar. in l. bonorum, col. 2. verſi. ſed quæro quid ſi defectus. D. rem rat. habe. putat non impediri, quoniam habilia, inquit, ſufficit eſſe extrema, per iura quæ allegat, vbi ex hoc poſt alios quos citat, decidit filiorum naturalium legitimationem, quæ fit per ſequens matrimonium, non irritari, licèt medio tempore inter natiuitatem filiorum & matrimonium aliam pater vxorem habuerit, cum alijs etiam concor. per eius apo. in ver. determinare, allegatis, & ſequitur præterea Rui. conſ. 39. quia vt dicitur, col. fi. verſi. nec obſtat quòd poſt apprehenſionem, lib. 4.

203 ℭ SEXAGESIMOTERTIO iuxta etiam prædicta quæro, quid ſi mulier ante ratihabitionem moriatur, an & tunc fieri poſſit ratihabitio: quod Tiraq. negat in trac. de legi. connu. glo. 6. quæſtio. iij. poſt Caſtr. conſ. 438. in pri. dub. lib. 2. & alia quæ allegat: cui & tu addes in caſu noſtro indubitatum id videri, quoniam ſupra hac eadem glo. quæſtio. lviij. affirmauimus hanc ratificationem non niſi præſente muliere & de nouo conſentiente fieri poſſe.

204 ℭ Sed tamen animaduertendum eſt pro contraria opinione videri facere tex. in l. bonorum, in ſecun. reſpon. D. rem rat. habe. licèt eum pro priori opinione adducat Tiraq. vbi ſupra, vbi meo geſtum nomine ratum habere poſſum, licèt ille qui geſſit mortuus ſit.

205 ℭ Quam opinionem qui ſequi voluerit, reſpondere poterit ad id quod diximus, in ratihabitione non ſolùm ſtatuti huius ſolennitatem, ſed & nouum mulieris conſenſum interuenire oportere, poterit inquam reſpondere, loco mulieris defunctæ poſſe illius hæredem conſentire, quoniam ille actus, qui poterat per defunctum ratus haberi, poteſt & per eius hæredem, modò ſit ad hæredes tranſitorius (vt ſunt regulariter omnes cōtractus, tot. tit. C. de hære. actio. & tit. vt actio. ab hære. & contra hære.) l. ſi fine. §. ſi procuratori, & ibi Caſtr. not. D. rem rat. habe. l. ab vno, & ibi Bal. C. de neg. geſ. & not. glo. in l. eius qui in prouincia, in ver. placebat, & ibi Bar. col. 3. verſi. ad quartum opp. & iterum col. pen. verſi. quid dicemus, & Bal. ante fin. verſi. quæro ſi hic veniunt, Ang. col. 2. verſi. ſequitur in gloſ. Caſtr. col. pri. verſi. circa ſecundam partem, Alex. col. 4. verſi. item habetis ſecundò,

qui declarat quomodo id intelligatur, poſt Bar. & Ang. ibi, Aret. col.pen. verſi. in glo. ſuper verbo, non æquè, Io. Mari. Rimi. col. 5. verſi. in glo. in ver. negotiorum, Deci. ante fin. verſi. in fin.glo. & Cur. Iun. num.13.D. ſi cer. peta. Bal. in eadẽ l. in verſ.quas verò, cir.fin.verſ. ſed attende, iterum Bar. in l. ſi is cui, & in l.pen. col.fin.verſi. quæro vtrùm factum.D. rem rat. hab. Ang. conſ.161. viſo puncto, col.pen.verſi. ſi autem, & col.fin. cir.fin. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, col. 38. verſi. nec obſtat illud quod ad hoc.D. de vſuca. Lud. Bolo. conſ.77. cùm verteretur, col.3.verſi. vel ſecundò, Purpu. in l.fin. col.7.verſi. ſed hic in duobus.C. de pac.

206 ℂ Non obſtant etiam per Caſtr. & Tiraq. adducta, ratihabitionem ſcilicet extremorum habilitatem requirere, id eſt debere omnia in eodem ſtatu eſſe, ita quòd actus de nouo geri poſſit, qui in id citant l. qui balneum.§.Titia prædium.D. qui poti. in pigno.habe. & in d.l. bonorum, in prin.D.rem rat.habe. & Bar. in d.l. ſi is qui pro emptore, & eſt col.3.verſi. pro ſolutione.D. de vſuca. quoniam reſpondeo, d.§. Titia prædium, loqui quando ſuperuenit defectus in re, ſuper qua contractum eſt, quo caſu id verum eſt, vt diximus ſupra in lxi.quæſtio. huius gloſ. vbi alios etiam concor.citauimus: tex. autem in d.l. bonorum, in pri.reſpon. loquitur quando ſtatutum eſt certum tempus ad aliquid faciendum, quo etiam caſu receptum eſt faciendam eſſe ratihabitionem intra illud tempus, intra quod actus gerendus eſt, vt & hoc voluerunt alij quos tibi allegauimus ſupra hac eadem glo. quæſtio. lx. num.194.incip. verùm quod noſtrum: ſed in caſu noſtro, licèt ſtatutum ſit tempus marito & agnato ad præſtandum mulieri conſenſum, quia ſcilicet in ipſo actu, quo mulier contrahit, conſentire debent, vt diximus ſupra in glo.7. in ver. conſenſus, quæſtio. xij. tamen nos loquimur quando iterum celebratur actus per ipſam mulierem ſiue veriùs per eius hæredem, & quò ad hoc vt valeat vti nouus actus, ſecundùm ea quæ ſupra dicta ſunt, & ita etiam pro nobis facit doctri. Bar. ibi in d.l. bonorum, dum ſi ſuperueniat, inquit, defectus ex parte rei, ratihabitionem impediri: ſecus ſi ſuperueniat ex parte eius qui negotium geſſit, per illum tex. in ſec. reſpon. & ita etiam intelligendus eſt Bar. in d.l. ſi is qui pro emptore, cùm iura per eum allegata ſic loquantur, quando oritur defectus in re, aut quando ratihabitio non fit tempore ad faciendum actum limitato: per quæ ſublatam conſtat aliam quoque rationem per Tiraq. adductam, quòd ſtatutum, de quo ipſe loquitur, iubeat conſenſum mariti in contractibus vxoris adhiberi, ſed mortua vxore, maritus qui fuit, deſinat eſſe, cùm matrimonium morte dirimatur.§. deinceps, in aut. de nup. quæ ratio in conſenſu quoque propinquorum militat, quia mors non ſolùm matrimonium ſed & agnationem cæteraque omnia ſoluit, d.§. deinceps, quoniam Tiraq. pro hoc adducit d.l. bonorũ, & ibi Bar. ad quam ſupra ſatis reſpondimus.

207 ℂ Pro qua tamen ratione, licèt Tiraq. non dicat, meliùs facere videtur, quòd qualitas adiuncta verbo ſecundùm tempus verbi intelligitur. l. in delictis.§. ſi extraneus, & ibi Bar.D.de noxa.actio. ſicque neceſſarium videretur quòd maritus eſſet maritus, & agnatus eſſet agnatus tempore ratificationis, qui tamen poſt mortẽ vxoris eſſe non poſſunt: ad quod ẽt facit tex. in d.l. qui balneum.§. Titia.D. qui pot. in pigno. habe. vbi non confirmatur pignus ſuper re aliena contractum, niſi confirmans tempore confirmationis ſit dominus rei: ſed reſpondeo hanc rationem, qua dictum eſt mor-

tem,

tem omnia ſoluere,& ideo virum & agnatum non poſſe ampliùs virum aut agnatum appellari, efficere vt nec defuncta mulier dici poſſit vxor vel mulier,& ideo ſpectanda ſit hæredis perſona,& cõſequenter ſolus poſſit hęres ratum habere contractum: quod & verius arbitramur, quia hæc ratihabitio naturam contractus ratihabitionis non retinet, ſed nouus dicitur actus, & ideo retro non trahitur, atque etiam partis præſentiam requirit,vt ſupra latè probauimus: ſaluari tamen poſſunt Caſtr. & Tiraq. quoniam loquuntur quando ſolus vir aut agnatus ratum habent, & ſic quum de propria ratihabitione agitur: & cautè etiam Tiraq. loquitur præſuppoſito quòd hic conſenſus poſſit poſt actum interponi,ita vt valeat à die quo primùm celebratus eſt,quam tamen opinionem ipſe quoque Tiraq. in pri. quæſtio. illius gloſ. reprobauit,volens actum vti nouum valere.

208 ¶ SEXAGESIMOQVARTO quæro,quid ſi mulier mortua nõ ſit, ſed furioſa effecta, an adhuc ratihabitio fieri poſſit: & certè tex. in d.l. bonorum,in 2.reſpon. D. rem rat.habe. hos duos caſus æquiparat,mortuũ eſſe aut furioſum factum eum qui alterius negotium geſſit, vtroque inquiens caſu poſſe tamen per dominum ratum haberi,vbi etiam Bar. in ſumma. & iterum col. pri. poſt med.verſi. & pro declaratione, defectum inquit ex parte gerentis negotium ſuperuenientem,ratihabitionem non impedire.

209 ¶ Verùm cùm in caſu noſtro non loquamur de propria ratihabitione, ſed de nouo actu gerendo, propter quod ſupra aſſeruimus in hac impropria ratihabitione ipſius quoq; mulieris conſenſum deſiderari, & cùm manifeſtum ſit furioſum conſenſum non habere .l. furioſi .D. de reg. iur. cum ſimili. ideo rectiùs dicendum arbitramur curatoris ipſius quoque mulieris furioſæ authoritatẽ interuenire oportere,per ea quæ diximus ſupra in glo. 8. in ver. mariti, quæſtio.xij. ex quo patet non obſtare d.l. bonorum, in 2. reſpon. quia loquitur quando quis poteſt ſolus ratum habere, quod in caſu noſtro non poteſt ſola mulier, nec ſolus etiam maritus aut agnatus, vt ſæpe diximus.

210 ¶ SEXAGESIMOQVINTO quæro,quid ſi antequam maritus aut agnatus ratum habeant contractum,mulier illum reuocet, an ratihabitio valeat: & valere videtur,per tex. etiam in d.l. bonorum, in 2. reſpo.D. rem rat. habe. vbi quod meo geſtum eſt nomine, ratum habere poſſum,licèt negotiorum geſtorem negotium egiſſe pœniteat.

211 ¶ Contrarium tamen in ſimili, videlicet in conſenſu patris in donatione cauſa mortis à filiofamilias facta requiſito, annotauit Bar. in l. tam is,§. pri.in fi. vbi ſequitur Imo.cir.fin.verſi. ſaluatur tamen.D.de dona.cau.mor. per quod Bar. dictum, ita in ſtatuto viri conſenſum in contractibus vxoris deſiderante, vt vir ſcilicet contractum à ſola muliere celebratum, & ab eadem poſtea reuocatum,ratum habere non poſſit,tradidit Tiraq. in trac. de legi.connu. glo.6. quæſtio.ij. vbi alios Bar. concor. citat,& idem in ſtatuto etiã prohibente filiumfamilias ſine conſenſu & licentia patris obligari, voluit Saly. in l. fin. col. etiam fin.verſi. ſed in contrarium, iunctis præceden. C. ad S.C. Macedo. de quo meminit etiam Tiraq. vbi ſupra.

212 ¶ Nec obſtat tex. in d.l. bonorum, in 2.reſpon. quia vt in præcedenti

ſ 2 quæ-

quæſtio. diximus, ibi ſolus poterat dominus, cuius nomine geſtum eſt negotium, ratum habere, ſed cùm in caſu noſtro illud pro abſoluto habeamus, in hac ratificatione ſiue nouo potiùs actu ipſius quoque mulieris voluntatē deſiderari, conſequens eſt vt dicamus quæſtionem hanc nullam habere dubitationem, quin nulla ſit ratihabitio, ſi non modò mulier iterum non conſentit, ſed præſtitum antea conſenſum reuocat.

213 ℭ SEXAGESIMOSEXTO quæro, quid ſi plures mulier res vendiderit omiſſa ſtatuti huius ſolennitate, & ea adhibita velit vnius tantùm rei ratam habere venditionem, an poſſit: & videtur non poſſe, ſi rerum omnium vnicum fuit pretium conſtitutum, ita enim in pluribus pupilli rebus per falſum fortè tutorem vel aliter minus legitimè conſtitutum, vnico tantùm prætio venditis, vt non poſſit venditio quantùm ad vnam rem duntaxat rata haberi, voluit Bal. conſ. 32. præſupponitur in facto, per totum, vol. 2. in conſ. 34. in cauſa iſta, poſt prin. verſ. ſed videndum vtrùm, eod. lib. 2. quem ſequitur Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. 23. glo. pri. nu. item pri. in fi.

214 ℭ Sed tamen in caſu noſtro aliud ius conſtituendum videtur, quia hic non ſumus in propria, vt diximus, ratihabitione, cùm non trahatur retro, ſed vt nouus potius actus valeat, ideoque concludendum eſt uim in eo verſari, an huic ratihabitioni, ſi ratihabitio dici poteſt, aduerſarius conſentire velit, cùm enim hæc ratificatio in uim noui actus valeat, in ea partis præſentia eſt neceſſaria, vt aſſeruimus ſupra hac eadem glo. quæſtio. lix. quæ pars ſuo poteſt fauori renuntiare. l. pen. C. de pac. & maximè cùm iſte, vt prædiximus, nouus ſit actus, & liberam quilibet habeat contrahendi vel non contrahendi poteſtatem. l. inuitum. C. de contra. emp. l. nec emere. C. de iu. deli. l. in re mandata. C. manda.

215 ℭ SEXAGESIMOSEPTIMO quæro, quid in contractu per aliquem tanquam mulieris procuratorem, qui tamen non ſit, celebrato, an poſſit illum mulier cum ſtatuti ſolennitate ratum habere: & And. Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 6. num. 14. incip. fallit ſextò, putat poſſe, per dictum Bar. hoc in actu per alium quàm per tutorem pupilli nomine celebrato, decidentis, vt ſcilicet ab ipſo pupillo cum tutoris authoritate ratus haberi poſſit, in l. ſi procurator, col. 3. verſi. quæritur, & iſta eſt pulchra. D. de condi. inde. cuius concor. citat Tiraq. vbi ſupra, quod & nos ſequimur.

216 ℭ SEXAGESIMOOCTAVO quæro, diximus ſupra in glo. 2. in ver. mulierum, quæſtio. xiij. & ſeq. ſtatutum hoc locum non habere muliere extra territorium contrahente: modò quæro inquam, ſi aliquis tanquam mulieris negotiorum geſtor aliquam hic illius rem vendat, an poſſit poſtea mulier eam venditionem omiſſa ſtatuti ſolennitate extra territoriū ratam habere, quod verius eſt, quia actus meo nomine ſine mādato geſtus, fingitur eo loci, quo ratus habitus eſt, celebratus, ſecundùm gloſ. in clem. vni. in ver. collato, poſt med. vt lit. penden. & tradit Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 10. num. 65. vbi alios citat concor.

217 ℭ Qua ratione idem econtra dicere poſſumus, vt ſi negotiorum geſtor venditionem extra territorium celebrauerit, mulier autem eam in territorio ratam habere velit, teneatur ſtatuti huius ſolennitatem adhibere: cui

etiam

etiam rationi accedit, quòd hic videtur venditio celebrata, cùm id quod meo nomine geſtum eſt, effectum non ſortiatur donec ego ratum habeam. l. ſi pupilli.§. item quæritur.D. de neg.geſ. Quid autem in actu per procuratorem mandatum ſcilicet habentem facto,an cenſeatur in loco mandati, an verò in loco,in quo per procuratorem executioni miſſus eſt,celebratus, videbis ſupra in glo.20. in ver. conſtituere procuratorem, in 4. eademque vlti. quæſtio.

218 ℭ SEXAGESIMONONO quæro, an hæc ratihabitio fieri poſſit diebus quoque feriatis,quibus prohibitum eſt contractus celebrari: & poſſe videtur,per nota. per Ang. in l. ſi is qui pro emptore,col.pen.verſi. quartò & vltimò,& ibi Imo. col.8.verſ. item obſtat prædictis,& col.ſeq. in prin. Pet. de Beſu. in repe. col.fin.verſi. quartò & vltimò,& Iaſ.col.37.verſ.Ang. hæc .D. de vſuca. vbi ratihabitionem putant die feriato, etiam in honorem Dei,poſſe celebrari, per tex. in l. bonorum.D. rem rat.habe.

219 ℭ Veruntamen contrariam nos opinionem veriorem arbitramur, per not. per Tiraq. in trac.retrac.tit.pri. §.pri. glo.10. in xij. quæſtio. & per ea quæ diximus ſupra in præce. quæſtio. quæ opinio potiſſimùm procedit in caſu noſtro,in quo non de vera ratihabitione,ſed de nouo potiùs actu tractatur, vt in præcedentibus diximus quæſtionibus. Ex quibus patet non obſtare tex. in d.l. bonorum,quoniam contrariam non probat ſententiam, & quia, vt iam aſſeruimus, hic de propria ratificatione non agitur, ſed de nouo actu.

220 ℭ SEPTVAGESIMO quæro, an contra contrahentem cum muliere non ſeruata ſtatuti ſolennitate criminaliter procedi poſſit,tanquã doloſè verſatus videatur: & poſſe concludit D. meus D. Io. Bapti. Ploт. in rep.l. ſi quando,num.265. cum 2.ſeq.C.vn. ui: quod dictum quomodo intelligendũ eſſet aliquando dubitauimus, arbitrati intelligi oportere quantùm ad hoc vt contractus reſcindi poſſit,non quò ad hoc vt ad pœnam corporalem aut etiam pecuniariam contra eum procedi queat: poſtea autem habito cum ipſo D. meo de hac re colloquio, intelleximus hanc eandem illius mentem fuiſſe,vt pœna ſcilicet corporali aut pecuniaria eò ipſo quòd ſic cum muliere contraxit,coerceri nõ poſſit,poſſit tamen ſi actum aliquem pœnam merentẽ vigore ipſius contractus faciat, vt quia poſſeſſionẽ rei quã à ſola muliere emit propria authoritate ingrediatur: quod tamen nos intelligimus & limitamus ſecundùm ea quę diximus ſupra in glo.pri.quæſtio. xxviij. cum infini. ſequen. vſque ad 84.

221 ℭ SEPTVAGESIMOPRIMO quæro, ſi mulier omiſſa ſtatuti ſolennitate fœnerata ſit, an excuſetur, ita quòd eius teſtamentum valeat, ſi teſtata fuerit non ſeruata cap. quanquam, de vſur. in 6. forma: & Abba. conſ.22. quanquam conſultatio, col.pri.verſi. quartò præſuppoſito, iuncta col.2.verſ. nec obſtat minoritas,lib.pri. loquens de ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate contrahere,inquit nõ excuſari, eò quia d.cap. quanquam,pœnam ibi expreſſam ipſo iure imponit,quo caſu incurritur,licèt aliquo quis reſpectu mitiùs veniat puniendus, allegat Bar. in l.2.D. de recepta.vbi tamen id vix ſentire videtur,ideoque ego addo Bal. clariùs loquentem in l. liberorum.§.notatur ẽt.D.de his qui notan.infa. vbi quando

pœna ipſo, inquit, iure imponitur, mulieres quoque non excuſare: quod & voluit Purpu. in l. fi. col. 15. verſ. & cùm pœna hæc .C. de pac. de quo Bal. dicto meminit etiam Tiraq. in rep.l.ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 419. incip. ſexageſimumſecundum. C. de reuo. dona. vbi tamen inquit glo. ibi in d. §. notatur etiam, quam in id annotauit Bal. hoc non dicere, ſed aliud quidpiam: & idem quod Abb. ſatis voluit & Caſtr, in eodem fortè caſu conſulens, conſi. 160. ad primum quæſitum, cir. prin. lib. pri. dum ſtatutum inquit prohibens minorem contrahere ſine certa ſolennitate, non tamen prohibere quin teneatur vſuras remittere, ſi contractum fecerit vſurarium, vbi & ipſe col. 2. verſ. ad tertium quæſitum, præſupponit nullum eſſe illius teſtamentum, non ſeruata d. cap. quanquam, forma, celebratum, dum duntaxat dubitat quid de teſtamento eius qui ſimpliciter fœneratus non fuerat, ſed cariùs ad tempus vendiderat. Quæ etiam quæſtio deciditur ex his quæ diximus ſupra in glo. pri. num. 158. incip. ſed contra prædicta, & ſeq. vbi aſſeruimus mulierem aut minorem in iure errantem non excuſari in his quæ contra ius naturale aut quaſi fiunt, nam iure naturali diuinoq; conſtat vſuram prohiberi, iuxta illud diuinum, non fœneraberis fratri tuo, & illud, mutuum date nihil inde ſperantes: & ex his quæ poſuimus ſupra illa eadem glo. pri. quæſtio. xc. vbi tractauimus quando ſtatutũ hoc locum habeat in delictis: & vide etiam ad prædicta Mar. Anto. Nat. conſi. 497. quædam nobilis, col. 5. verſi. poſtremò, lib. 3. vbi tradit an mulier vel ruſticus à præſumpta vſurarum fraude excuſentur.

222 ¶ SEPTVAGESIMOSECVNDO quæro, quid in rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, an ea ſine huius ſtatuti ſolennitate alienari poſſint: & poſſe videtur, ſicuti dicimus in minore, qui eas diſtrahere poteſt ſine decreto iudicis, glo. Bar. & alij in l. pri. §. fuit quæſitũ. D. ad S.C. Trebel. cum infini. ſimili. per Tiraq. adductis in trac. retrac. tit. pri. §. 7. nu. 104. incip. ſed & non modò, & 105. & Hippo. Rimi. inſti. qui. alie. lic. §. 2. num. 7. vbi idem dicunt in pecunia, vt ea quoque dicatur eſſe de his rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vbi communem hanc dicit eſſe opinionem Tiraq. qui etiam ſub num. 106. & ſeq. tangit quid ſi in prædiorum emptionem ſit deſtinata.

223 ¶ Quibus tamen non obſtantibus contrariam nos ſententiam veriorem arbitramur, quoniam hoc ſtatutum generaliùs loquitur prohibens obligationem & alienationem ex contractu vel quaſi &c. deſcendentẽ, ſed quantùm ad minorem, iudicis decretum in alienatione rerum duntaxat immobilium requiritur. l. pri. D. de reb. eor. cum ſimili. quod & ad alias mobiles res pretioſas, quæ ſeruando tamen ſeruari poſſunt, poſtea tractum eſt. l. lex quæ tutores .C. de admi. tuto. ex quibus patet non obſtare in contrarium adducta, cùm præſertim ſi in alienatione huiuſmodi rerum minoris iudicis decretum non deſideratur, neceſſaria tamen eſt tutoris authoritas, d. §. 2. & ibi not. Ang. Aret. poſt prin. verſ. no. ibi nullam eſſe, & Hippo. Rimi. nu. 6. inſti. alie. lic. glo. & Docto. in l. pri. C. ſi aduer. tranſac. quod & ſenſerunt alij quos ſupra allegauimus.

224 ¶ SEPTVAGESIMOTERTIO quæro, ſi quis neceſſe habeat aliquã mulieri denũtiationem facere, an ſatis ſit ſi eius viro aut agnato denuntietur: quod videtur, per nota. per Iaſ. in l. fin. in 17. quæſtio. ſub num.

130.C. de iur. emphy. vbi de iure communi loquens in caſu illius l. requirentis emphyteotam alienare volentem debere domino denuntiare, ſufficit, inquit, ſi mulieris emphyteota ſoli viro denuntiet, per tex. in l. aut qui aliter .§. ſed & Seruius, cum glo. pri. D. quod ui aut clam, intelligendo tamen, ſubdit Iaſ. vt ibi per Bar. allegans etiam not. per eundem Bar. in l. non ſolùm .§. morte, col.4. & antep. D. de no. oper. nun. & per Ang. & recen. in l. de pupillo .§. ſi quis ipſi prætori .D. eod. tit.

225 ℂ Verùm ipſi mulieri faciendam eſſe denuntiationem, ſuadere videtur tex. in d. l. de pupillo .§. nuntiationem, verſ. nam & ſeruo. vbi noui operis nuntiatio fieri poteſt etiam mulieri, puero, & puellæ, & tex. in l. operis. D. eod. tit. de no. oper. nun. vbi eandem dicitur nuntiationem furioſo quoque fieri poſſe, necnon & infanti ſine tutoris authoritate, cum concor. per Tiraq. adductis in trac. retrac. tit. pri. §. pri. glo. 13. num. 14. & duo. ſeq.

226 ℂ Diuerſam tamen opinionem nos veriorem arbitramur, vtrique ſcilicet denuntiationem fieri oportere, & ita aliquando conſuluimus & obtinuimus, tametſi in caſu in quo nos conſuluimus, alia quoque adeſſent fundamenta, mouebamur autem principaliter quantùm ad id, de quo tractamus, pertinet, quoniam denuntiatio eſt quædam ad iudicium prouocatio, glo. in d. §. ſi quis ipſi prætori, & ibi Bar. cir. prin. Bal. cir. fin. Caſtr. cir. prin. Alex. col.4. verſi. quærit etiam Bar. & Iaſ. col. 2. & 3. & alij communiter, idem Alex. in §. nuntiationem, eiuſdem l. de pupillo, col. 2. verſ. item no. quòd tex. & ibi etiam Iaſ. col. quoque 2. verſ. ſextò nota: ſed hoc ſtatutum ad iudicia quoque extenditur, vt diximus ſupra in glo. 3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio. xvj. quæ etiam opinio clarior apparebit ex contrariorum ſolutione.

227 ℂ Non obſtat igitur d. l. aut qui aliter .§. ſed & Seruius .D. quod ui aut clam, quia loquitur, quò ad hoc, ne quis in dolo eſſe dicatur, & interdicto quod ui aut clam teneatur: & ratio eſt quia quælibet iniuſta quoque cauſa à dolo excuſat, l. igitur .§. poteſt .D. de lib. cau. Alex. conſi. 92. perſpectis, col. fin. verſ. cùm quælibet, lib. pri. Iaſ. in l. ſi quis maior, col. pri. verſ. no. hanc deciſionem .C. de tranſac. ſed ſecus eſt quò ad mulieris præiudiciũ, ſecundùm Bar. ibi in d. §. ſed & Seruius, qui eum .§. legit ſimul cum .§. & ſi fortè, cir. med.

228 ℂ Non obſtat etiam dum allegantur not. per Bar. in d. l. non ſolùm .§. morte, col.4. & antep. quia Bar. ibi quicquàm non dicit quod ad rem faciat, ſaluo quòd col. fin. verſ. quartò principaliter, quærit quomodo facienda ſit certificatoria proteſtatio, & cui, & qualiter fieri debeat, & ſe remittit ad d. l. aut qui aliter .§. pri. & ſeq. quem etiam tex. ibi videtur intelligere quò ad vitium clandeſtinitatis, dum hanc inquit proteſtationem à vitio clandeſtinitatis excuſare, per illam legem.

229 ℂ Non obſtant etiam nota. per Ang. & recen. in d. §. ſi quis ipſi prætori, quia duntaxat inquiunt, emptorem venditori denuntiare volentem, ſi venditorem non reperit, ſeruare debere formam per glo. traditam in d. l. aut qui aliter .§. pri. & eſt in ver. ad domum, quæ dicit denuntiare

debere

debere amicis, aut procuratori, aut domi: quod nihil facit ad rem de qua nos tractamus.

230 ℂ Non obſtat etiã vltimò tex. in d.l. de pupillo.§. nuntiationem, & in l. operis.D. de no. oper. nun. quia reſpondeo id procedere poſſe in noui operis nuntiatione, ea ſpeciali ratione quòd hæc nuntiatio operi fiat non perſonæ, vt illa eadem iura dicunt, & præterea l.fin.C.eod.tit. ideo non mirum ſi fieri poteſt pupillo aut furioſo in loco operis caſualiter reperto: immò tunc demum id locum habet ſi præſentes ſint perſonæ, quæ tutori referre poſſint, puta fabri, vt dicitur in l. cuilibet, quæ d.l. operis, ſubſequitur, & quę illam declarat, & ibi glo. vni. & glo. in d.l. operis, in ver. infanti, & Imo. qui etiam dicit faciendam eſſe denuntiationem impersonaliter hoc modo, ne ædificetur, non autem ſic, ne ædifices, cùm fiat operi non perſonę, & ibi etiã R om. cir. med. verſi. facta autem infanti, & Iaſ. qui eam l. legit cum l. operis, & qui alios etiam citat, & communem hanc dicit opinionem: ſuper quo tamen quæ & qualis & quomodo pupillo facienda ſit denuntiatio, quoniã quòd ſupra diximus non eſt omnino perpetuum, videbis Bar. & alios in l. ſi ex legati cauſa. D. de ver. obli. cum infini. concor. per Tiraq. adductis quo loco cum ſupra citauimus, nu. 17. incip. contrarium, & mul. ſeq. apud quos etiam comperies an ſoli poſſit tutori nuntiari: ex quibus & tu colligere poteris quid tibi noſtro in caſu dicendum ſit, cùm tutoris authoritas huic conſenſui ſimillima ſit, vt colligitur ex his quæ diximus ſupra in præfa. in pri. dub. & alibi ſæpe.

231 ℂ SEPTVAGESIMOQVARTO quæro, quid ſi mulier non alienet cum conſenſu viri vel agnati, ſed extranei, cui poſtea ſuccedat, an poſſit nihilominus contractum reſcindere ob non ſeruatam ſtatuti huius ſolennitatem: quam quæſtionem tetigit Tiraq. in d. trac. de legi. connu. glo. 8. in xxi. quæſtio. vbi putat non poſſe, poſt Bal. Alex. & Iaſ. quos citat: quod & præter eos voluerunt Dec. in l. ſi. col. 2. verſi. & per iſtum tex. & ibi Clau. Aquen. col. pri. verſi. no. quòd prohibitus, dum Bal. ibi citat. C. de pac. & Arnol. Ferro. in conſue. Burdi. tit. de ſta. & iu. perſo. §. 3. col. 4. verſ. valebit & venditio: quod & in ſimili ſtatuto prohibente matrem vltra quartam partem alienare in præiudicium filiorum aut nepotum, voluit Soc. cõſ. 48. in præſenti, col. 2. verſi. confirmatur, lib. pri. & faciunt etiam quæ diximus ſupra in glo. pri. quæſtio. ij. intelligas tamen id verum eſſe ſi mulier alienet bona dicti extranei, non etiam ſi ſua ipſius mulieris propria, per ea quæ diximus ſupra in glo. 7. in ver. conſenſus, quæſtio. xix.

232 ℂ SEPTVAGESIMOQVINTO quæro, certũ eſt rem poſſe alienã legari, ita ſcilicet vt ſi hæres poſſit eam redimere, id facere teneatur, & legatario tradere, ſin minùs æſtimationem præſtet, ſi tamen teſtator ſciuerit rem eſſe alienam. l. cùm rem alienam, & ibi glo. & Docto. C. de lega. §. non ſolùm, inſti. eo. tit. certumque eſt etiam id tantùm locum habere in re cuius eſt apud homines commercium: aliàs ſecus, vt dicitur in d. §. non ſolùm, verſi. ſed ſi talis, & in l. idem Iulianus. §. conſtat. D. de leg. pri. quæro itaque; quid ſi res mulieris alteri omiſſa ſtatuti huius ſolennitate legetur, an hæres ad æſtimationem teneatur: quod quidem prima facie dicendum non videtur, eò quòd hoc ſtatuto interdictum videatur rerum mulieris commercium.

233

233 ℭ Contra tamen veriùs dicendum arbitramur, ſcilicet propter ſolennitatem ex hoc ſtatuto in contractibus mulierum requiſitam,nõ cenſeri commercium earum rerum interdictum:nam & res minoris prohibetur ſine tutoris authoritate,& iudicis decreto,ſi ſit immobilis,alienari,tot.tit. de aut. tuto. & D. de reb.eor. & C. de prædi.mino. & tamen dicitur eſſe in hominum comercio,vt ſentit glo.pri. in l.cùm lex, quam ibi ſequuntur Doct.D. de fideiuſ. ideoque propiùs ad caſum noſtrum, ſi legetur, legatario ab hærede æſtimatio debetur, ſecundùm Bar. in d. l. idem Iulianus, quam legit cum l.præce. quæ incipit,apud Iulianum.§. conſtat, cir. fin. & ibi Bal. poſt med.verſi. in tex. difficilis,& Imo. col.pri.verſi. in glo. ſuper verbo,difficilis,qui illum.§. legit ſub l. cùm ſeruus, Alex.col.2.verſi. quærunt hic Doct. qui communem hanc eſſe opinionem affirmat,fortiùs etiam idem aſſerens in fundo dotali,& in re eccleſiæ,& qui eodem modo quo Bar. illam legem legit,Aret. col.4.verſ. ſecunda quæſtio, qui etiam communem hanc ſententiam dicit,& qui illam legem legit cum l. cùm ſeruus, & Iaſ. col. pen. verſ. tertiò quærit Bar. dum hanc inquit opinionem veram eſſe,licèt reſpondeat ad tex. per Aret. adductum, qui Iaſ. eam legem legit eo modo quo & Bar. D. de leg.pri. idem Aret.conſ.28. diligenter,col.fin.verſi.venio nunc:apud quos plura alia quoque ſimilia comperies ab eis congeſta,quæ nos referre nec volumus nec poſſumus, adeò enim fatigati ſumus: & hæc opinio clarior etiam redditur ex eo quòd ſtatutum hoc ad vltimas non pertinet voluntates,vt diximus in glo.22. in ver. nec in vltimis voluntatibus.

234 ℭ QVID AVTEM in contractibus,quod tibi erit loco lxxvi.quæſtionis, an ſcilicet ſi res mulieris ab alio promittatur, aut ſi quis ſe obliget ad curandum & faciendum quòd res mulieris alienabitur, videbis tex. de re minoris loquentem, in l. multùm intereſt, & ibi Bar. & Docto. de verb. obliga. in l. continuus.§. cùm quis,& ibi etiam Bar. & alios,eo.tit. & Are. d.conſ.28. quo loco eum ſupra citauimus.

235 ℭ SEPTVAGESIMOSEPTIMO quæro, ſi mulier, quæ ſine ſtatuti huius ſolennitate ſe obligauit, paſſa ſit in contradictorio iudicio ſecundùm obligationis formam ſe condemnari, non oppoſita ſtatuti exceptione,an ſententia valeat: & Bal. in l.fin.col. etiam fin.verſi. ſtatutum dicit. C. ad S.C.Macedo. loquens in ſtatuto prohibente filiumfamilias obligari, hanc inquit exceptionem ſiue defenſionem, quando lex aut ſtatutum potentiam tollit à perſona contrahente,poſt ſententiam quoque opponi poſſe,per tex. in l. contra.D.eo.tit. qui tamen tex. mihi id non probat, ideoq; tu adde meliùs facere quod de S. C. Velleiano dicitur, cuius exceptio etiã poſt ſententiam à muliere allegari poteſt, vt not.Bar. & alij in l. pri. C. de iur. & fac.igno. & quæ nos diximus ſupra in glo.3. in ver. ex contractu vel quaſi, quæſtio.xx. & conferunt etiam dicta ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. pri. vbi aſſeruimus huic non poſſe ſtatuto,expreſſo etiam partium conſenſu, renuntiari, & quæ in fortioribus terminis affirmauimus ſupra quæſtio. xliiij. huius etiam gloſ.videlicet etiam poſt ſolutionem huius ſtatuti exceptionem ad repetitionem prodeſſe. Et facit etiam quia nullitas obligationis per mulierem ſine huius ſtatuti ſolennitate contractæ, ipſo iure introducitur, vt diximus ſupra in glo.16. in ver. non valeat,quæſtio.pri. quo caſu nulla etiam oppoſita exceptione iudex ſupplere tenetur, ſecundùm glo. pri. in cap.pri. & ibi Cano. de reſcrip. in 6. cuius infini.concor.citat Tiraq.

in rep.l. ſi vnquam,in ver. reuertatur, num.347.incip. vigeſimumprimum, vbi remiſſiuè declarat quomodo id intelligatur.C. de reuo. dona.

236 ℂ SEPTVAGESIMOOCTAVO quæro, quid ſi duo ſint rei debendi mulier & maſculus, qui ambo ſine huius ſtatuti ſolennitate alteri ſe ſimul obligauerint,an ſicut non valet obligatio ex parte mulieris,ita quo que non valeat ex parte maſculi: & primùm videtur maſculum quoq; propter mulieris priuilegium non obligari,per tex. in l.ſi communem,in prin. D. quemadmo.ſerui.amit. vbi ſicut res pupilli præſcribi non poteſt.l. bonę fidei,poſt prin.D. de acqui. rer. domi. cum ſimili. ita quoque ſi pupillus & Titius maior viam habeant eundi per fundum Sempronij, ſicut hæc ſeruitus contra pupillum præſcribi non poteſt,ita nec contra Titium: quem tex. aureum dixit,multiſque Doꝯto.deciſionibus exornauit Fely.in cap.pri.col. 3.verſi. de qua reperitur,cum dua. ſeq. de præſcrip.

237 ℂ Cui dum col.3.verſ. & dixit D. Anto. ſi plures,inquit,inter quos vnus ſit clericus,à ſeculari iudice inquirantur,omnes eſſe ad eccleſiaſticum iudicem remittendos,poſt Anto. à Prato Veteri,& Mari. Soci. in locis de quibus ibi per eum,adde id præterea voluiſſe Soc. in l. cùm Senatus,cir.fin.vbi refert ſe vidiſſe id in practica obſeruari .D. de reb. dub. Crot. in l. pri. in prin. in 2.not. ſub num.15.D. de verb.obliga.Marſ.ſingu.180. plura & plura,& conſ.84. vias tuas,col.pen.verſi. præterea vltra,Paris.conſ.154. ad reſolutionem,in prin.lib.4. Thom. Ferra.cau.10. ſi contingat, Vber. Zuchar. in rep.l.fin. ſub num.36.C. de bon. poſſeſ. con. tab. Boe. deciſi.300. ciues Baionenſes,col.pri. Hippo. Rimi. inſti.qui.alie.lic. in prin. num.156.

238 ℂ Et vltra per Fely. adducta, facit etiam, quòd ſicut duodecim habens filios gaudet immunitate l. ſi quis Decurio pater.C. de Decurio.lib. 10. & habetur in nou.conſti. ſtatus Mediolani, tit. de immu. & iur. duode. libe. ita eodem quoque priuilegio gaudent fratres cum eo habitantes, ſecundū Marſ. in d.ſingu.180. in fi. & in d.conſ.84.col.pen.verſi. & facit optimè ad prædicta,vbi ita inquit conſuluiſſe domi.Ludo. de Ludouicis,& illi conſilio plures ſe ſubſcripſiſſe Doctores.

239 ℂ Veruntamen concludendo hanc arbitramur eſſe veritatem vt diſtinguamus, quòd aut agitur de re diuidua, & in perſona maſculi non priuilegiati valeat obligatio: aut de re indiuidua, & non valeat, per ea quæ diximus ſupra in glo. quinta, in ver. aſcendentibus à lib. decem Imper. ſupra, quæſtio.pri.& noſtrum magis ad propoſitum quando duæ concurrunt perſonæ,vna prohibita,altera permiſſa,non valere actum reſpectu vtriuſque in indiuiduis,voluit Caſtr.conſ.196. ſuper primò quæſito,poſt prin.lib.2. vbi ita intelligere videtur Io. And. in tit. de requi. conſi. cir. fin. & eſt in ver. cùm olim,cùm loquatur de actu teſtandi,qui eſt indiuiduus,vt ibi per Caſt. & hanc concluſionem probat tex. in l. non diſtinguemus.§. ſi ſeruus.D.de arbi. vbi quoniam ſeruus compromittere non poteſt, ſi compromittat ſimul cum liberto,cui compromittere licet,non valet tamen compromiſſum etiam ex parte liberti, eò quia compromiſſum tanquam indiuiduum pro parte valere non poteſt, vt ibi dicunt glo. & Bal. per tex. in l. cùm dies.§. pen. in fi.D.eod.tit. idem etiam probatur in l. Pedius.§. in ſeruum.D. eo. etiam tit. vbi dicitur in ſeruum compromitti non poſſe, & ideo ſi in eum

ſimul

ſimul & in liberum compromittatur, inutile eſſe etiam ex parte liberi compromiſſum, niſi dictum ſit inſolidum, & in l. ſi ſponſus, poſt prin. verſi. generaliter. D. de dona. inter vir. & vxo. vbi licèt non valeat donatio inter virum & vxorem, tot. illo tit. D. & C. ſi tamen admixta ſit extranea perſona, valet quò ad extraneam, ſi ſeparari res poſſit, quòd ſi ſeparari non poſſit, in totum donatio vitiatur, & in cap. ſacris, de ſepul. vbi ſi in eccleſiaſtico cimiterio ſepulti ſint excommunicati & non excommunicati, exhumari debent excommunicati, ſi eorum oſſa diſcerni poſſint, ſed ſi non poſſint, omnes dimittuntur, & in l. filius emancipatus. §. ſequens quæſtio, cum ibi nota. per Bar. D. de falſ. vbi ſi notarius aliuſue ſibi & Titio æquè principaliter aliquid aſcribat, valet tantùm quò ad perſonam Titij id quod aſcriptum eſt: quod intelligitur in re diuidua, per prædicta.

240 ℭ Nec obſtat tex. in d.l. ſi communem. D. quemad. ſerui. amit. quia in ſeruitute loquitur, quæ indiuidua eſt, & ita hanc rationem aſſignant glo. 2. ibi, & Bar. in ſum. Floria. & Fulg. etiam in ſumma. & Caſtr. pariter in ſumma. & iterum in fin. ver. & Io. And. in cap. cui licet, col. antep. ver. quartò inducitur, de reg. iur. in 6. quam etiam ſolutionem ſenſit glo. in cap. vni. §. fin. in glo. etiam fin. de iur. patro. in 6. dum ſi laicus, inquit, & clericus habeant ius patronatus ſimul in eadem eccleſia, laicum gaudere clerici priuilegio, & proinde vtrunque ſex menſes habere ad præſentandum, per d.l. ſi communem, quam glo. ſequuntur ibi Archi. & Anc. col. pen. verſi. ſecundò quęro, poſt glo. qui expreſsè hanc eſſe rationem adducit, quòd ius patronatus eſt quid indiuiduum, ſicut & de re indiuidua agitur in d.l. ſi communem, & Gemi. col. fin. verſi. glo. fin. & Philip. Peruſ. col. etiam fin. verſi. in ead. glo. in fi. & præterea Rom. in l. 2. in prin. col. 8. verſi. aut in his quæ inter eos ſunt indiuidua, ſub num. 48. D. de ver. obli. & Firmia. in tracta. gabel. parte ſecun. quartæ partis principa. quæſtio. xxiij. cir. med. verſi. item quod dixi.

241 ℭ Quod autem ſeruitus ſit indiuidua, glo. in d.l. ſi communem, adducit tex. in l. vna. D. de ſerui. ruſti. prædi. ſed eſt melior tex. in l. pri. §. ſi vſusfructus legatus. D. ad l. Falci. in l. ſi is qui quadraginta. §. quædam legata. D. eo. tit. & in l. lege Falcidia. D. eo. etiam tit. in l. ſtipulationes non diuidun tur, in prin. D. de ver. obli. in l. cùm filius, poſt prin. D. de leg. 2. in l. purè. §. ſi cui, cum glo. pri. D. de dol. ma. exce.

242 ℭ Animaduertendum eſt etiam quòd idem tex. in d.l. ſi communem, loquitur quando pupillus & maior fundum habent communem, quia tunc vnica eſt ſeruitus, quæ per alium fundum vni communi fundo debetur, & ſecus eſſet ſi fundus non eſſet communis, ſed duo eſſent fundi, quibus alius fundus ſeruitutem deberet, quia tunc ceſſaret ratio indiuidui, quoniam eo caſu plures dicerentur ſeruitutes, ideoq; præſcriptio contra vnum fundum dominantem curſa, alteri non noceret, tex. eſt in l. ſi ædes meæ, pri. in prin. D. de ſerui. vrba. prædi.

243 ℭ Ex prædictis etiam infertur aliud eſſe in ſeruitute vſusfructus, quia illa eſt diuiſibilis, d.l. pri. §. ſi vſusfructus, & ibi glo. & Docto. D. de vſufruc. glo. & Docto. in d.l. ſtipulationes non diuiduntur, in prin. D. de ver. obli. Bar. & alij in l. vni. C. ſi in com. eademq; cau. in inte. reſti. poſtu. vbi etiam habes quid de ipſa perſonali obligatione.

cui à duobus uendita fuit res, vel qui ipſe rem duobus vendidit, & tunc at id probat, quòd ſcilicet rem ipſam non erat aliter vendirurus aut empturus & obtinebit, non ſolùm ſi vna tantùm res ſit empta aut vendita, ſed etiam, ſi plures, & non tantùm ſi vno & eodem pretio, ſed & in ſingulas res diuiſo, tex. eſt in d. l. cùm eiuſdem, per totam l. & not. Dec. in conſ. 421. plenè & ſubtiliter, col. pri. apud quem videbis quomodo id probetur, & Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. 23. gloſ. pri. num. 20. incip. uerùm hæc omnia, qui licet tex. loquatur quando unus & idem venditor aut emptor plures res vni & eidem emptori uendidit aut emit, eſt tamen eadem quoque ratio quando à diuerſis quid perſonis emitur aut uenditur, quia unum eſt, quòd qui retractari petit emptionem, aut venditionem, in totum eam ipſe celebrauit, vnde debet etiam eam in totum aut reſcindere aut ſuſtinere, ex eo quòd illam aliter non celebraſſet.

248 ℭ AVT ET TERTIO, quod tibi ſit loco lxxxi. quæſtionis, id non probatur, quem non fuiſſe aliter empturum aut venditurum, niſi eo modo quo emptio aut venditio facta eſt, & tunc aut plures ſunt res venditæ conſtituto cuiq; rei pretio, puta ſi Titius vendidit Sempronio, & Titiæ mulieri equum & bouem, Sempronio ſcilicet equum aureis decem, & Titiæ bouem aliis decem, & tunc dicimus valere venditionem equi Sempronio factam, non etiam venditionem bouis Titiæ celebratam, & idem econtra quando Sempronius & Titia equum & bouem Titio vendiderunt, Titia ſcilicet bouem aureis decem, & Sempronius equum alijs decem aureis, & hoc quoniam plures ſunt venditiones & emptiones, vnde nullitas vnius nō nocet alteri, d. l. cùm eiuſdem, cum concor. per Tiraq. adductis in d. trac. retrac. tit. pri. §. 23. glo. pri. num. 17. incip. ex his autem, nam ſi hoc ius conſtituitur quando unus tantùm eſt emptor aut venditor, vt hoc ſcilicet caſu plures dicantur venditiones, & reſciſſio vnius aliam non tollat, fortius idem eſſe debet ſi plures ſint emptores aut venditores.

249 ℭ AMPLIA autem concluſionem hanc procedere non ſolùm ſi plura fortè animalia uendita ſint, puta plures boues aut equi, ſed etiam ſi plura terræ corpora, quæ omnia vnum prædium conſtituant, vel plures vini metretæ in eodem dolio exiſtentes, aut plura frumenti modia in eodem aceruo poſita, modò tamen, vt ſupra diximus, ſingula ſint pretia pro ſingulo corpore, metreta, & modio diſtincta, per tex. in l. quòd ſæpe. §. in his. D. de contra. empti. vbi æquiparat vendentem gregem vel vendentem plures vini amphoras, vel olei metretas, vel frumenti modios, pretio ſcilicet ſingulis gregis corporibus, vel ſingulis vini amphoris, olei metretis, & frumenti modijs conſtituto, & uidetur ſenſiſſe Tiraq. vbi ſupra, dum illum tex. allegat.

250 ℭ An autem ex ipſis pluribus terræ corporibus poſſint fertiliora retineri pro ea parte pro qua emptio valet: & Tiraq. ubi ſupra, num. 21. concludit non poſſe, qui loquitur quando vnus tantùm eſt emptor aut venditor, ſed tamen in noſtro quoque caſu dicendum uidetur. quando duo ſunt venditores, Titius, & Seia, ut ſcilicet non poſſit Sempronius emptor dicere pro parte Titii, pro qua ſuſtinetur venditio, velle meliora corpora ſeu iugera retinere, nam hoc damnum eſſet mulieris, quia ſi corpora vendita communia pro indiuiſo erant, habebat mulier partem tam in fertilibus quàm

in ſterillbus, ſi autem erant diuiſa, & ſic quilibet ea vendidit diſtincta, licèt in eodem inſtrumento, & tunc verum eſt dicere venditionem ſecundùm formam iugerum per Titium venditorum valere, & eodem modo diſtinguendum eſſet ſi mulier venditrix aut emptrix allegaret pro ſua portione meliora velle iugera excipere, per prædicta.

251 ¶ Limita tamen ſiue declara eandem concluſionem, vt licèt non probetur emptorem aut venditorem non fuiſſe aliàs empturum aut vendituru͂, ſi tamen id ſit veriſimile, ſufficiat, puta ſi venditio celebrata ſit de matre & filijs, aut de duobus fratribus, nõ enim his caſibus poterit emptio aut venditio pro parte reſcindi, quoniam veriſimile eſt quem non fuiſſe aliter venditurum aut empturum, tex. eſt in l. plerunq; .D. de ædili. edic.

252 ¶ AVT ET QVARTO loquimur, & hic lxxxij. quæſtionem conſtituemus, quando plures quidem res venditæ ſunt, ſed vno tantùm pretio: & dicendum eſt perinde eſſe ac ſi vna duntaxat emptio aut venditio eſſet, d. l. cùm eiuſdem. D. de ædili. edic. cum alijs concor. ſupra num. ab hinc 4. remiſſiuè adductis, ideoq; idem ius conſtituendum eſt quod conſtituitur quando vnica eſt emptio aut venditio, de quo infra in lxxxvi. quæſtio. dicemus.

253 ¶ SED HIC OCTVAGESIMOTERTIO quæritur, quid ſi plures res venditæ fuerint vno quidẽ pretio conſtituto, ſed quod poſtea in ſingulas res diuiſum ſit, puta ſi tibi vendamus ego & mulier fundum & domum centum aureis, ſubdentes, ego ſcilicet fundum quinquaginta, & mulier domum aliis quinquaginta: & certè glo. in l. ædiles. §. ſi plura, in ver. ſi fortè, in prin. D. de ædili. edic. perinde inquit eſſe ac ſi plures eſſent venditiones, cuius concor. cumulauit Tiraq. in trac. retrac. tit. pri. §. 23. glo. pri. num. 18.

254 ¶ Cui & tu addere poteris Bar. in l. vbi fideiuſſor. D. de ſoluti. & in l. Lucius. §. quæ habebat. D. ad S. C. Trebel. vtrobique ex hoc dicentem, ſi extet ſtatutum permittens occidi bannitum in centum, non poſſe tamen occidi condemnatum in centum hac adiecta clauſula, videlicet in quinquaginta pro tali delicto, & in aliis quinquaginta pro alio tali delicto, & ſequuntur Docto. in d. l. vbi fideiuſſor, & Ang. in l. ſi idem cum eodem, cir. medium prin. verſ. & ideo dicunt, qui id verum intelligit modò hæc omnia delicta eadem ſint rixa commiſſa, & ibi etiam per omnia Caſtr. in fine, Alex. col. 2. verſ. ſubdebat Bar. Iaſ. ſubdubius tamen, col. etiam 2. verſ. ſecundò ex iſta, Clau. Aquen. col. item 2. verſ. ſubiiciunt, & Deci. col. pri. verſ. & ex prædictis, qui alios etiam concor. citat. D. de iuriſ. omni. iud. Aret. in l. ſcire debemus, col. 4. verſ. adde quòd hoc eſt. D. de ver. obli. iterum Dec. conſ. 344. applaudent, cir. fin. apud quos comperies quomodo intelligatur, & præterea apud Rimi. in d. l. ſi idem, in prin. col. 3. verſ. ex iſtis inferebat, poſt alios quos citat, & ideo hoc caſu dicendum eſt idem quod diximus ſupra in lxxxi. quæſtio.

255 ¶ Ad quod etiam facit, quòd licèt aliàs nummi æſtimatio creſcere poſſit, ſi quis aureos florenosue mutauerit, eò quòd aurei florenive ſint in obligatione non eorum valor, fallit tamen ſi ſubdatur, qui floreni tot libras

conſtituunt,

conſtituunt, vel ſi ita dicatur, mutuo tibi tot aureos valoris tot librarum, quia tunc perinde eſt acſi libræ ipſe eſſent mutuatæ, vt eſt de mente Bar. in l. Paulus,pri.cir.fin.D. de ſoluti.

256 ℭ OCTVAGESIMOQVARTO quæro, quid econtra ſi diuiſum à prin.ſit pretium in ſingulas res,deinde ſimul coacervatum,puta,ſi dictum ſit,vendimus tibi domum aureis centum,& fundum alijs centum,quæ ambæ ſummæ aſcendunt ad aureos ducentos,& hic etiam dicendum eſt plures eſſe venditiones,ſecundùm Aret. in l. ſcire debemus,col.3.verſi. & aduerte.D. de verb. obliga. & Tiraq. in d.trac. retrac.tit.pri.§.23. glo.pri. nu. 19.incip. ſed & idem : & conſequenter in caſu noſtro dicendum eſt valere venditionem eius tantùm rei,quæ à maſculo vendita eſt,ſecundùm dicta ſupra in lxxxi. quæſtio.

257 ℭ OCTVAGESIMOQVINTO quæro, quid ſi maſculus & mulier Titio centum in totum debeant,pro quibus duos ei fundos ſingulis pretijs æſtimatos inſolutum tradant, an duæ cenſendæ ſint venditiones, an vna tantùm, primitiua cauſa inſpecta: & Tiraq. in trac. retrac. tit.pri.§.23. glo.pri. num.22. vnicam putat eſſe venditionem, poſt alios quos citat, cui & tu bonum poteris tex. addere in l. ſi quis aliam, verſi. ſed & ſi duos .D. de ſoluti. vbi dicitur, ſi duos quis fundos dederit pro eodem debito, vno euicto, integram tamen obligationem manere,quod non alia poteſt ratione accidere, niſi quia primitiua cauſa ſpectetur.

258 ℭ. Sed contra facere videtur quantùm ad caſum noſtrum,quia ſi primitiuam cauſam inſpicimus,illud conſequens videtur,pro parte ſocij non etiã mulieris inſolutum dationem valere, ex quo primum in quantitate debitum conſtabat,quæ diuidua eſt, & quo caſu vtile per inutile non vitiatur,vt diximus ſupra in gloſ. 5. in ver. aſcendentibus à lib. decem Imper. ſupra, quæſtio.pri. & ad tex. in d.l. ſi quis aliam,per nos allegatum,dicere poteris loqui quando vnus & idem eſt debitor: ſed reſpondetur nos præſupponere primum debitum fuiſſe legitimè contractum etiam ex parte mulieris, & tantùm quærere, an hæc æſtimatio ſiue venditio dicatur vna an plures, vt proinde iudicari poſſit an pro parte valeat: ſi tamen in ea ipſa inſolutum datione mulier nõ decipiatur,quia iuſto fiat pretio & pro cõcurrenti debiti quantitate, an tunc valeat indiſtinctè ex parte mulieris, colliges ex his quæ diximus ſupra in glo.pri. quæſtio.pri.

259 ℭ AVT VERO QVINTO & vltimò, quod tibi ſit loco lxxxvi. quæſtionis, vna tantùm res fuit vendita per maſculum & mulierem inter eos communis,& tunc dicimus emptorem (nam de venditore & ſocio mulieris diximus ſupra in lxxix. quæſtio.) poſſe allegare emptionem aut in totum valere,aut in totum irritari debere, ea ratione quòd res tota æſtimanda ſit,non in ſingulas partes,quoniam non tanta eſt vtilitas reſpectu partis, quanta in toto reſpectu totius.l.Meuius.§.fi.& ibi glo.vni.& Bar.in ſumma. D.fam.herci. cum ſimili. per Tiraq. allegatis in trac.retrac.tit.pri.§.23.glo. pri. num. 14. incip. ſed vt aliàs, vbi dum allegat tex. in l. ſi quis id quod,in fi.D. de in diem adiec. voluit allegare in l. quod ſi vno, eo.tit. vti etiam allegatur à Bar. in l. vxorem.§. agri plagam,in fi.D.de leg.3. in recentio. ſcilicet codicibus, licèt in nonnullis antiquioribus eo etiam modo adducatur

à Bar. quo & à Tiraq. item dum idem Tiraq. citat glo. in l.pri. in ver. partis.C.com.diui. adde aliam quoque glo. ibi, in ver. pro parte, & poſt eam Bal.col.pri.verſi.quartò no.Saly.col.etiam pri.verſi.quintò quòd ſola,Caſt. col. item pri.verſi. ex tertia parte, & præterea glo. in l.2. in ver. valere, & ibi etiam Docto.C. eo.tit. Rui. conſ.37. viſo inſtrumento, col.3. num.10. lib.pri. Chaſ. in conſue. Burgun. tit. de retraictu. §. pri. in glo. in ver. heritage,col.2.verſ. item quæro vtrum; nam ex hoc cùm res integra pluris æſtimetur, ſequitur vt indiuidua dicatur, vt not. Bar. per illum tex. in l.pri.§. ſi pecuniam.D.depo. cum ſimili. hic etiam per Tiraq.vbi ſupra,num.15. allegatis,& ſi indiuidua eſt, illud etiam conſequens fit vt pro parte valere non poſſit,vt diximus ſupra in glo.5. in ver.aſcendentibus à lib. decem Imper. ſupra, quæſtio. pri. & faciunt etiam quæ cumulauit Tiraq. vbi ſupra, in d. glo.pri. ferè per totam,maxime vſque ad num.17.

260 ℂ Animaduertendum tamen eſt hoc non eſſe ita ſimpliciter intelligendum,emptorem non cogendum ſtare venditioni quantùm ad partem maſculi, quia res indiuidua dicatur ex eo quòd integra pluris ſoleat æſtimari, quoniam hoc ita accipiendum eſt,quòd veriſimile fit emptorem non fuiſſe aliter empturum,& item ne quis inuitus cogatur ſtare in cõmunione,vt per Chaſſa. vbi ſupra,nam ſi illa eſſet indiuidui ratio, ſequeretur venditionem ſimpliciter & in totum ex parte etiam maſculi irritam fieri, quia vtile per inutile in inſeparabilibus vitiatur,vt diximus ſupra in d.gloſ.5.quæſtio.pri. ad quod etiam optimè faciunt quæ ſcripſimus ſupra hac eadem gloſ. quæſtio. lxxviij. & quod dicimus in integrum reſtitutionem ob læſionem minori conceſſam,maiori quoque in indiuiduis prodeſſe,ſecundùm glo. in l. uni. in glo.fin. quam ibi ſequuntur Cyn. Bar. Bal. Ang. Saly. & Caſtr.C. ſi in com. eademque cau. in inte.reſti. poſtu. Albe. in l.2. poſt prin.verſi. beneficium autem .C. ſi unus ex plu. appel. iterum Ang. in l. ſi communem, dum citat Cyn. vbi ſupra.D.quemad.ſer.amit. Affli.deciſi.213. agitur,per totam,vbi tamen minùs fideliter contrariam in ſententiam refert Caſtr.vbi ſupra: & licèt Alex.conſ.120. alias 122. viſo puncto,col.3.verſi. confirmo etiam prædicta,lib.3. velle videatur hoc etiam in diuiduis procedere, dum propter minores,inquit, in vniuerſitate exiſtentes ipſam quoque vniuerſitatem reſtitui, tamen ratio eſt quia minores & maiores ſimul vniuerſitatem conſtituunt,vnde id procedit quando cauſa vniuerſitatis nomine agitatur: quod etiam voluerunt alij quos tibi recenſuimus ſupra in glo. pri. nu. 156. incip. qua ratione: ſed ſecus ſi aliqui minores & maiores, vt ſinguli, non vt vniuerſitas experiantur, quia diuidui & indiuidui ratio habenda eſt, per ſupradicta.

261 ℂ Igitur, vt diximus, ea verior ratio eſt, quia emptor non erat aliàs empturus,pro qua optimum adduco tex. in l. tutor.§.curator.D.de mino. vbi ſi rei venditio,quæ communis erat inter maiorem & minorem,ex parte minoris ob in integrum reſtitutionem reſcindatur, ex parte tamen maioris ſuſtinetur,niſi emptor velit à toto contractu diſcedi eò quòd partem empturus non erat: ex quo tex. colligitur hanc exceptionem non pertinere ad ſocium minoris vel mulieris,ex quo ipſe non niſi partem vendidit,& ita confirmantur quæ diximus ſupra nu.146.incip. ſeptuageſimonono, huius etiã gloſ. ex quo etiam tex. aliud colligi poſſe videtur,emptori ſufficere id allegare,aliter ſe empturum non fuiſſe,vt probare videntur verba ſupra relata,

quod

quod & colligitur ex l. cùm eiuſdem .D. de ædili. edic. dum ibi requiritur hoc duntaxat manifeſtum eſſe debere quando diuerſæ fuerunt res venditę, pretio in ſingulas res diuiſo : ad quod etiam facit quia ſi res in partes ſeparata minùs valet, vt iam diximus, veriſimile eſt emptorem nõ fuiſſe partem tantùm maioris & maſculi ad ratam pretij totius rei empturum, cùm nemo ſuum iactare præſumatur. l. cùm de indebito. D. de proba. vnde ſi eſt veriſimile ſufficit id allegare, licèt aliter non probetur, vt diximus ſupra hac etiã glo. num. 251. incip. limita tamen, & ita declaranda ſunt quæ aſſeruimus ſupra quæſtio. lxxx. huius etiam gloſ. pro eo autem quod affirmauimus, reſtitutionem minori in re diuidua conceſſam, maiori non prodeſſe, eſt etiam tex. in d. l. uni. C. ſi in com. eademque cau. in inte. reſti. poſtu. & ita aliquando iudicari uidimus per integetrimum virum Mag. D. Ioannem Bentium collegam & amicum noſtrum.

262 ¶ OCTVAGESIMOSEPTIMO quæro, mulier alteri hoc ſtatuto non gaudenti ſucceſſit, nunc vult contractum ab ipſo defuncto factum retractare propter non adhibitam in eo huius ſtatuti ſolennitatem, quæritur an ſit audienda : quod pleriſque non videbitur, per ea quæ diximus ſupra hac eadem glo. quæſtio. lxxiiij. & quia certum eſt priuilegiatum non priuilegiato ſuccedentem ſuo non vti priuilegio, ſed iure defuncti. l. cùm quidam. §. ex locato, verſi. Fiſcus. D. de vſur. l. non intelligitur. §. ſi quis palam, verſi. cùm ex cauſa, & §. cùm quinquennium, verſi. poſteriori. D. de iur. Fiſ. l. pri. C. credi. euic. pigno. non debe. l. via conſtitui. §. ſi fundus. D. de ſerui. ruſti. prædi. l. 2. & ibi gloſ. Bar. & alij, & l. fin. C. de Fiſca. vſur. lib. 10. l. 2. C. ad l. Iuli. de ui pub. l. in facto. §. fin. D. de condi. & demon. l. hæres abſens, in prin. D. de iud. vbi ex hoc deciditur hæredem conueniri poſſe vbi & defunctus poterat, non obſtante aliquo ipſius hæredis priuilegio. l. quædam. §. nihil. D. de eden. vbi dicitur argentarij hæredem, licèt ipſe argentarius non ſit, teneri rationes edere. l. magis puto. §. ſi pupillus, verſi. ſed ſi pater. D. de reb. cor. ubi habetur poſſe pupillum fundum à defuncto promiſſum tradere abſque tutoris authoritate. l. Decurio. D. de Decuri. ubi ſcribitur Decurionem quædam conducere prohibitum, poſſe tamen in conductione, in qua iure ſucceſſit hæreditario, remanere, & no. Bal. in rub. C. de priui. Fiſ. in prin. inquiens Fiſcum priuato ſuccedentem uti iure priuati : & propius ad terminos noſtros, uidelicet pupillum maiori ſuccedentem non poſſe ratione ſui ipſius priuilegij contractum à defuncto celebratum infringere, eſt tex. in l. Polla. C. de his qui. ut indi. niſi tamen aliquod pupilli factũ interueniat, vt ſentit glo. in l. qui in alterius, in glo. mag. poſt med. D. de reg. iur. & clariùs in l. cùm filiusfamilias. §. in hac, in ver. ſtetiſſe, in fi. & ibi Bar. & alij. D. de verb. obliga. Iaſ. conſ. 162. ſtatutum ciuitatis, col. 2. verſi. & ad ita tenendum, ubi communem hanc dicit opinionem, lib. 4. Rolan. à Val. conſ. 99. pro fundamento, ante fin. lib. pri.

263 ¶ Sed quoniam in iure nihil eſt non controuerſum, ideo & his quæ ſupra diximus, pugnare videtur tex. in l. ſicut, poſt med. C. de præſcri. 30. vel 40. anno. ubi præſcriptio contra defunctum maiorem inchoata, pupillo non currit, & tex. in l. Stichum. §. aditio. D. de ſoluti. & in l. promittendo, in fi. D. de iu. doti.

264 ¶ Vnde pro concordia diſtinguendum eſt, quòd aut actus iam eſt firma-

tus

tus pro præterito, & non vtitur: aut non eſt firmatus, ſed firmandus & perficiendus in futurum, & tunc vtitur, vti loquitur tex. in d.l. ſicut, pro qua ſolutione eſt bonus tex. in l. Fiſcus cùm in priuati. D. de iu. Fiſ. vbi Fiſcus priuato ſuccedens pro præterito tempore vtitur iure priuati, pro futuro autẽ iure proprio, & ibi ita no. glo. & Bar. & tex. in l. cùm quidam. §. ex locato, verſi. ſi debitores. D. eo. tit. vbi effectus Fiſci debitor per ſucceſſionem, ſemiſſes ei vſuras præſtare cogitur, licèt minores antea præſtaret, & ita etiam ſentit glo. fin. in d. l. fin. C. de Fiſ. vſur. lib. 10. & clarius Bar. in d. l. Polla, poſt prin. verſi. opp. ad primum, & ibi Ang. in fi. Saly. col. pri. verſi. opp. quòd priuilegium, Caſtr. col. 2. verſi. quæritur ergo, & Alex. col. pri. verſi. in gloſ. in ver. ille. C. de his qui. vt indi. Guli. Cun. in l. procurator, & ibi Bar. Bal. Saly. Flor. Alex. Rimi. Iaſ. & Dec. qui concor. citant, Cur. Iun. & Purpu. qui pulchrè declarant intellectum d. §. ex locato. C. de eden. iterum Bar. in aut. quas actiones, in fi. C. de ſac. ſan. eccle. vbi ex hoc quando tractatur, inquit, de mutatione præſcriptionis, ſi eccleſia ſuccedat priuato, pro tempore quo quis cæpit præſcribere contra priuatum defunctum, x. vel xx. annorum præſcriptionem ſufficere, pro tempore autem quo præſcribit contra eccleſiam, xl. annorum eſſe neceſſariam, & ibi ſequuntur Bal. col. 3. verſi. ſeptimò & vltimò, Albe. col. 2. verſi. in e. gl. in fine, Caſtr. in fine, & poſt eos Iaſ. col. antep. verſi. iſta concluſio, vbi Bar. doctrinam inquit communiter eſſe approbatam, iterum Saly. in l. 2. col. fi. verſi. quæro xxv. C. de iu. emphy. qui dicit, ſi quis fuit emphyteota priuati, cui ſucceſſit eccleſia, pro tempore quo fuit emphyteota priuati, requiri ceſſationem ſolutionis canonis per triennium ad priuandum eum iure ſuo, pro tempore autem quo fuit eccleſiæ, ſatis eſſe biennium, ideoque ſi partim quis ceſſauerit dum fuit emphyteota priuati, & partim dum fuit eccleſiæ, faciendam ad ratam temporis computationem, habito ſcilicet reſpectu ad triennium, dum fuit emphyteota priuati, & ad biennium, dum fuit eccleſiæ, & ibi clarius etiam Iaſ. col. 14. verſi. xiij. quæro. C. de iu. emphy. Abb. conſ. 14. videtur, col. pri. cir. med. verſi. quinimmò ſecundùm communem, lib. 2. quod Saly. dictum de emphyteota ſequitur idem Iaſ. in d. aut. quas actiones, col. antep. verſi. iſtud confirmo: ad tex. autem in d. l. Stichum. §. aditio, & in d. l. promittendo, reſpondetur ſpeciale eſſe ratione ibi adducta; vnde concludendo cùm in caſu noſtro firmatus iam fuerit contractus, ſuo mulier priuilegio non gaudebit: & vide quæ in ſequenti quæſtione dicemus.

265 ℭ OCTVAGESIMOOCTAVO quæro, quid econtra ſi mulier ſine ſtatuti ſolennitate contraxerit, & ante contractus retractationem deceſſerit, cui alius hoc ſtatuto non priuilegiatus ſucceſſerit, an is mulieris priuilegio gaudebit: quod non videtur, quia non priuilegiatus priuilegiato ſuccedens non vtitur defuncti priuilegio. l. licitatio. §. fi. D. de publi. Cano. in cap. quanquam, de cenſi. in 6. Iaſ. in aut. quas actiones, col. pen. verſ. quid autem econtra ſi priuatus. C. de ſac. ſan. eccle.

266 ℭ Et licèt hoc perpetuũ non ſit, ſed tunc demũ procedat ſi perſonale ſit priuilegiũ: ſecus ſi reale, cap. priuilegiũ, & ibi Dyn. & alij, de reg. iur. in 6. l. qa tale, vbi Bar. & alij. D. ſol. mat. ſatis tamẽ dici poteſt & hoc noſtrũ de quo tractamus priuilegiũ eſſe pſonale, vnde nõ videtur ad heredes trãſmiſſibile,

267 ℭ Verùm nos contrariam in ſententiam trahit quod de minore conſtitutum

tutum eſt, qui mulieri plurimùm aſsimilatur, cùm vtriuſque priuilegium im becillitatis ratione concedatur, vt ſæpiſsime diximus, quem conſtat in integrum reſtitutionis beneficium ad hæredes traſmittere. l. non ſolùm, & ibi glo. & Bar. D. de in inte. reſti. & propius ad terminos noſtros accedit, quòd iure quoque communi mulier pro alio intercedere prohibetur, tot. tit. D. & C. ad S.C. Velle. ob ſexus ſcilicet imbecillitatem. l. 2. verſi. verba itaque, D. eo. tit. & tamen ſi intercedat & moriatur, illius hæredes côuenti S.C. Velleiani exceptione ſe tueri poſſunt. l. hæredes, & ibi Docto. C. eo. etiam tit.

168 ℭ Nec obſtat quod diximus perſonale priuilegium ad hæredes nō tranſire, quia non procedit quando obligatio iam formata eſt, ſecundùm Bal. in d. aut. quas actiones, col. antep. verſi. ſed tu dic: & licèt Docto. in locis præalle. laborent in reſpondendo ad d. l. non ſolùm, & ad d. l. hæredes, nobis tamen vera illa videtur ſolutio, quam ponit Bar. in d. l. hæredes, videlicet illud quod dicitur perſonale priuilegium ad hæredes non tranſmitti, procedere pro futuro tempore, non etiam pro præterito, vti dicta iura loquuntur, cùm priuilegium S.C. Velleiani ſecum trahat executionem, quia ab initio interceſſionis exceptio competit. l. ſi vxor. C. eo. tit. ad S.C. Velle. quod ſaltem procedit quando ex tali priuilegio pro tempore præterito competebat exceptio peremptoria, ſecundùm Bar. in d. l. quia tale, vti per omnia eſt in caſu noſtro, cùm contractus omiſſa ſtatuti huius ſolennitate celebratus, à principio ipſo ſit iure nullus, vt diximus ſupra in glo. 16. in ver. non valeat, quæſtio. pri. & cùm conſtet exceptionem ex hoc ſtatuto deſcendentem non dilatoriam ad tempus ſed peremptoriam eſſe, vti etiam colligitur ex his quæ diximus ſupra quæſtio. xxvii. huius etiam gloſ. & pro hac ſolutione faciunt etiam quæ in præcedenti diximus quæſtione, cùm contrariorum eadem ſit diſciplina. l. ſi. §. ſi. D. de leg. 3.

169 ℭ OCTVAGESIMO NONO quæro pro præceden. quæſtio. declaratione, quid ſi is qui mulieri ſucceſſit, ipſi contractui conſenſerit: & putem ipſius mulieris priuilegio non gaudere, per tex. in l. fundum. D. de fun. dota. vbi hoc dicitur in marito vxori ſuccedente, qui non poteſt dotalem fundum, quem ipſe vendidit, vindicare, quod intelligimus, ſi conſenſit tanquam extraneus, ſed ſi tanquam agnatus pro huius ſtatuti ſolennitate, tunc videnda tibi erunt quæ diximus ſupra in glo. 10. in ver. cum ipſo marito, per totam.

170 ℭ NONAGESIMO & vltimò quæro, quid ſi peſtis tempore contrahat mulier, an huius ei ſtatuti ſolennitas remittatur: quod videtur, ſi modò adhiberi non poſsit, per not. per Ang. in §. quod autem, circ. med. verſi. in tex. ibi etiam ſi vnus, in aut. de non alie. aut permu. reb. eccle. vbi ſi ſtatutum, inquit, in confectione inſtrumenti cum minore faciendi duos requirat notarios, valere tamen inſtrumentum ab vno, illo duntaxat reperto, peſtifero tempore confectum: quod & voluit idem Ang. in l. ſi vacantia. §. ſi. col. 4. verſi. item patet ex prædictis. C. de bon. vacan. lib. 10. dum dicit, ſi ſtatutum diſponat inſtrumenta per notarios matriculatos ſcribi oportere, validum tamen eſſe inſtrumentum per non matriculatum tempore peſtis ſcriptum, ſi alii matriculati non reperiantur, & ſequuntur Corn. conſ. 53. in hac conſultatione, per totum, maximè col. pri. lib. 4. & ſubobſcurè conſ. 31. eiuſdem initii, col. 2. eo. lib. 4. Fely. in cap. quoniam contra, col. 24. verſi.

& retenta hac opini. de proba. Iaſ. in l.fin.col, etiam fin. verſi. quintò mo- ueor per illud.C.de teſta, in l.cùm ſpecialis,col. 2.uerſi.ſeptimò faciunt. C, de iudi. Firmi. in trac.gabel. parte 2. quæſtio.xxiiij. verſus fin. verſi.ultimò circa materiam, Dec,conſ.284. viſo puncto,col.2.verſi. & ad hoc bene fa- cit, & ſuboſcurè conſ.612. concluſionem,col.ſi, verſi. non obſtat qnòd tale teſtamentum, Marſ. in l.pri.§.prætere ea,col.22.verſ. & faciunt dicta per Bal. D. de quæſtio. Io. de Arno. ſoſilo. 16. quid autem ſi mulieres, Pariſ. conſ. 32. ad reſolutionem,col.3.verſi, eò maximè,ſub num.14.lib.2.& conſ.ſeq. col.3.verſi. quo caſu, Alber. Bru.in trac. de forma,& ſolen. tit.de poten. & effec.for.& ſolen.char.pen.col pri.verſi. ſecundo caſu, char. omnium 64. Rolan. à Val. conſ. 81. prima facia,col.3.verſi. quartò facit, & col. ſeq. lib. pri.conſ.43. in præſenti, num; etiam 43.lib.2. D. Ceph. conſ. 89. affatim, col.3. num. 13. lib. pri. dum citat Pariſ. vbi ſupra. Ex quibus hanc com- munem eſſe opinionem conſtat, & ideo ſequendam,per no. in l. fin. C. de pœ 2. iud. qui ma. iud, intelligendo tamen, vt ſupra diximus, quando debi- ta ſolennitas adhiberi non poteſt, licèt aliqui ex prædictis ſimpliciter lo- quantur, & ita etiam clarius omnium intelligit Brun. vbi ſupra, ſubdens ſuf- ficere id probare per atteſtationem notarij aſſerentis factam fuiſſe inquiſi- tionem, & non potuiſſe requiſitam ſolennitatem adhiberi, per doctri. Bart. in l. conficiuntur.§.codicilli, & eſt cir.fin. verſi. quæro ibi dicitur. D. de iu. codi. quãuis Alex. in d.l.ſi.col.pen.verſi. non ob. id quod. C. de teſta. im- pugnet illud Ang. dictum in d.l.ſi uacantia, quem Alex. ſequi uidetur Iaſ. in rep.l.admonendi,col.79. verſi. & dicit Ang. D. de iureiu. ſed ipſemet Alex. id ſequitur in l.teſtamenta omnia,col.2. verſi. item limita. C.de teſta. dum poſt Ang. in d.l.ſi vacantia, tenet propter peſtem donationem inſi- nuari poſſe coram alio iudice quàm coram ad id per ſtatutum deputato: & ex his impoſitus ſit finis huic tractatui ad Laudem DEI Omnipotentis.

FINIS.

MEDIOLANI.

Apud Pacificum Pontium Anno Domini.

M. D. LXXVIII.

MAMBOR
LEGATORE DI LIBRI
CORSO 32